Sententia ipſius Ariſtotelis rationẽ finem eſſe: cuius cauſa agit: non materiam ut aduerſarius ſentit.
Cauſas ſecundum Ariſtotelem eſſe quattuor: Rationem uero unam eſſe cauſam finalem ſeu formalem. Capitulũ. v.

¶ Confutatio alterius rationis aduerſarii: qua dicit naturam nihil conſultare: quanq̃ alicuius cauſa agat: cũ longius ſe extẽdat V

alicuius cauſa agere q̃ conſultare.
Conſilium modo ad intellectum humanum: modo ad diuinum ſententia doctiſſimorum uirorum referri.
Platóicos naturam nó ſua intima facultate uel agere uel cóſultare aſſerere: ſed hec menti tribuere ſiue intellectui exteriori.
Rationem conſultandi exteriorem in natura: etiam ab Ariſtotelicis non tolli.
Impie damnare Georgium eos qui in deo conſilium eſſe dicūt. cum religionis ſanctiſſiſſimi noſtre religionis uiri contrarium & ſentiant et predicent. Capitulum ſextum.
Cófutatio alterius partis: in qua aduerſarius inepte fatetur Ariſtotelem. conſultare artem uoluiſſe: cum potius Ariſtoteles exemplo artis non conſultare naturam conetur oſtendere.
Quod Ariſtoteles ſenſerit cōtra aduerſarii ſententiam artem nó conſultare: omnium expoſitorum ſuorum ſententia cóprobari.
Auctorem concordare potius inter ſe utrumq; philoſophum q̃ alterū rephendere conari. Capitulū. vii.
Reſponſio ad interrogationē Georgii utrum mens et natura idem ſint. Vbi hec lóge inter ſe differre latiſſime declaratur.
Confutatio eius argumenti quod affert Georgius naturam ſi inſtar inſtrumenti moueretur et moueret: neceſſario prius actu eſſe oportere. Capitulum octauum.
Duplicē eſſe naturam agentē Themiſtii et aliorum ꝑipateticoꝝ auctoritate.
Auctoritate Simplicii et Procli ꝓbari naturam cauſam inſtrumentalem eſſe.
Aliis placere ſimplicia corpora per ſe moueri: et in ſe principium motus continere: aliis non ꝑ ſe: ſed ab alio et extrinſecus moueri.
Formam quanuis non ſit principium unde motus: eſſe tamen principiū ut finis: et cuius gratia agitur: qđ ꝓprie ꝑncipium eſt.
Duobus modis dici rem naturalē. Cap. viiii.
Epilogus libri: quo oſtenditur non recte diſſuadere Georgiū a lectione Platonis: quem alioquin omnes latine lingue doctiſſimi uiri longe ceteris omnibus philoſophis anteponent.

WALTER ASHBURNER ... FIR...

INcidit nup in manuſ noſtraſ liber qdam: Qui Platoniſ atq; Ariſtoteliſ comparationem pollicebatur. Eũ mox libenter auideq; amplexi: poſthabitiſ ceteriſ rebuſ: incre/dibili deſiderio legere orſi ſumuſ. Sperabamuſ.n.fore: ut utriuſq; philoſophi: ſiue de rebuſ naturalibuſ: ſiue diuiſ: ſiue hiſ que ad moreſ pertinẽt: ſiue ad diſſerendi rationẽ: quã uocãt logicen: expoſitionẽ aliquã comparationẽq; inueniremuſ. Quomodo inuicem duo ſummi uiri aut cõ/ueniant aut diſcrepent: quibuſ id ratiõibuſ probetur: Et utrum prima an ſecũda ſubſtantia potior ſit: quid apud Ariſtotelem materia & forma: quid apud Platonem magnum et paruum: quo pacto entelechia: motui: quo per ſe anima mouetur/conueniat: An forme alique ſeparate ſint: an prorſuſ inſeparate. ꝗ ſi ſeparate ſunt: utrũ per ſe ſubſtẽt: an in ſecũdiſ animi cõceptibuſ poſite ſint: Tũ quomodo equiuoce: quõ uniuoce enſ de entibuſ predicetur: ut ratio illa diuidendi: quam Plato philoſophie ſepem appellat: idem cũ demonſtrandi ſcientia ſit: ut diuerſum: An mũdi hec compago ingenita: atq; eterna: an genita fluxaq; ſit: an uero et genita ſimul & ingenita atq; eterna: et quomõ genita quomõ ingenita tum hec: tũ anima dici poſſit: Vtrũ preterea deuſ ipſiuſ ſubſtantie: an duntaxat motuſ naturalium rerum cauſa ſit atq; opifex: Quintũ ne ſimplicium corporum dici celũ opporteat: an unum ex quattuor: quiſ preterea ultimuſ hominum finiſ cenſeri debeat: uirtuſ ne atq; honeſtũ: an ſcientia contẽplandi. Hiſ aliiſq; huiuſmodi ſummorum philoſophorũ opinionibuſ: ne in ſinguliſ immoremur: plenũ fore librum exiſtimabam. Hoc enim uetereſ pleriq; tum greci tum latini fecere: Platoniſ alii: Alii Ariſtoteliſ ratiõibuſ fauenteſ: et hec qdem probãteſ: illa refellenteſ: Fuerũt etiã q cõuenire inter ſeſe duoſ philoſophoſ ſũmo ingenio nixi ſũt oſtẽdere: ut apud grecoſ in pleriſq; ſimpliciuſ fecit: apud latinoſ facturum ſe pollicituſ eſt Boetiuſ: an impleuerit neſcio: Nullum enĩ tale illiuſ opuſ etate noſtra uenit in lucem. Exiſtimabã itaq; auctorem huiuſ libri: quo ſibi gloriam apud poſteroſ cõpararet: et doctrinam ſuã ingeniumq; oſtentaret: hoc idem feciſſe: et uel conſiliaſſe inter ſeſe duorum philoſophorum opinioneſ: uel alteri

WALTER ASHBURNER

inherentem: qbuſ ad id rationibuſ duceretur explicaſſe. Quod ſi
preferendaſ Ariſtoteliſ opinioneſ: Platoniſ uero contemnendaſ
exiſtimaret: cauſam eiuſ rei demonſtratióe: ut par erat: ac neceſ/
ſariiſ ratióibuſ expoſuiſſe: Letabar itaq; ea ſpe mirú in modú: et
librum ſingulari quadam auiditate legebam. Quáuiſ enim in ipo
fere primordio iurgiiſ ac maledictiſ plenuſ occurreret: id tamen
equo aío patiebar. ſperanſ fore: ut quod optabam pgreſſu téporiſ
appareret. Iam uero ubi perlecto libro p theſauriſ quoſ ſperabá:
Carboneſ ut dici ſolet inuéi: et deſiderio fruſtratuſ nihil aíaduerti
preter conuitia. et contumeliaſ. et iurgia in Platonem: Hiſ enim
duntaxat erat liber ille refertuſ: inſtar ueteriſ comedie: imo ut
plane oéſ que unq̃ fuerút comediaſ excederet: obſtupui uehemé/
ter tante rei nouitate attonituſ: Neq; ení fieri poſſe exiſtimaſſé:
ut tale opuſ in lucé unq̃ pdiret: Aut quiſq̃ ex oíni hoím genere:
tam aperte & ueritati: et cómuni oím ſententie contradicenſ: nó
modo non erubeſceret: Sed potiuſ quaſi preclaro quodá inuento
gloriaretur: et more galli ignobiliſ: ut Plato inquit: a diſceptádi
certamíe diſſilienſ caneret: geſtiret: ſeq; ipm circúſpiceret. Quippe
Ariſtotelé cui Platoné comparat extollit laudibuſ: quod qdem
reprehendi nó pót: Dignuſ eſt ení q maxime laudet Ariſtoteleſ:
Platoné uero cótumeliiſ afficit: et iurgiiſ maledictiſq; pſequitur:
Admiratur Ariſtoteliſ uitam: doctrinam: eruditioné: ſapiétiam:
oím deniq; optimarú artiú diſciplinarúq; peritiam: quod iure ab
eo fieri nó diffiteor: Platonem uero non modo: quod tollerabile
foret: Ariſtotele inferioré facit: ſed indoctum: ineruditú: nullam
philoſophie: nullam naturaliú aut diuinarú rerum cognitionem
habentem: ignarum artiſ oratorie: mathematicarú diſciplinarum
inſciú: Oím deniq; bonaꝝ artiú rudem atq; inexpertú aſſeuerat.
Improbú preterea pfuſum: nepoté: et uitiiſ oíbuſ cótaminatú:
(que oíá tribuſ libriſ cóplexuſ: In primo doctrine cóparationé
facit: nulliſ prorſuſ rationibuſ innixuſ: Niſi ꝙ Ariſtoteleſ artium
precepta conſcripſerit: Plato minime. ppter quod Platoné eiuſq;
ſtudioſoſ inconſtantia abſurda: inepta: contraria ſibi inuicem re/
pugnátia leuia: ridicula: puerilia ſcripſiſſe ac diſſeruiſſe cóméorat:
nulliſ oíno ratióibuſ: nullo ratiocinandi genere uſoſ opinatur.
Secundo libro opinioneſ Ariſtoteliſ noſtre religioniſ uériſſimiſ
optimiſq; ſententiiſ conſentaneaſ eſſe conatur oſtédere: ac pinde
ueriores: Platoniſ autem diſſentire noſtriſ: ideoq; falſaſ eſſe: et a

ueritate pꝛſuſ alienaſ. Tertio uero atq; poſtremo uitam Platōiſ continentiſſimā: innocentiſſimā: integerrimāq; accuſat: ac iurgiiſ et contumeliſ inſectatur: Prob ſceluſ atq; flagitium: quo mimo: quo paraſito: quo lenone: quo cinedo: quo ſcelerato: flagitioſo: peſtifero: infido: fraudulēto: nebulone: profuſo non turpiuſ: fediuſ: deteſtabiliuſ uixiſſe illū affirmat? O nouū iurgiorū genuſ: o iniquaſ calūniaſ & ante hunc diem inauditaſ: Profecto ſi affirmari hec de aliquo poſſent: Nemo tñ foret uſq; adeo aut uirtutiſ experſ aut doctrine. q reſ adeo fedaſ: turpeſ: flagitioſaſ: nephādaſ. uel ploquēdo ora polluere: uel ſcribendo inficere ac cōmaculare manuſ auderet: Heu quid iſte ſceleriſ in Platonem non euomit? Nonne ebrietatem obiicit: nōne fornicationeſ: adulteria: ſtupra: et nephādoſ mariū concubituſ? nōne ingratitudinē: tyrannidē: uim: rapinaſ: ſtulticiam: legū iniquitatem: et quicquid deniq; dici aut cogitari dirum tetrūq; poteſt? Quod ſi omēſ qui unq̃ omibuſ anteactiſ ſeculiſ fuerunt: uiroſ truceſ: agreſteſ: efferoſ: ſcaeuiſ ac teterrimiſ moribuſ ſimul collegiſſet. In quoſ grauiſſime acerbiſſimeq; inueheretur: qd obſecro te pluſ haberet. quod aduerſuſ omſ euomeret hic calūniator et hoſtiſ hominū & nouuſ Timon atq; alter Momuſ? Hec igit̄ cum legiſſem: nō potui tam iniquā hoiſ mētem nō execrari: eiuſ pſertim q mecū familiaritate cōiunctuſ aliquando fuiſſet. Eo autē moleſtiuſ illiuſ iniuriam tuli: ꝙ non modo Platoniſ (cuiuſ cura haud me uſq; adeo ſollicitaſſet) ſed etiā ſanctiſſimiſ noſtre religiōiſ uiriſ: qui Platonē ſemp magnifecerūt: et cū doctrinā eiuſ & moreſ: tū eam quā in opiniōibuſ cū noſtra fide habet ſimilitudinē admirati ſunt nō parum dedecoriſ afferre uidetur: ꝙ talem hoīem qualem hic fingit uel ignorauīt: uel falſo contra animi cōſcientiam laudare uoluerint. quod certe non eſt uiri boni & ſapientiſ: et integri preceptoriſ offitium. Auget uero magiſ atq; magiſ nobiſ indignationem: ꝙ fauorem quem noſtra religio ab exteriſ accipere pōt auctoribuſ: calūnioſa hec Platōiſ reꝑhenſio infringere ac debilitare uidet̄. Quippe doctoreſ noſtri ſanctiſſimi uiri aduerſuſ eoſ: qui recte fidei fundamenta deiicere et religionem chriſtianam prauiſ ratiōibuſ peſſundare uoluerūt: Eam in primiſ defenſionē rati ſunt optimā eſſe. ſi uerbiſ auctoꝝ: quoſ ipſi tanq̃ ſapienteſ ſectabantur: quaſi qbuſdam teliſ eoꝝ tela retunderent: fidemq; noſtram illorum preſidio roborarent. Itaq; Platonem in primiſ quaſi optimū teſtem citarunt: et dictiſ ipſiuſ

quãtum peregrino teſtimonio fieri potuit: fidem nobiſ diuinituſ traditam confirmauere: ea ratione in primiſ illiuſ auctoritatem ſecuti: ꝙ ſimul et doctrine & morum ei palmam tribui ab omĩbuſ ſentiebant. Siquiſ igitur tam graue Platoniſ teſtimonium contemnit: ac ꝑ nihilo habet: longeq; a noſtre religioniſ uſu alienum eſſe exiſtimat: dum eum ignarum: improbum: ſtultum: ſceleſtum: flagitioſum fuiſſe cõtendit: quo modo doctoribuſ noſtriſ: et uere fidei propugnatoribuſ non aduerſatur: et quaſi acerrimuſ hoſtiſ bellum indicit? Aut qui fieri poteſt: quin maximũ afferat noſtre religioni detrimentum: dum exterorum preſidium nobiſ aufert: quo maxime aduerſarioꝝ uim ꝓpellere ac propulſare poſſemuſ? Profecto qui hec a nobiſ auxilia tollit: hic plane fauere illorum parti uidetur: qui religionẽ noſtram oppugnãt: et quaſi aditum aperire hoſtibuſ: ut impetu facto eã depopulent̃ atq; deuaſtent. Quapropter fauendum in primiſ cenſui auctoritati ſanctorum uirorum: elaborandumq; mihi ſummo ſtudio: ut religionẽ. cuiuſ membrum diuina pietaſ me eſſe uoluit: pro mea uirili tuear atq; defendam. Tum etiã Platoni ſuccurrendum: cui tam etſi propter doctrinam: morũq; preſtantiam nõ magiſ obeſſe lingue ꝓcacitaſ poteſt: ꝗ tenuiſ nubecula radiantem ſoliſ ſplendorem obſcurare: perabſurdum tamen & periniquũ iudicarem legi hec ſine contradictione. ab hominibuſ preſertim latiniſ: qui aut Platoniſ opera non habent: aut ſiqua habent in latinam linguam cõuerſa: praro ea legere conſueuerunt. Atqui Platoniſ doctrinam uariam atq; multiplicem: tum diuerſiſ rationibuſ & auctoritate hiſtorie cõiq; omniũ ſententia: tum ipſiuſ operum teſtimonio demonſtrabimuſ: Morum uero preſtantiam & integritatem uite non ſolum fama publica: ſed eiuſ ipſiuſ ſermonibuſ atq; preceptiſ oſtendemuſ: qbuſ homineſ hortatur ad bene beateq; uiuẽdum: Hec enim etſi grecíſ hõibuſ cognita atq; explorata ſunt: a latiniſ tamen noſtre etatiſ ignorant̃. Nam licet maioreſ eoꝝ tam exteri ꝗ eccleſie doctoreſ Platonem ceteriſ omnibuſ in quouiſ doctrine genere longe preferẽdum aĩponendũq; cenſuerint: obſcurauitq; hec nihilominuſ ſeu uetuſtaſ: ſeu incuria & negligentia hominum: ita ut in paucíſſimorum noticiam uenerint: Aggrediar igitur inſtitutũ opuſ: et ipſiuſ ut dixi Platoniſ uerbiſ rem omnibuſ ante oculoſ ponam. Dicam autem ſimpliciter: animo ab omni contentione libero et ad ſolam ueritatem ſpectante. Nec contumeliiſ contumelioſum

ulciſcar auctorem: malo ut dici ſolet malum emendanſ: qn etiam (ſcriptoriſ nomen non proloquar. nec a me unquã quiſ ille fuerit/ quiſ q̃ intelliget(Dabo hoc neceſſitudini noſtre. qua ſimul olim iuncti fuimuſ/ ne fiat (noſtra cauſa) preſentibuſ poſteriſq; inuiſuſ: Dabo conſuetudini mee/ qui hanc maledicendi licẽtiam exhorrui ſemper atq; execratuſ ſum(cum preſertim defendenti Platonem nihil hoc preſidii allaturum ſit/ nec ſatiſ ultioniſ exigi/ ab aduer/ſario poſſe uideatur ſi mutuiſ cum illo conuitiiſ egerimuſ. Nam cum ea Platoni obiecerit/ que de omnibuſ qui unquã fuerunt ſceleſti atq; peruerſi hoĩeſ/ uix credibilia uiderentur/ quid tandem in eum ipm̃ calumniatorem dici pro merito poſſet? Reſpondebo autem non ad ſingula/ que aduerſariuſ obiecit. Longum enim id eſſet: et pene infinitũ: Sed tria illa que ſupra mẽoraui ſummatim attingam. Primo ſapiẽtiam Platoniſ atq; doctrinam: mox ſcrip/torum eiuſ cum noſtriſ ſimilitudinem: et argumentoꝝ cõtrarioꝝ diſſolutionem: Tum probitatem morum uitamq; integerrimam explicabo. (Sed quoniã ad oſtendendum Platoniſ ignorantiã precipuum hoc argumentum aduerſariuſ affert: ꝙ nulla artium precepta (ſicut Ariſtoteleſ fecit) pro communi omnium utilitate conſcripſerit: Et hac maxima ratione inuehitur in Platonem: ig/narumq; omnium ſciẽtiarum conatur oſtendere: Primo cauſam cur Plato diſciplinarũ precepta (preſertim de rebuſ diuiniſ: uulgo tradenda non duxerit. afferemuſ: Deinde aliſ quoq; rationibuſ aduerſario reſpondebimuſ(Conſtat profecto inter oĩeſ doctoſ preceptum illud pythagoreorũ (quoſ ſecutuſ eſt Plato) in primiſ obſeruari ſolitum: Ne quid ex hiſ que in eorũ ſchola ducebantur in uulgum emitteretur. Auditoribuſ uero quinquennio integro nihil oĩno uel interrogare preceptorem: uel de hiſ que dicebãtur percunctari licebat. audiebant duntaxat que a preceptoribuſ le/gebantur: et taciti ſecum uoluebant. Peracto uero quinquẽnio: qui digni iudicabantur: admittebãtur in ſotioſ: indigni a cõſortio reiiciebãtur. Secreta diuinarum rerum per omnẽ uitam occulta tenebant: ne quid ad exteroſ ac minuſ dignoſ homineſ exiret: que reſ ſimiliſ eſſe precepto illi euangelico uidetur: Nolite dare ſacra canibuſ: nec proiiciatiſ margaritaſ ueſtroſ ante porcoſ: Quinetiã hec non litteriſ: ſed uoce tantum & preceptoreſ diſcipuliſ tradere: et diſcipuloſ inter ſe communicare faſ erat: quaſi tutiuſ cuſtodiri altioreſ ille de rebuſ diuiniſ ſententie poſſent: ſi animiſ non libriſ

continerentur: Et ſtudioſi earum rerũ doctioreſ euaderent: dum memorię potiuſ q̃ litterarum preſidio freti: inſtituta philoſophię animo non codicibuſ cõmendarent. Reminiſcendi enim non memorię remedium litteraſ eſſe a Theut inuẽtaſ. Thamuſ ille apud Platonem refert. Fieri tamen inquit: ut obliuionem animiſ eorũ: qui aliquid didicerint: afferant littere: dum hoĩeſ per negligentiã cultum memorię deſerunt: et extrinſecuſ fide ab alieniſ formuliſ proficiſcente: non intrinſecuſ ſuiſ uiribuſ reminiſcuntur: Idcirco opinionem potiuſ atq; umbram ſapientię: q̃ ueram ſapientiam auditorum animiſ recipi: fieriq; pro ueriſ ſapientibuſ umbratileſ. Hec cum ueritaſ hiſtorię ſatiſ comprobat: Tum inde licet intelligere: ꝙ nulla extant: nec unq̃ uiſa traduntur ſcripta Pythagorę. Nihil enim ille ſcriptum reliquit: et ſiquid pauxillum ſcripſit: id Dame filię moriens commẽdauit. monuitq; ut ſecretũ cuſtodiret. Quod illa quamuiſ mulier diligentiſſime ſeruauit: et quanq̃ prę grandi pecunia uendere opuſculũ potuiſſet: noluit. Tenuit id clã omnibuſ preterq̃ patriſ diſcipuliſ: ac nemini quidem eorum opuſ unquã credidit: Sententiaſ uero eiuſ hiſ duntaxat expoſuit: qui uiſi ſunt patri Pythagorę doctrina & moribuſ digne ſucceſſiſſe. Eſt enim nõ mediocri argumẽto epiſtola Lyſidiſ: qua ad Hipparcum ſcribenſ: arguit eum ꝙ precepta quedam Pythagorę tradidiſſet litteriſ atq; aliiſ edidiſſet. Hanc ego ponendam hoc loco totam exiſtimaui: pergratam ſimul atq; perutilem futuram hiſ: qui ſine animi commotione perlegerint. Lyſiſ Hipparco Sal.

Equidem poſt mortem Pythagorę nunquã futurũ exiſtimaui: ut diſcipulorum eiuſ ſocietaſ diſiungeretur: Sed cum preter ſpem quaſi naufragio facto alii alio diſiecti delatiq; ſimuſ: nihilominuſ meminiſſe diuinorum preceptorũ illiuſ pium eſt: Nec bona philoſophię cum hiſ cõmunia facere: qui ne ſomniare quidem animi purificationem potuerunt: Nec faſ eſt ea om̃ibuſ porrigere: quę noſ cũ tot laboribuſ adepti ſumuſ: Quẽadmodum nec profaniſ hominibuſ eleuſinarũ dearũ licet arcana patefacere. ęque enim utriq; iſta facienteſ iniuſti atq; impii haberentur. Operepręcium eſt igitur recenſere: quantũ temporiſ in abſtergendiſ maculiſ: quę noſtriſ inuſte pectoribuſ erant cõſumpſerimuſ: antequã pręcepta illiuſ percipere digne poſſemuſ. Vt enim tinctoreſ ſolent priuſ q̃ telam inficiant quarundam rerum acrimonia eam purgare: quo faciliuſ colorem imbibat: qui aboleri poſtea nõ poſſit: Sic uir ille

diuinuſ ſtudioſoſ philoſophię inſtituere: et quaſi formare ſolebat nequādo fruſtrari: ea ſpe poſſet: quā de alicuiuſ uirtute cōcepiſſet. Neq; enim doctrinam mercēnariam atq; uenalem habebat: nec iuuenum animiſ quod pleriq; philoſophię ꝓfeſſoreſ facere ſolent: Laqueoſ adnectebat: ſed diuinarum humanarumq; rerum prę/ceptor erat. Nunc uero pleriq; doctrinam illiuſ ſimulāteſ: nullo ordine: nec ut decenſ eſſet: iuuētutem erudiunt. Itaq; procaceſ ac temerarioſ faciunt auditoreſ ſuoſ: dum perturbatiſ atq; impuriſ moribuſ: intemerata philoſophię precepta commiſcent. Vt enim ſiquiſ in prealtum puteū ceno plenum aquā puram atq; nitētem effuderit: nihil aliud q̄ cenum perturbat: et aquā amittit: Ita hiſ accidit: qui hoc modo docent atq; docētur. Crebri enim ac denſi uepreſ & ſilue frequenteſ pectuſ et precordia eorum: qui non rite initiati ſunt occupant: Omnemq; animi cultum: omnem māſue/tudinem: omnem rationem obumbrant atq; impediunt. Subeunt hanc ſiluam permultę ac uarie beluę uitiorū: quę depopulantur: arcent: propulſant: nullo modo ſinunt in lucē prodire rationē: Quarum beluarum duę matreſ ſunt: incōtinentia atq; cupiditaſ. He partu fecūdiſſime ſunt. Incōtinentia enī filiaſ parit: illicitaſ nuptiaſ: ebrietateſ: ſtupra: uoluptateſ contra naturam: uehemēteſ ac rapidoſ impetuſ ad mortē uſq; atq; excidium hoīem agitanteſ. Iam enim libidine quidam uſq; adeo inflammati fuerunt: ut ne a parentibuſ quidem: aut pignoribuſ abſtinuerint. quoſ eadem quę cōtra legeſ: patriā: parenteſ: tyrannoſ: impulerat libido: captiuoſ reuinctiſ poſt terga manibuſ ad poſtrema ſupplicia interitumq; pertraxit. Cupiditatiſ aūt filię ſunt rapinę: parricidia: ſacrilegia: ueneficia: et reliqua eiuſ generiſ. Quāobrem ſiluam ipam: in qua huiuſmodi affectuſ inſtar beluarum latitant: ferro igniq; & omī machinarū genere. excidere ac deuaſtare primum oportet. Cūq; huiuſmodi cultu rationem ab eiuſ affectibuſ liberatam intellex/erimuſ: tūc ſerere optimam aliquam frugem debemuſ: et optimoſ atq; uberrimoſ fructuſ inde prouenturoſ ſperare. Hec tu qdem Hipparche nō paruo ſtudio ac labore didiceraſ: Sed parū bone uir ſeruaſti: poſtq̄ ſiculam iſtam luxuriā cepiſti deguſtare. cuiuſ gratia nihil eſt quod poſtponere debuiſſeſ. Multi etiā te publice philoſophari nobiſ retulerūt: quod Pythagoraſ uetuit: qui dum morienſ cōmentarioloſ ſuoſ Damę filię cōmendaſſet: ne cui extra familiam ſuam traderet teſtamēto reliquit. Hęc autem licet prę

Vitalia

grandi pecunia uendere illoſ poterat: noluit: paupertatemq́; et uoluntatẽ patriſ: q̃uiſ mulier: omĩ auro pretioſioreſ exiſtimauit. Ferũt hoc idem Damã quoq; poſtea moriẽtem: Vitalię filię ſuę mãdaſſe. Noſ autẽ uiriliſ ſanguiſ. parum officioſi in pręceptorem ſumuſ: Et quę ꝓmiſimuſ: ſponte deſerimuſ. Si igiẽ te emendaueriſ: gratum habebimuſ: Sin minuſ inſtar mortui apud noſ eriſ: Vale.

Hic idem moſ uſq; ad Platoniſ tẽpora ſeruatuſ eſt p omſ eiuſ ſecte ſucceſſoreſ. Plato quoq; hoc ipm ſemper diligẽtiſſime cuſtodiuit: Neq; enim libriſ: ſed uoce docuit: nec de hiſ quę docuerat: libroſ reliquit. Siquid ſcripſit: Socratiſ eẽ non ſuũ fatetur. Ita preterea de diuiniſ rebuſ breuiter: implicite: atq; obſcure pręcepta tradidit: ut nõ facile a legẽtibuſ poſſit intelligi. quod ipſe quoq; teſtat in epiſtola: quã de natura primi entiſ ad Dionyſiũ ſcripſit. Scribendum eſt inquit p ambageſ atq; enigmata: ut ſi forte mari uel terra iactari librũ contigerit: q legerit non intelligat: Reſ ita ſe habet. Circa omniũ regem cuncta ſunt: et illiuſ gratia omnia illudq; eſt cauſa bonorum omniũ. Secũdum uero circa ſecunda: et tertium circa tertia: Poſt hęc & alia pari obſcuritate ab eo ſcripta hortatẽ Dionyſium: ut ſiquid certiuſ cupit intelligere: Archedemum ad ſe mittat. quem et miſſum iam laudat: et ut rurſuſ mittat: ſemel: biſ: tertio ſuadere conatur: Nũciaturũ uidelicet ſibi dubia Dionyſii: et expoſitioneſ ſuaſ illi renunciaturum: ꝙ ſi ita feceritiſ inquit nullam negotiationẽ aut tu inire: aut adminiſtrare Archedemuſ poterit: uel meliorem. uel deo gratiorem (Quibuſ uerbiſ manifeſte negat uelle ſe huiuſmodi ſententiaſ litteriſ tradere: et per Archedemum omnia ſe illi ſignificaturum pollicetur. quod tamen ita ſe facturum dicit: ſi hec ille quoq; ab ineruditorum cõmunicatione intemerata ſeruauerit. Sed caue inquit ne hec ad homineſ ueniãt ineruditoſ (Et rurſuſ. Caue ne te aliquando peniteat eorum: que in preſentia minuſ digne ceciderint. Tutũ uero inprimiſ eſt nihil ſcribere. ſed diſcere. Nam que ſcribũtur fieri non poteſt quin decidant. Ea ratione nihil ego de hiſ ſcripſi unquã. nec eſt Platoniſ opuſ aliquod perſcriptũ: nec erit. Nam que circũferunt Socratiſ ſunt omĩa: quẽ uirum (etiã iuuenem) uirtute ac ſapientia claruiſſe compertum eſt: Mox aũt quaſi eum peniteret aliquid de hiſ etiã per enigma ſcripſiſſe addit: Hanc epiſtolam cũprimum plegeriſ ureſ (Sed hoc ſolũ recte a tyranno factũ dici põt: ꝙ Platoni non obtemperauit. Poſt hec in epiſtola: quã ad ꝓpinquoſ Dioniſ ac

lrã platonis ad dyonisium

plato nihil scripsisse dicit

fāiliareſ ſcribit: moleſtiſſime uideť ferre ꝙ Dionyſiuſ & qdam alii de huiuſmodi rebuſ ſcripſerint. Ita enim inqt. Sed de hiſ om̄ibuſ qui uel ſcripſerunt uel ſcripturi ſunt: quoſ audio aſſeuerantes ea ſe ſcire. quibuſ noſ ſtudemuſ: ita affirmo: ſiue me ſiue alioſ audierint: ſiue ip̄i per ſe inuenerint: nihil de hiſ intelligere poſſe. Neq̧ uero opuſ meum de hiſ rebuſ ullum eſt: neq̧ erit. nam ſcribi de hiſ ut de aliiſ diſciplinis non poteſt. Ceterum: ut cauſam propter quam nihil ſcripſiſſet: non inſcitiam neq̧ inuidiā fuiſſe declararet: addit. Atqui hoc qdem ſcio: ꝙ hec ſi a me uel ſcriberentur uel dicerētur: promi optime poſſent: et male tradita nō mediocriter me offen/derent. Si uero uel uoce uel ſcriptiſ proferenda in uulgum mihi uiderētur: quid preclariuſ a nobiſ in uita agi poſſet: q̄ et maxime prodeſſe hominibuſ: et naturam in lucem ꝓferre? Sed nihil pro/futurum hunc noſtrum conatum hominibuſ reor: niſi admodum paucis: qui exigua ſignificatione poſſent ſuo ipſi ingenio plura inuenire: Apud reliquoſ uero cum nefarium pareret cōtemptum: tum uanam ſpem rerum altiorum: quaſi grauiora quedam eſſent conſecuti: Et paulo poſt. Siue igitur Dionyſiuſ: ſiue quiſ aliuſ Dioniſio aut maior aut minor de ſummiſ primiſq̧ rebuſ nature aliqd ſcripſit: Iſ mea ſentētia nihil de hiſ que ſcp̄ſit: uel audiuerat recte uel didicerat. Nā ſi ſecuſ eēt: pariter. ut ego reſ illaſ coleret: ueneraretur: nuſq̄ inepte indecēterq̧ proferret: Non enim quaſi in memorie ſubſidiū hec ille ſcrpſit: ſiqdem non poterat obliuiſci eorum que breuiſſima ſunt poſtq̄ ſemel didicerat: Sed uel turpi ambitione id fecit: ut hec ſua eſſe oſtenderet: uel ut tanq̄ auditor eiuſ diſcipline: qua dignuſ non erat gloriam ſibi cum ceteriſ ſapi/entibuſ uendicaret/ Hiſ itaq̧ manifeſtum eſt Pythagoram atq̧ Platonem nihil om̄ino ſcribendū cenſuiſſe: nec eſſe reſ huiuſmodi ante oculoſ multitudiniſ ponendaſ: Simile illud etiam apud. C. Iuliū Ceſarem legimuſ: Druideſ inqt a bello abeſſe conſueuerūt. Neq̧ tributa una cū reliquiſ pendūt. militie uacationē: omniūq̧ rerum habent immunitatē. Tantiſ excitati premiiſ: et ſua ſponte multi in diſciplinam conueniunt: et a parentibuſ ꝓpinquiſq̧ mit/tuntur. Magnum ibi numerum uerſuum ediſcere dicuntur. Itaq̧ nōnulli annoſ uiginti in diſciplina ꝑmanēt: neq̧ faſ eē exiſtimāt ea litteriſ mandare: cum in reliquiſ fere rebuſ publiciſ priuatiſq̧ ratiōibuſ: grecis litteris utantur. Id mihi duabuſ de cauſiſ inſtituiſſe uidentur: ꝙ neq̧ in uulgum diſciplinam efferri uelint: neq̧ eoſ

Lrē platonis ad ꝑ... Dyonis

Julius Cesar de Moribus ... Druydes ... gallie

.1. C. 11.

qui diſcűt: litteris confiſos: minus memorie ſtudere: ꝙ fere pleriſq; accidit: ut preſidio litterarum: diligentiam in perdiſcendo ac me/ moriam remittant. Ita non ſolum iudicio pythagoreorű ſed etiã druidum: quos doctrina & moribus antiquitas coluit: Diſciplinã maximarum rerum litteris tradi nő licebat: ne ſumma opinionű decreta in uulgum propagarentur. Plato igitur nihil de primis ſupremiſq; rebus: aut ꝗpauciſſima & ea pobſcure hac cauſa ſcpſit: ꝙ rem tantam multitudini cõmunem facere non liceret. longeq; ſanctius eſſet hec toto animo colere & uenerari. Nam de ceteris quidem rebus et ſi more pedagogoꝝ certas regulas nő tradiderit: Quo pacto ſcilicet uel orandű ſit: uel diſputandű: uel huiuſmodi aliqd agendű: in dialogis tamen: quos ſummo artificio ſingulariq; doctrina conſcripſit: plurima atq; utiliſſima omnium fere bona/ rum artium ac diſciplinarum precepta inſeruit. Quanꝗ hec quoq; tutius memorie mandari ꝗ litteris poſſunt: preſtatq; ſi preceptoris ore pcepta aſſidua meditatione aío reuoluãtur. quod druidibus placitű eſſe paulo ante memorauimus. Sed de his ſatis dictum eẽ arbitror apud eos q inueniende ueritatis nő contentionis cupidi ſunt. Nam apud eos q temere atq; impudẽter uero aduerſantur: et que dicta & non dicta ſunt referunt: nulla nobis diſputatio eſt: nec ad exteriorem ſermonem loqmur: qui auctore Ariſtotele obiicere aduerſus omnia poteſt: ſed ad interiorem: et apud equos iudices. Siquidem facile in ſe quiſq; experiri poteſt: ꝗ preſtet que uel ab aliis diſcimus: uel ipi meditamur mẽorie ꝗ litteris mãdare: et quãto utilius ſit: hec filios a parentibus: et diſcipulos a magiſtris quaſi per ſucceſſionem percipere & animo cuſtodire: ꝗ ſi libris ſer/ uarẽtur. Hos enim et urbiű depopulatiõeſ: et ruine: et incendia: et alii pene infiniti caſus delere facilius poſſunt: ꝗ hoím mẽoriam abolere. Sed eſto utile ac neceſſariű ſit ea que aut p nos inuẽimus: aut ab aliis accepimus litteris mandare: Certe Ariſtoteli et his qui ante eum fuerunt: quiq; futuri ſunt: optimarű artium precepto/ ribus gratie ſunt habende: non tamẽ qui hec nő tradiderunt: tanꝗ rudes & ignari contemni debẽt. ac pro nihilo haberi. Neq; enim ſufficiens teſtimoniű eſt inſcitie illoꝝ ꝙ nihil ſcripſerint: Quippe hoc modo cõplures doctiſſimi atq; eruditiſſimi uiri: quaſi de ſuo ſtatu pulſi pro ineruditis atq; indoctis haberentur: Cauſam autẽ propter quã non ſcripſerint hanc eẽ credamus: partim ꝙ ſilentiű uenerationẽq; exhibendã cenſebant rebus diuinis: Et ne in ceteris

qdem diſciplinis minorē percipi utilitatem exiſtimabant: ſi mēorie q̄ ſi litteris cōmendarentur: partim ꝙ parum curioſi in ſcribendo fuerunt: qđ tñ preſtari a Platōe facillime potuiſſet. Gratias uero agamus utriſq;: ſed his maiores: a quibus beneficia ſumus maiora conſequuti. hoc enim et pietas & ratio exigit. Ceterū aduerſariū: qui ita turpiter impetendum eſſe Platonem exiſtimauit ꝙ diſci/plinarū precepta nō cōſcripſiſſet interrogemus: an Hermogenes tarſenſis: qui precepta artis rhetorice ꝑfectiſſime tradidit: Demoſ/thene eloquentior: et in dicendi facultate doctior fuerit: uel ut Demoſthenē pretercam: qui quãuis de arte nihil ſcripſerit: multas tamen orationes artificioſiſſime ſcriptas reliquit: an Hyperidem ſuperauerit: a quo nihil uel de arte uel ex arte ſcriptum habemus: Quippe Hyperidem uſq; adeo in dicendo excelluiſſe dicunt: qui de decem oratoribus ſcripſere: ut pleriq; uiſi ſint dubitare an De/moſthenes Hyperide fuerit in orando preſtantior: Nōnulli etiã Demoſtheni. Hyperidem ſine controuerſia prepoſuerint. Et Plu/tarchus auctor ē hunc omñs in cōcionando excelluiſſe: nōnullorū etiã ſentētia Demoſthenē ſupaſſe. Propter quod ſi Hermogenes Hyperide preſtantior foret: Demoſtheni quoq; procul dubio añponeretur: At hoc ne ipe qdem Hermogenes: ſi ei cōcederetur acciperet. Sed quanta poſſet uoce clamaret: dic meliora: Magna certe res eſſet: et ſumma felicitas uel mihi uel cuiuis alteri: ſi uiri illius aut Hyperidis aut Eſchinis: aut Andocidis: aut Lycurgi: aut alterius ſimilis oratoris: ſatis digne iudicare orōnem poſſemus quãuis illi nihil de arte: ex arte uero uel parum uel nihil ſcriptū reliquerint: Neq; enim hac una re doctrina deſcribitur: neq; hoc tantum eruditionis teſtimoniū eſt: Sed fieri poteſt: ut et q tacet doctiſſimus ſit: et qui multa aut loqtur aut ſcribit: rudis atq; in/doctus. An tu exiſtimas eos: qui noſtra etate permulta qdem ſed imperite ineptecq; ſcripſerunt: ꝓpterea magnis illis ac ſapiētiſſimis uiris doctiores eē: quia nullum extat illorū opus? Magni ꝑfecto eſtimãda foret impudētia atq; temeritas: ſi ita eſſet. Sed res longe aliter ſe habet. Neq; enim idcirco Hyperide aut Demoſthene clarior ſum orator: qa ꝑcepta artis rhetorice trado: Abſit a nobis tanta temeritas: Neq; Platōi ignorantie dandū eſt: ꝙ diſciplīaꝝ precepta litteris non mandauerit. Improbi certe & indocti atq; amentis iudicium de maioribus noſtris hoc eſſet. Et Demoſthenē igitur & Hyperidem et reliquos quoꝝ nomīa ueneramur: quanq̄

Hermogenes tarſenſis orator
Demoſthenes orator
Hyperides Orator atticus
Eſchines Andocides Licurgus oratores

nihil de rhetorica arte conſcripſerint: hiſ tamen fatendum longe clarioreſ oratoreſ fuiſſe qui eiuſ artiſ precepta tradiderũt. Eadem ratione Plato quoq; etſi optimaſ arteſ ac diſciplinaſ in libroſ non redegerit: hiſ tamẽ qui id fecerũt doctior uel certe nõ indoctior eſſe potuit. Quod ſi operum Ariſtoteliſ omniũ ut iam aliquorum iacturam feciſſemuſ: extarẽtq; ſola opera Theophraſti: Nam hic etiã et copioſiuſ & ornatiuſ q̃ eiuſ preceptor: Ariſtoteleſ ſcripſit: pleraq; etiam memoratu digna ſuopte ingenio addidit. non ideo preponendũ eſſe Ariſtoteli Theophraſtũ exiſtimareſ: neq; alterũ maledictiſ proſequereriſ: Alterũ laudibuſ extolleres: quanq̃ pari ratione arguere tũ poſſeſ. ubi nũc de diuiſione: ubi de dialectica: ubi de rerũ natura Ariſtoteliſ libri ſũt: quẽadmodũ Theophraſti: Nec. M. Tulliuſ qui iudicio omnium dono quodam prouidẽtie genituſ dicitur: in quo omneſ uireſ ſuaſ eloquentia experiretur: ſi familiaribuſ publiciſ ue negotiiſ impedituſ rhetoricoſ ad Herennium nõ ſcripſiſſet: idcirco Quintiliano q multa ſcripſit inferior haberetur. ¶ Sed ſatiſ iam hanc partem ut opinor refutauimuſ: Nunc illuſtrium auctorũ tam grecorum q̃ latinoꝝ de Platone iudicium in mediũ afferamuſ. Nec academicorum duntaxat: qui a Platone principe platonici nuncupanẽ: ſed etiã peripateticoꝝ: hoc eſt eorum qui ſecte Ariſtoteliſ ſtudioſi fuerũt: quod nõ leue argumentum eſt aduerſuſ hunc calumniatorem Platoniſ. Nemo quippe inter eoſ eſt: qui Platonem nõ probet: laudet: admiretur: et diuinum uirũ appellet: preſertim in ea parte philoſophie: que eſt de rebuſ diuiniſ: in qua pluſ illũ ſtudii conſumpſiſſe exploratũ eſt: Quin etiam in rebuſ naturalibuſ nõnulli eorum faciliuſ aliq̃n Platoni q̃ Ariſtoteli conſentire uidentur: Nam in diuiniſ: et hiſ que de primo entium principio dicuntur: Item in mathematiciſ: et oratoria: et moralibuſ diſciplinis: omẽſ ſine controuerſia palmã tribuunt Platoni: eumq; haud dubie ſequuntur. Itaq; Platonem quidem diuinum: Ariſtotelem uero demonium tam peripatetici q̃ platonici uocant. quod nomẽ a demonibuſ ſumptũ eſt: quoſ. M. Tulliuſ lareſ: Apuleiuſ modo lareſ modo genioſ appellat: Fuit apud uetereſ honeſtum hoc nomen. quod nunc noſtre religioni infeſtum eſt: Tantoq; a diuini nomine ſuperabatur: quanto reſ naturaleſ diuiniſ inferioreſ habentur: Nam quoniam Ariſtoteleſ reſ naturaleſ orbi lune ſubiectaſ: in qbuſ demonũ genuſ uerſari dicebãt optime ac diligentiſſie tractauerat: demoniũ uocauerũt:

Platonem uero ꝙ de rebuſ diuiniſ om̄i uacantibuſ materia: et de primo uero ac precipuo ente: Tum de rebuſ mathematiciſ que etiã om̄i ſequeſtrata materia conſiderantur: In primiſ cõtempla/tuſ fuerat: optimiſ preterea moribuſ & uirtute claruerat: pecũiaſ: honoreſ: uoluptateſ: hũana om̄ia ſpreuerat. aĩm deniq; corporeiſ ʒ uinculiſ abſolutum euehi ad ſupernaſ ſedeſ uoluerat: diuinum eſſe dixerũt. Sed qui nam aut quot grecorũ illuſtreſ auctoreſ huiuſ rei teſtimonium prebeant: ſuperuacuum eſt multiſ uerbiſ referre: Cum greciſ qdem id notiſſimum ſit: latini aũt: qbuſ hec ſcribimuſ uel hinc intelligere facile poſſint: ꝙ hic Platoniſ calũniator: in/uidia inquit ſuoſ hoc eſt grecoſ motoſ eſſe: ut Platonẽ Ariſtoteli preferrent: et laude digniorem exiſtimarent. Ceterum ex latiniſ audiant duo illa clariſſima lumina. M. Tullium Ciceronem: et aureliũ Auguſtinũ: quorũ alter gentili: alter in noſtra religione ſanctiſſimuſ fuit. Et quid iſti de Platone predicent: quãtam illi doctrinam: quoſ moreſ: quã uite probitatem tribuãt: quomodo hunc unum preferant om̄ibuſ: aĩmaduertant: Non illi Platonẽ reprehendunt: cum Ariſtotelẽ laudant: ut aduerſariuſ facit. quaſi laudari unuſ non poſſit: niſi alter accuſetur: Sed utrũq; ꝓ meritiſ extollũt: et alterũ magiſ: alterum minuſ cõmendant: uituperant néminem: Itaq; M. Tulliuſ Platonem alibi philoſophoꝝ deum: Alibi illorum Homerum appellat: Et alio loco: om̄eſ inquit: qui unquã fuerunt magno interuallo excelluit Plato: Item harum diſputationum inuentori et principi longe omnium in dicendo grauiſſimo & eloquẽtiſſimo Platoni: Et rurſuſ hoc maxime ad/mirabar Platonẽ: ꝙ in oratoribuſ irridendiſ eẽ ipſe orator ſũmuſ uidebatur. Tum ſi Iupiter inqt lingua humana uti uoluiſſet: nõ aliter q̃ Plato ipſe loqueretur. Quid ꝙ Ariſtotelem laudanſ: cum ingenio cunctoſ illum ſuperaſſe dixiſſet: addidit: Platonẽ ſemper excipio. Atqui diuinuſ uir Auguſtinuſ eadẽ que Cicero: et iiſdem fere uerbiſ: multiſ in lociſ de Platone cõmemorat: Merito inquit Cicero deum inter philoſophoſ Platonem uocat: qui cunctoſ philoſophoſ & ingenio et ſapientia ſuperauit: Et alibi qui cum eſſet athenienſiſ honeſto apud eoſ loco natuſ ingenioq; mirabili. Longe ſuoſ condiſcipuloſ preiret: operepretiũ tamẽ eſſe putanſ ſi philoſophiciſ diſciplimiſ excelleret: idq; ſibi ſufficere: ſeipm̄ ſimul et ſocraticam diſciplinam deferenſ uerſuſ omnẽ oram: cuiuſ famã alicuiuſ nobiliſ ſcientie percipiẽde eum comprehendebat: q̃ longe

M. Tullius Cicero laudes platonis
Aurelius Augustinus idem

lateq; potuit ꝑfectuſ perrexit. Item alio in loco. Non ſine ratõe platonicoſ elegi philoſophoſ: qbuſ cum diſputarem: cũ ipſe Plato et de ultimo hominiſ fine: et de diuina natura meliuſ ceteriſ phi/loſophiſ dixerit: ad hec ex ſententia Labeoniſ ſemideum Platonẽ appellat: deo quidem inferiorem: ſed homĩe ſuperiorẽ: Et rurſuſ Ariſtoteleſ inquit Platoniſ auditor ſummo ingenio fuit: ſapiẽtia tamen Platone inferior. Quid ego nunc Quintilianum cõmemo/rem? cuiuſ uerba hec ſunt. Philoſophorum quiſ dubitet Platonẽ eſſe precipuum? ſiue acumine differendi: ſiue eloquendi facultate diuina quadã & homerica. Multum enim ſupra proſam orõnem et quã greci pedeſtrẽ uocant ſurgit: ut mihi nõ hominiſ ingenio: ſed quodam delphico uideatur oraculo inſtinctuſ. Quid Pliniũ: quid Apuleium adducam? qui multiſ in lociſ non modo uitam & moreſ et ſapientiam Platoniſ laudant: extollunt: admirant: Sed etiam plenam illam orationem ſimilem niuibuſ hiberniſ: crebram: aſſiduam: largam: poſtremo diuinam atq; celeſtem? Multa ſane in hunc modum tum apud philoſophoſ: tum apud ceteroſ latine lingue uetereſ auctoreſ repperiuntur: Ex quibuſ conſtat quale latinorum de Platone iudicium fuerit. Quid aũt greci ſenſerint: inprimiſ ab ipſo Ariſtotele licet intelligere. Hic cũ in problema/tibuſ quereret: cur hi q in philoſophia uel poetica uel liberalibuſ diſciplinĩſ: uel etiã reipub. adminiſtratiõe claruerũt: melancholici fuerint: poſtq̃ enumeratiſ pleriſq; antiquiſ ad iunioreſ deſcendit: Empedocliſ: et Platoniſ & Socratiſ exemplo uſuſ eſt. Quin etiam preclaram orationem de laudibuſ Platoniſ conſcripſit: ut Olym/piodoruſ refert. Et in elegiiſ ad Eudemũ hec de Platone cecinit.

Cecropiſ ad claraſ uenerat uſq; domoſ
Dulciſ amicicie mox illi condidit aram
Quẽ laudare nephaſ ora ꝓphana foret.
Qui ſoluſ: uita: doctrina moribuſ: ore
Admonuit cunctoſ: et momumenta dedit
Vt uirtute queant felicem ducere uitam
Nulla ferent talem ſecla futura uirum.

Demoſthene ſ uero qui Platoniſ diſcipuluſ fuit: ſcribenſ ad Hera/cleodorum quendam condiſcipulum ſuum: atq; eũ reprehendenſ ꝙ poſtq̃ Platonẽ audierat: negligeret bonaſ arteſ: et uitam parũ honeſte duceret. Nõne inqt erubeſciſ ea negligere que a Platõe accepiſti? Idem cum antipatrum fugeret: Archie blandiſ uerbiſ

ſe ei uitam ſeruaturum pollicenti: Abſit inquit: ut uiuere turpiter malim q̃ honeſte mori. Poſtq̃ Xenocratem & Platonem de immortalitate animi differenteſ audiuit. Philiſcuſ quoq; Lycurgi oratoriſ uitã deſcribẽſ: Magnuſ uir inqt fuit Lycurguſ: multaq; ſunt ab eo geſta preclare: que facere nemo potuiſſet: q non fuiſſet Platoniſ auditor. Hec ſunt que de Platõe tanti tamq; excellẽteſ uiri ſenſere. At nouuſ hic reprehẽſor: ne puero qdem: qui uix p̃ma elemẽta deguſtarit doctiorem exiſtimat Platonẽ fuiſſe: et tamẽ Ariſtoteliſ gloriam augere ſe putat: comparanſ eũ homini ut ipſe opiatur rudi atq; indocto. Eníuero nimia calũniandi auiditate obcecatuſ dicat nõ animaduertit. nec intelligit ſcripta ſua ne uериſimilia qdem eſſe: nec aliquo mõ ſibi conſtare. Quippe Socratẽ lenonem: Ariſtidẽ iniquũ facit. Tot preterea tam temere: inepte: inconſtanter: abſq; nullo ordine maledicta profert: ut quodam quaſi morbo improbitatiſ euomere omnia uideatur: Inſtar eoꝝ qui aduerſa ualitudine laboranteſ: nihil cibi ſtomacho retinent. Verum dignuſ certe eſt cui ob hanc unam rem gratiaſ agamuſ: ſiqdem tam importuna tãq; audaci et ꝓterua lingua in Platonẽ inuectuſ eſt: ut manifeſtum oĩbuſ fecerit: ſe non aliquo iudicio recto. Sed temerario quodam impetu in tantam uerborum obſcenitatem prorupiſſe. Preſtat enim ut Fauorinuſ inqt grauiter et ſupra modum uituperari: q̃ exigue frigideq; laudari: quoniam qui maledicit & uituperat quanto id acerbiuſ facit: tanto magiſ ſe iniquum inimicumq; oſtendit: et propterea nõ meretur fidem: Sed qui ieiune atq; exigue laudat. amicuſ qdem uidetur eſſe eiuſ quẽ laudat: Sed a cauſa deſtitui: et nihil quod uere laudari poſſit inuenire: Atqui ſi Ariſtotelem. ut certe dignum eſt laudemuſ atq; admiremur. Non propterea Platoniſ glorie aliquid detrahimuſ: imo ſi recte iudicetur eam potiuſ augemuſ. Quãuiſ enim agende Ariſtoteli gratie ſũt: pro tot operũ benefitiiſ: que nobiſ & poſteritati reliquit: Non minoreſ tamen agende ſunt Platoni: q ut id p̃ſtare Ariſtoteleſ poſſet effecit. Scilicet ille talẽ nobiſ Ariſtotelẽ reddidit: ille ingenium eiuſ coluit: ille eum oĩbuſ diſciplinĩſ ornauit: illo uno preceptore uſuſ eſt Ariſtoteleſ: illũ non qnquẽnio aut decennio: ſed uiginti continuiſ anniſ audiuit: Nam qui ſemẽ ut Demoſtheneſ ait terre cõmittit: iſ cauſa eſt ut frugeſ oriantur: Quomodo autem potuiſſet Ariſtoteleſ preſtantiſ uir ingenii tot annoſ Platonem audire: niſi fructum ſe percipere maximum ex

Platoniſ doctrina ſenſiſſet? Niſi Platoniſ ſcientiam probandam: expetēdamq; duxiſſet. Etenim hoc ne aduerſariuſ qdem negare auſit Ariſtotelem quum medio ſpatio Platonem audiret: meliuſ q̄ ego q̄ ipſe q̄ ceteri om̄ſ potuiſſe de Platoniſ ſcientia iudicare: non litteriſ quibuſdam inanimatiſ ut noſ facimuſ: ſed uoce ipſiuſ Platoniſ uiui atq; preſentiſ. Nec tamen deſtitit ab inceptiſ: nec ſpreto Platone tanquā rudi & indocto ſcholam eiuſ deſeruit: Sed perſeuerauit audiendo eum: et doctrinam eiuſ admirando: quam tu contemniſ atq; irrideſ homo potiuſ ab aliiſ irridēduſ. Ariſtoteleſ igitur et ſi taliſ erat: ut domum eiuſ ſtudioſiſſimi lectoriſ ſedem Plato appellaret: Et cū aliquādo eum cū Xenocrate conferret: hunc quidem calcaribuſ: illū uero freno dicētur indigere: Tanto erat ingenii acumine preditus: tamen uiginti integriſ anniſ Platonem audiuit: eoq; uno preceptore uſuſ eſt: preterq̄ ꝙ Socratem triēnio admodum adoleſcenſ audierat: anteq̄ ſe ad Platoniſ gymnaſium conferret: Neq; dici poteſt propterea tantum temporiſ Ariſtotelem in audiendo Platone conſumſiſſe: ꝙ ea tempeſtate ſine libriſ doceri moſ erat: quum e contrario experiamur maiori facilitate: quāuiſ artem ſine libriſ: q̄ cū libriſ percipi poſſe. Multa ſunt enim: que cum libriſ magno ſtudio ac labore queramuſ: aut nunquā aut uix tandem inuēimuſ: At preceptoriſ uoce celerrime apertiſſimeq; accipimuſ: Natura etiam ita comparatum eſt: ut que ſine ſcriptiſ audimuſ: continue memorie cōmendemuſ: eamq; ne forte obliuio ſubrepat: aſſidua meditatione exerceamuſ: Maiorq; fiat in hunc modum breui tempore profectuſ: q̄ ſi indiem ut fit diſtulerimuſ: Sperando poſſe quum libuerit ea que in libriſ ſeruantur repetere. Itaq; tanta in audiendo mora non librorum inopiam ſignificat: Sed doctrine magnitudinem: quā niſi longo temporiſ interuallo aſſequi nō licebat. Hec igitur nō ignorantie Platoniſ: Sed ſingulariſ doctrine ac ſapientie argumenta ſunt: modo equi ſint iudiceſ: nec inſtar aduerſarii ſine ratione huc atq; illuc: prout fert aīmi libido ferantur. Ergo laudanduſ eſt Theophraſtuſ: q multo plura: nec deteriora: q̄ eiuſ p̄ceptor Ariſtoteleſ ſcripſit: ſed magiſ laudanduſ Ariſtoteleſ: etiam ſi nulli eiuſ libri extarent: modo conſtet eum Theophraſti preceptorem fuiſſe: Maxime aūt omnium laudanduſ admiranduſq; Plato: magnuſ Ariſtoteliſ preceptor: et doctrine illiuſ parenſ: quādo etiā nullū diſciplinarum eiuſ ueſtigium ſupereſſet. qm̄ Platoni iure optimo

tribui debẽt: que Ariſtoteleſ ſcripſit: Siquidem ut ita Ariſtoteleſ
ſcriberet ille auctor fuit. ¶ Hiſ itaq; hunc in modum expoſitiſ: ſu/
pereſt: ut ex paucıſſimiſ Platoniſ operibuſ: in quibuſ differentem
Socratem facit: precipue quidem de moribuſ: de quibuſ diſputare
Socrateſ frequentiſſime ſolebat: Interdú etiã de ceteriſ diſciplinıſ:
q̃ excellenſ in om̃i doctrine genere Plato fuerit: oſtẽdamuſ. quod
q̃ breuiuſ potero. et licebit expediã. ¶ Sed de grammatica diſciplı́a
neq; aduerſariuſ cótendit: neq; noſ plura dicere eſt neceſſe. Vnuſ
enim ſermo illiuſ qui Cratilluſ inſcribitur: Satiſ ſupq; eſt ad expri/
mendum: qualiſ Plato grammaticuſ fuerit. In quo longe meliuſ
q̃ Prodicuſ de ſignificationibuſ ac diuiſionibuſ noı́m inueſtigauit:
et quẽadmodum reſ ratióe nature ſue nomı́ari deberent: edocuit.
Atqui aduerſariuſ ipſe nolenſ fortaſſe atq; inuituſ hoc idẽ pbat.
Nam cum ornatum atq; elegantiam orationiſ tribuat Platoni:
hiſq; omneſ: qui unquã fuerunt aut ſunt: aut in poſterum erunt
ſcriptoreſ: longo poſt ſe interuallo reliquiſſe fateatur: Profecto
neceſſe eſt: ut et delectum uocabulorum cócedat: et ſtructuram
orationiſ: et eorum que a poetiſ ac ceteriſ ſcriptoribuſ dicuntur
uſum atq; eruditionem. Nec pauca certe huiuſmodi uidere apud
Platonem licet: que partim inſerit: partim elegãtiſſime exponit.
Nam formaſ: modoſ: figuraſ: quibuſ ambituſ orationiſ perficitur:
cuiuſ rei cura inprimiſ ad grammaticoſ ptinet: ſi dixero Platonẽ
tenuiſſe: ridiculum uideatur. ¶ Quod uero artiſ rhetorice ignarum
hunc fuiſſe aduerſariuſ ſcribit: an ita ſit uideamuſ. Nunquã Pla/
tonem de rhetorice diſciplina: aut eiuſ aliqua parte loquutum
aſſerit: et genuſ dicẽdi: quo uſuſ fuit ſimplex eẽ: et natura potiuſ
q̃ arte cótextum. Enimuero noluiſſe Platonem de arte dicendi
communi more perſcribere: quamuiſ poſſet: iam ſupra diximuſ et
neminem hoc preter aduerſarium latet. Iam enim et Gorgiaſ: et
Thiſiaſ: et Antiphon: atq; etiã Lyſiaſ & Iſocrateſ: ut Plutarchuſ
inuitiſ decem oratorum refert precepta rhetorice artiſ ediderant:
quoſ imitari & ſuopte ingenio pleraq; addere: facile potuiſſet: ſed
id neglexit: oratorum tamen preceptor diligentiſſimuſ fuit: et id
munuſ: ut philoſophú decebat: exercuit: Iſeuſ. Eſchineſ. Demoſ/
theneſ. Lycurguſ. Hyperideſ. excellentiſſimi oratoreſ Plutarcho
teſte diſcipuli Platoniſ fuerunt: et doctrina eiuſ ad orandú pluri/
mum pfecere: quẽadmodú ipſe: non ceteri illiuſ etatiſ preceptoreſ
docere ſoliti erant. q̄ ſiqua etiã precepta uere oratorie facultatiſ

ex Platoniſ libriſ haurire cupimuſ: nouiſſimã eiuſ dialogi partem legamuſ: qui phedruſ inſcribitur. quo locõ breuiter de hiſ: que in oratoria: maxima ac precipua ſunt explicat᷑. Hec enim ſunt que benedicendi facultatem perficiunt: et que ſi dempſeriſ nihil aliud erit q̃ uſuſ experſ ratiõiſ: quẽadmodũ in Gorgia quẽ aduerſariuſ reprehendit latiuſ improbatur. Quod enim maxime perſuaſionẽ inducit: quam conſtat finem eſſe rhetorice: non exordium eſt: nõ narratio: non diuiſio: non argumentatio: nõ repetitio: non per/oratio: nõ exornatio: non elocutio: nõ ſunt hec in oratoria arte precipua: non hiſ acqritur ille finiſ: ut apte ad pſuaſionẽ dicatur: nec iſta ſummuſ uir Plato ignorauit: Siquidem multo etiam in/doctioreſ hec ſciunt: ſed iuuant iſta ſane cum recte diſponũtur: Parum tamẽ afferunt utilitatiſ: niſi ea adſint: que precipua ſunt ad benedicendum: et que perſuadere maxime poſſunt. Hec autẽ ſunt: ſimilitudineſ rerũ ac diſſimilitudineſ recte cognoſcere: nuſq̃ in hiſ errare: quod peracuti ingenii eſt: Rerũ bonarũ: honeſtarũ: uerarum naturam noſſe: et hiſ accõmodare rationem que ſequit᷑: ut q̃ celerrime animaduertamuſ ad quod genuſ referatur quod dicturi ſumuſ: neq; eiuſ definitionem ignoremuſ: multa in unum recte colligere: unum in plura diuidere poſſimuſ: et que oratio quibuſ auditoribuſ conueniat: aut non conueniat intelligamuſ. Hec ſunt que inprimiſ uerum oratorem conſtituunt: Hec tanq̃ ſumma atq; precipua capita eiuſ diſcipline tradita ſũt: ab Ariſto/tele in libriſ quoſ de arte rhetorica ſcripſit. Quibuſ longe ceteroſ qui ante eum ſcripſerant anteceſſit. Cum enim et auditoreſ & reſ quoad eiuſ fieri poterat diuiſiſſet: quibuſq; et de qbuſ ſuaderetur: qui hominum moreſ eſſent: que cuiq; perſuadendi rationeſ accõ/modarentur diffuſiuſ explicaſſet tum precepit: ut uarie ageretur: et alie aliiſ auditoribuſ rebuſq; orõneſ adhiberent᷑: Quapropter laudatur paſſim ab omnibuſ (non alioſ in hoc rhetoreſ ſed ſolum Platonem ſequutuſ. Siquidem prohemiorum quoq; artificium improbat: quaſi fraudem quãdam orationiſ & iudicũ corruptelã. Que igitur ab Ariſtotele pluribiſ uerbiſ explicata ſunt: in hiſ preſertim rhetorice partibuſ: in qbuſ maxime ab omĩbuſ ꝓbatur: Vide obſecro q̃ breuiter ſimul & perfecte Plato in eo quem ſupra diximuſ ſermõe tradiderit. Socrateſ. Hiſne in rebuſ error euẽit inter quaſ multũ intereſt an in hiſ inter quaſ parum? Phedruſ. In hiſ certe inter quaſ parũ. Socrateſ. At paulatim ꝓgredienſ

potiuſ in contrariū deuenienſ q̃ ſummatim. Phedruſ. Ita eſt. Socrateſ. Oportet igitur eum qui decepturuſ eſt alium: et minime ipſe decipi uelit noſſe ſimilitudinē rerū ac diſſimilitudinē. Phedruſ. Profecto. Socrateſ. An igitur qui rei ueritatem ignorat ſimilitudinem eiuſ uel paruam uel magnam dignoſcere in ceteriſ poterit? Phe. Minime. Socra. Ergo qui preter ueritatem aliquid opinanteſ falluntur: eoſ p ſimilitudinē aliquā ad hūc labi errorē pſpicuū eſt. Phe. Quidni. Soc. Nunqd igitur arte quiſpiam poterit uel tranſferre aliquem uel paulatim per ſimilitudinem a ueritate: in contrariumq; deducere uel ipſe deuitare: niſi norit: quid queq; reſ ſit? Phe. Nunquā. Socr. Ergo dicendi artem o amice ridiculam quandam rem & rationiſ expertem exercet: qui ueritatem ignorat & opinionibuſ ducitur. Et paulo poſt. Socrateſ. Qui igitur artem orandi exercere ſtatuerit primum hec recte debet diuidere: atq; animo concipere formulam quandam indicem utriuſq; generiſ: in quo falli et non falli multitudinē neceſſe ſit. Phedruſ. Perpulchram certe o So/crateſ iſ formulam concipiet qui id negliget. Socrateſ. Tum: ut reor: ubi ad ſingula uenerit: ne quid lateat eū oportet: Sed qđ dicturuſ eſt q̃ celerrime animaduertat ad utrum genuſ referatur. Et paulo poſt. Socra. Equidem cetera quaſi per ludū acta iam a nobiſ fateor. Sed duorum que diximuſ generū ſiquiſ arte comprehendere ualeat: profecto pulcherrimum ſit. Phedruſ. Quorum inquiſ? Socra. Ad unam ſpeciem reſpiciendo colli/gere que uarie ſunt diſperſa: et quodlibet de quocūq; dicere uelíſ: definitione declarare. Quēadmodum de amore quid ſit modo a nobiſ definitum fuit: ſiue bene ſiue male: Tamen certum illud ſibiq; conſentienſ ob eam rem ita ſtatuendum cenſuimuſ. Phe.

Alterum uero genuſ quod nam eſt o Socrateſ? Socrateſ. Ut rurſuſ p ſingula poſſiſ quaſi articulatim ſecare: que ſuapte natura conſtant: nec membrum frangere ullum inſtar inepti coqui. Sed ut modo utraq; parſ diſputationiſ noſtre demētem: unā quādam cōmunem ſibi ſpeciem accepit: quā digerendo uenit ad propriam: Nam ut ex eodē corpore parteſ dupliceſ eiuſdem noīſ dependēt: quarū dextre altere: altere ſiniſtre uocantur: Sic demētie genuſ: tanq̃ unam ſpeciem: Parſ diſputatiōiſ noſtre utraq; exiſtimauit: quippe altera partem ſecanſ ſiniſtram & reſecanſ: nō ante deſtitit: q̃ uitioſum quēdam amorem compererit: quē maledictiſ optimo

iure inſectata eſt: Altera uero cũ noſ in dextram furoriſ partem deduxiſſet: nomine quidem eodem: ſed diuinum quẽdam amorem reperit: quem tanquã rerum ſumme bonarum cauſam laudauit. Phedruſ. Veriſſima loqueriſ. Socrateſ. Harum ego mi Phedre diuiſionum collectionumq; ſemper cupidiſſimuſ fui: quo recte loqui poſſem atq; intelligere: Quin etiam ſiquãdo aliquem ſua natura arbitror ad unum & plura poſſe reſpicere: huiuſ libenſ ueſtigia: tanq̃ diui cuiuſdam ſequor: atq; eoſ qui id agere poſſũt: Recte ne an nõ appellem deuſ ſcit: ſoleo tamẽ adhuc dialecticoſ appellare. Sed nunc eoſ: qui ex te & Lyſia didicerũt dicaſ uelim: quo nam appellare nomine oporteat. Hoc ne illud eſt: arſ & facultaſ dicendi: cuiuſ uſu Traſimachuſ: atq; alii pleriq;: et docti ipſi euaſerunt: et alioſ doctoſ faciunt: qui dona eiſ ferre tanq̃ regibuſ ſuſtinent? Sint ſane uiri iſti regii. certe indocti ſunt earum rerum de q̃buſ rogaſ. Sed hoc genuſ ſi dialecticũ uoceſ: recte meo iudicio uideberiſ nominare. Rhetoricum autem illud adhuc noſ fugere mihi uidetur. Phedruſ. Quemadmodum inquiſ? Socrateſ. Num reſ ulla grauiſ honeſtaq; eẽ poteſt: que hiſ que mõ diximuſ uacet: et tamen arte accipiatur? Profecto non eſt id aut tibi aut mihi contemnendum: ſed dicendum quid nam ſit reliquum illud oratorie facultatiſ. Phedruſ. Permulta q̃dem o Socrateſ ſũt: ea ſcilicet: que in libriſ de arte dicendi continentur. Socrateſ. Perpulchre mihi in memoriam reuocaſti. Exordium ut opinor primum eſt: quod orationiſ idoneum principium ſit. hoc ne dicaſ eſſe illũ artiſ ſplẽdorem? Phedruſ. Ita. Socrateſ. Secũdum narrationem: quã mox teſtimonia ſequantur: tertiũ argumenta: quartum probabilia. Tum quam probationẽ & approbationẽ appellat egregiuſ eloquentie antiſteſ Byzantiuſ ille uir. Phedr. Theodorum ne optimũ uirum diciſ? Socrateſ. Profecto. Coargutionẽ item & redargutionẽ tum in accuſando: tum etiã in defẽdendo. Atqui preſtantem uirum Euenum Parium quam ob rem in medium non adducimuſ: qui primuſ ſubdeclarationem inuẽit: et ſociam laudationem. Sunt qui eum ſociam quoq; uituperationem carmine cecíniſſe dicãt memorie gratia. Phedruſ. Docti uiri officiũ exercuit. Socrateſ. Tiſiam uero & Gorgiam ueluti otioſoſ ſinemuſ qui probabilia ueriſ anteponeda eſſe duxerunt: quiq; dicendi ui fieri dixere: ut que parua ſunt magna et que magna parua uideãtur: et noua etiam uetuſta: et uetuſta

noua. Ad hec breuitatē dicendi: et nimiā ꝓlixitatem de qbuſcunq; rebuſ inuenerunt: que cū Prodicuſ me referente aliqñ audiuiſſet: ſubriſit: et ſe unum inueniſſe dixit modum dicendi: eumq; eſſe ut neq; prolixa neq; breuiſ oratio ſit ſed mediocriſ. Phedruſ. Sapientiſſime ille quidem. Socrateſ. Nec certe Hippiaſ ſilentio pretereunduſ eſt. cuiuſ ſententiam hoſpeſ eiuſ Elenſiſ ut ego exiſtimo comprobauit. Phedruſ. Nequaq̄. Socrateſ. Poli aūt ſcholam quibuſ uerbiſ digne proſequemur? qui replicationē et ſententiam: et ſimilitudinem inuenit: et lycimnea nomina: que Lycimno amico dono dedit ad elegātiorē carminiſ cōpoſitionē. Phedruſ. Protagorea uero illa o Socrateſ nonne huiuſmodi fuerunt. Socrateſ. Rectitudineſ quedam uerborū illa fuere o adoleſcenſ atq; alia et multa & pulchra. Sed commiſerationiſ ac deprecationiſ artibuſ ad ſenectutem: ſiue paupertatem accommodatiſ plurimum mihi ualuiſſe uidetur Chalcedonenſiſ: qui et inflammare ad iram animoſ: et ſedare mulcendo ut ille dicere ſolebat carminibuſ ſuiſ plurimū potuit. calumniaſ etiā & moliri et tollere: quotienſ oporteret edoctuſ. De fine uero oratōiſ cōuenit inter omneſ: quem alii repetitionem: alii alio modo appellant. Phedruſ. Redigere ne ſummatim in auditorum memoriam ſingula dicta extrema orōne dicſ? So. Hoc dico. Phedr. Et ſiquid preterea habeſ quod de arte exponaſ cupio audire. Et rurſuſ Phedruſ. Sed arſ ueri oratoriſ & ad perſuadendum idonei unde: aut quo pacto acquiri poteſt? Socrateſ. Fieri qdem poſſe: ut poteſtaſ certandi abſolute acquiratur cōſentaneū eſt: et fortaſſe neceſſariū ita hoc eē ut cetera: Sed ſi ita cōtigerit: ut dote ipiuſ nature ad dicendum idoneuſ ſiſ: euadeſ profecto in clarū oratorem: ſi doctrinam exercitationemq; addideriſ. ꝙ ſiquo ex iſ caruériſ: eodem te imperfectum eſſe neceſſe erit. Quantum aūt eiuſ rei artem attingit: non qua Lyſiaſ & Traſimachuſ ducūt: hac uia meo iudicio incedit. Phedruſ. At qua nam uia? So. Pericleſ omnium oratorum perfectiſſimuſ fuiſſe iure optimo uidetur o Phedre. Phedruſ. Quo pacto? Socrateſ. Om̄eſ excellentioreſ arteſ tum ratione diſſerendi: tum cognitiōe rerum naturalium egent. Hinc enim trahi poſſe uidetur illa excellentia rationiſ: et perfecta rerum omniū cognitio: qua Pericleſ ingeniū ſuum excoluit. Cum enim ſe ad Anaxagoram uirū doctiſſimum contuliſſet: naturaliū rerū rationeſ abunde ſibi hauſit: naturamq;

Orator and' Orator ab arte

Pericles primus orator

mentiſ atq; dementie percepit: de quibuſ diſputare plurimum Anaxagoraſ ſolebat: unde ad artem dicendi trahere quantum et cómodum foret facile potuit. Phedruſ. Quomodo hoc dicíſ? Socrateſ. Eadē artiſ medicine: que rhetorice ratio eſt. Phe. Quo pacto? Socrateſ. Vtraq; arte: naturam diuidi oportet. Corpiſ altera: altera aími: ſi uelíſ nō uſu duntaxat & experimētíſ: ſed etiam artiſ ratione: medicamentiſ cibiſq; adhibitiſ ualitudinem et uireſ addere corpori: Oratione aūt & offitio debito uirtutem et quam placuerit perſuaſionem animo mandare. Phedruſ. Conſentaneum eſſe uidetur o Socrateſ. Socrateſ. Animi itaq; naturā ut digne ītelligaſ putaſ ne fieri poſſe ſine totiuſ natura? Phedruſ. Ego uero ne corporiſ quidem ſine uia iſta & ratiōe: modo Hippocrati adhibēda fideſ ſit. Socrateſ. Recte q̄dem Hippocrateſ. ſed an ratio cū eo conſentiat perſcrutandū. Phe. Aſſentior. Socrateſ. De natura igitur quid nam & Hippo/crateſ & uera ratio dicat: parumper cogita. Nonne ita de natura cuiuſcunq; rei aduertendum eſt? Primo utrum ſimplex an mul/tiplex ſit id cuiuſ artem: et ipſi tenere cupimuſ: et alioſ artificeſ facere. Tum ſi ſimplex eſt uiſ eiuſ conſiderari debet: que nam ad agendum patiendum ue ſit: et ſi pluribuſ ſpeciebuſ conſtat: quod in uno: idem in ſinguliſ inſpiciendum: quod ipſum afficere aut affici poſſit. Phedruſ. Agēdum ita uidetur o Socrateſ & q̄dem doctrinam: que hiſ priuata ſit: greſſui hominiſ ceci q̄ ſimillimam arbitror. Socrateſ. At uero qui arte quicq̄ exercet: non ceco aut ſurdo ſimiliſ eſt: ſed patet: ut ſiquiſ arte cuiq̄ afferat orationē: naturam eiuſ diligēter explicare debet: cui affert: id uero animuſ eſt. Phedruſ. Quid ni? Socrateſ. Ergo reſ omiſ eo tendit ut perſuaſionē in aímo facere conemur ita ne? Phedruſ. Ita eſt. Socrateſ. Conſtat igit̄ ut ſiue Traſimachuſ: ſiue quiſ aliuſ artem dicendi tradere uelit: primum ſcribere diligēter debeat atq; efficere: ut perſpici aímuſ poſſit: utrum unum ac ſimile ſit: an pro corporiſ forma multiplex habeatur. Hoc ē enim quod dicimuſ naturam oſtendere. Phedruſ. Prorſuſ. Socrateſ. Mox id explicare quo quid afficere: uel affici poſſit. Phedruſ. Quid ni? Socrateſ. Tum tertio loco: cū genera dicendi: et animorū affectuſ digeſſerit: exponere cauſaſ omniſ accómodando ſingula ſinguliſ: docendoq; quiſ animuſ: quibuſ ratiōibuſ: quā ob cauſam: aut perſuadetur: aut non perſuadetur. Phedruſ. Pulcherrime

ſic ageretur. Socrateſ. Aliter nunquã ſane aut hec reſ aut ulla alia uel ſcribi uel dici poſſet. Atqui nunc de arte dicendi ſcribunt: quoſ tu audiuiſti: callidi admodum uerſutiq; ſunt: Quamobrem cum pulcherrime docere de animo ſciant: neſcire diſſimulant: et ultro bona ſua occultant. Verum niſi ita dicant & ſcribant: noſ arte quicquã ab hiſ ſcribi: nequaq̃ credere debemuſ. Phedruſ. Quiſ nam iſte eſt moduſ? Socrateſ. Equidem uerba ip̃a et nomina rerum. haud facile dixerim. Sed quomõ ſcribere debeat: qui artifex eſt: q̃tum in me erit exponam. Phedruſ. Perge. Socrateſ. Cum ipſa dicendi facultaſ moderatio animi ſit: quot ſint animorũ genera ſcire eũ neceſſe eſt: qui in dicendo proficere uelit. Sunt aũt tot & tot: et talia aut talia. Vnde fit ut hominũ alii taleſ: taleſ alii habeantur. Hiſ itaq; ſic definitiſ genera quoq; dicendi tot ac tot: et unũquodq; tale ſtatui oportet: Taleſ igit̃ homineſ. tali genere dicendi ob hanc cauſam ad rem talem facile tibi obtemperant: qui autem talem ob cauſam. difficile. Hec cum ſatiſ quiſpiam intellexerit: mox in agendo percipere cũ gerũtur: et arguto ſenſuſ iudicio poſſe aſſequi. licet uel exiſtimare ſe non/dum pluſ ſcire: quantum acceperit: cum a preceptore docebatur. Cum uero qbuſ quiſ pareat norit: et preſentem poſſit agnoſcere: Sibiq; oſtendere hunc eſſe: et hanc eſſe illam naturam: de qua tũ ſermo habeatur: ideoq; tunc ei preſenti dandam operam eſſe: et afferendam hanc: ad hunc modum orationem: cum inquam hec omnia fuerit aſſecutuſ additiſ etiã dicendi tacendiq; occaſiõibuſ: et breuitatiſ: et cõmiſerationiſ: et amplificationiſ: et omniũ deniq; que didicerit generum dicendi opportunitate plene atq; perfecte cognita: huic arſ cognita iam eſt. priuſ autem minime. Sed quo/cunq; ex hiſ caruerit aliquiſ. cum aut orat: aut docet: aut ſcribit: et tamen agere ſe ex arte dicat: huic qui non crediderit: rectiuſ iudicabit. Hiſ uerbiſ Plato precipuam artiſ rhetorice partem breuiter explicauit: quam Ariſtoteleſ uix longa oratiõe potuit expedire. Ex quo palam fit: an aduerſariuſ Platoni iure obiiciat loquacitatem: cum tam paucïſ complexuſ omnia fuerit: que Ariſ/toteleſ diu ſcribendo laborauit. Norat hic omnium maxime et tempuſ. et modum oratiõiſ. Longior eſt interdum cũ in dialogiſ aliqua re propoſita: non niſi pluribuſ cogi poteſt: qui reſpondet aſſentire: Interim uero q̃ breuiſſimuſ eſt: dum rem aliquã definiri oportet & ſcientie ut ita dicam: puncto complecti. Quippe ne

Ariſtoteleſ qdem reprehendenduſ eſt: q̄ plyxiuſ artem tractarit: dum particulatim de hiſ diſſeruit: que et mundum ſcripta habe/bantur: et cognitu erant neceſſaria. Habet ſuũ unũquodq; genuſ dicendi modum: atq; iſ aptiſſime agit: qui modo longior: modo breuior eſt pro rerum temporum ue ratiõe. Demoſtheniſ qdem apud grecoſ: apud latinoſ uero Ciceróiſ ea oratio optima fertur eſſe que maxima. et certe ut alie bone reſ: ita bonuſ liber melior quiſq; eſt: quo maior. Breuitaſ itaq; eatenuſ cuſtodienda eſt: qua/tenuſ cauſa permittit. Aliogn preuaricatio eſſet tranſire dicenda: uel curſim & breuiter attingere: que inculcãda eẽnt et repetẽda. Num ſiquiſ etiam peripateticorum: quod facere hac tempeſtate diſputanteſ conſueuerunt: cum re aliqua propoſita ſylogiſmum protulerit: ſi ad eum qui uel prime uel ſecũde propoſitioni con/tradixerit: reſpondere atq; aliiſ ſylogiſmiſ: tum propoſitum ſuum tueri: tũ aduerſarii rationeſ ſoluere uoluerit: Idq; tam diu fecerit: quoad ſoluendi: obiiciẽdiq; facultaſ detur: nõ modo nõ breuior: ſed multo longior q̃ apud Platonem ſit: diſputatio protrahetur? Neq; tamen perfici propoſitum poterit: nouiſ ſemp obiectioni/buſ adductiſ: ſiquidem externe orationi: inſtantiam ſemp afferri poſſe: auctor eſt Ariſtoteleſ. Atqui Plato cum primũ aduerſariũ coegit: omnibuſ que prepoſita fuerant aſſentiri: quod pluribuſ uerbiſ fieri neceſſarium eſt: tum affert concluſionem: Sed qua ui dicendi: quo ſplendore uerborum: qua ſententiarum copia: qua demõſtrandi pbandi ue ratione: ſiue a natura ducat argumentũ: ſiue a notione communi: ſiue ab exemplo: quo etiã multitudinẽ: capiat: et doctoſ teneat atq; indoctoſ: Nec ullam orationiſ am/biguitatem relinquat? Quantum etiam fructum uſumq; rerum commodiſſimarum auditoribuſ prebet? Quid eloquentiam eiuſ et dicendi copiam memorem? quam te non pudet loquacitatem appellare? Nullum profecto in eiuſ ſermõibuſ uerbum eſt: quod non magnum aliquid ſignificet: et plurimum preſtet utilitatiſ. Quod ſi rhetorice finiſ perſuaſio eſt: hec autẽ quomodo optime fiat Plato tradidit: Vtq; Ariſtoteleſ: que a ſe didicerat conſcribere poſſet auctor fuit: quo iure inuehi in eũ poteſ: tanquã oratorie artiſ ignarum? Fuerunt fortaſſe nonnulli: qui cum aliiſ quomõ perſuaderi poſſet: precepiſſent: Id tamen ipſi preſtare nequaquã potuerunt. Sed Plato et precepit optime: et que preceperat egit egregie: Conuenit ſane inter om̃ſ: ſolo contradicente aduerſario:

neminem in perſuadendo Platone preſtantiorem fuiſſe. Neminē tam apte diſtincte ornate copioſeq; dixiſſe: quiſ machinaſ pla/tonice orationiſ euadere poteſt? Quiſ eiuſ artificio reſiſtere: quo minuſ uictuſ proſtratuſq; diſcedat? Corruunt aduerſarii quaſi uertigine capitiſ: et oculorum caligine capti obmuteſcunt: atq; ut Menon ait: quaſi quodam ſtupore obtorpeſcūt: Protagoraſ. Hippiaſ. Prodicuſ. Gorgiaſ. Poluſ. Menon. Eutiphron et qui/cunq; alii cum Platone decertant: multum diuq; dilapſi: et ſibi parum cōſtanteſ: ac pugnantia dicenteſ: demum inaudita quadā dicendi ui ſuperati conſentiunt. Vnuſ inquit aduerſariuſ: idemq; ſemper eſt Platoniſ ſtiluſ: ubiq; ſui ſimiliſ: natura factuſ nō arte. Fateor. philoſophuſ enim Plato erat & philoſophie ueruſ ubiq; profeſſor: Siue de rebuſ diuiniſ: et a materia ſeparatiſ: Siue de re/buſ naturalibuſ: ſiue de moribuſ: ſiue de religiōe: aut de republica: aut de diſſerēdi orandi ue facultate: aut de alia quacūq; re agat: morem philoſophi ſeruat: et ab eiuſ officio nunquā diſcedit. De omni materia ita tractat: ut ueritatem cuiuſq; rei: eſſentiam: ho/neſtatem inueſtiget ac contempletur. Hoc enim precipuum phi/loſophantiſ munuſ eſt: indagatio: atq; inuentio ueritatiſ. Haec uera philoſophia ē. Huiuſ rei amore ac ſtudio philoſophi nomē inuentum eſt. Huiuſ ubiq; Plato ſtudioſuſ atq; auiduſ indaga/tor fuit. Huiuſ limiteſ ſeruauit ut debuit: cum de rebuſ diuiniſ hūaniſq; diſſereret. Quod ab Ariſtotele quoq; Platoniſ diſcipulo accuratiſſime ſeruatum eſt. Sed aduerſariuſ nō minuſ Ariſtoteliſ characterem: q̄ Platoniſ ignorat: Hoc igitur damnat ꝙ ſimili modo de rebuſ ſimilibuſ Plato ſcripſerit. At ille hoc ipſum optat: eadē ſemper de eiſdem rebuſ dicere poſſe: Ergo etiā de ſimilibuſ ſimili modo: et non modo hoc: modo illud: de eadem re opinari. Simplex enim ueritatiſ ratio: atq; oratio eſt. Nec fieri poteſt: ut dum uarie quiſ de eadem re opinatur & dicit: Non falſa etiam et ſibi inuicem repugnantia ſentiat: Sed Plato ueram ubiq; rerum rationem: et genuſ modumq; dicendi aptum ſecutuſ: nihil ſibi diſ/ſimile: aut diuerſum cōtingere paſſuſ eſt. Neq; uero aduerſariuſ negabit ſimile dicendi genuſ ſimilibuſ rebuſ deberi: cū uariiſ dicat uarium eſſe tribuendum. Ita enim natura comparatum eſt: ut ſi uariū uariiſ tribuitur: idem quoq; eiſdem uideat̄ tribui oportere. Quod ſi Plato quantum in unaquaq; re eſſet ueritatiſ: ut philo/ſophum decebat: inueſtigauit atq; diſſeruit: Conſtat non fucato

philoſophantiſ precipuum munus

quodam dicendi genere uti eum debuiſſe: non laſciuo: pumicato: populari: ſuperbo: theatrali: ſed graui: modeſto: honeſto: equali: leni: quieto: dilucido cum dignitate & ornamentiſ cōuenientibuſ ueritati ac ſtudio philoſophie. que certe nemo unquam Platone perfectiuſ eſt aſſecutuſ: quo cum nemo unquā oratione conten/dere auſuſ fuit. Probat hoc. ut ceteroſ omittam. M. Tulliuſ uir doctrina & eloquentia inſigniſ: Molliſ eſt inquit oratio philoſo/phoꝝ & umbratiliſ: nec ſentētiiſ nec uerbiſ īſtructa popularibuſ: nec iūcta numeriſ: ſed ſoluta liberiuſ: nihil atrox: nihil mutabile: nihil aſtutum: caſta: uerecūda: uirgo incorrupta quodammodo. Itaq; ſermo potiuſ q̃ oratio dicitur: Verum aduerſariuſ an hec ad laudem Platoniſ aſcribi debeant ignaruſ: ſermonem eiuſ iudicat naturali pulchritudine: nō arte aut ſtudio: aut cultu aliquo cō/paratum. Quod tamen ip̄e naturale appellat: id. Mar. Tulliuſ clariſſimuſ uerborum ſuorum luminibuſ philoſophiſ tribuit. Simplex enim uniformeq; genuſ dicendi potiuſ a natura q̃ ab arte proficiſci: contra autem: uarium: et pro rerum diſcrimine ſe immutanſ arte non natura inſtitutum aduerſariuſ ſignificat. Tam et ſi multi quoq; Platoniſ equaleſ: uiri ſingulari doctrina prediti: diuinum platonice orationiſ ornatum admiranteſ: non naturalem: ſed arte ſtudioq; acquiſitū dixerūt: adeoq; et delectū uerborum: et rationem compoſitioniſ illi cure fuiſſe: Vt ſepenu/mero eadem ſcripta mutarit atq; reſcripſerit demptiſ aliiſ: aliiſ additiſ: ut pectere a ſe ſcripta diceretur. Cuiuſ rei argumentū eſt: ꝙ poſt eiuſ mortē: exordium librorum quoſ de republica ſcrip/ſerat: biſ terq; ſcriptum interiſ inuentum eſſe. Diogeneſ Laertiuſ refert. Cui procul dubio pluſ fidei adhiberi q̃ aduerſario debet. ꝙ ſi inſito quodam nature beneficio ita Plato locutuſ eſt: ut nemo unquam uel ſummo adhibito ſtudio attingere eloquentiam eiuſ potuerit: quod certe aduerſariuſ fatetur: cur diuino illum ingenio fuiſſe non iure exiſtimemuſ? Si uero: arte: ſtudio: uigilantia eo proceſſit: quo nemo adhuc potuit peruenire: quiſ rurſuſ tantam ingenii uim non admiretur: qua mortaleſ omneſ in dicendo fa/cile ſuperarit? Sed parum hec uidet aduerſariuſ. Ariſtotelē uero uario ſtilo uſum fuiſſe ſcribit: quod plane falſum eſt. et ſi uerum eſſet: nihil laudiſ aut glorie afferret Ariſtoteli. Siquidem iſ quoq; eodem ubiq; dicendi genere uſuſ eſt: Rebuſ de quibuſ tractauit accommodato: quanq̃ interdum apertior eſt: interdum obſcurior:

Siue pro rerũ difficultate: ſeu ne paſſim quibuſcunq; hominibuſ grauiſſime philoſophie rationeſ patefierent. Semper tamẽ ſeruat quietum illud et remiſſum: et ad docendum idoneũ genuſ dicendi ſine ulla exornatione: Nam ſiquid forte elegantiuſ ad Alexan/drum aut alibi ſcripſit: id perbreue fuit. Nec Plato huiuſmodi ornamentiſ caruit. Quippe omneſ eiuſ de republica libri pleni ſunt incredibili quadam dicendi ſuauitate. Exordia Phedoniſ: Timaei: Parmenidiſ: Critiae diuino quodam ornatu ſcripta le/guntur. Totuſ Gorgiaſ eloquentia ſurgit: et miram quandam affert legentibuſ uoluptatem. Vbicunq; demum ſubiecti materia patitur: quo mõ aliquid pulchriuſ: aut iocundiuſ: aut ſplendidiuſ: aut magnificentiuſ dici poteſt: q̃ Plato dixerit? ut mihi uideatur quod paulo ante ex. M. Tullii ſententia dixi: ueriſſimum eſſe: q; Plato in oratoribuſ irridẽdiſ ipſe orator ſummuſ fuiſſe uideatur. Quin etiam Ariſtideſ Eudemoniſ filiuſ uir optimarum artium cultu tanto preſtantior aduerſario: ut pudeat me cum hoc illum conferre: quanquam Platoni pro arte rhetorica atq; oratoribuſ repugnat: Sic tamẽ et ueritate ipſa: et doctrina Platoniſ eximia uincitur: ut modo patrem ac magiſtrum oratorum eum uenera/bunduſ appellet: modo ad eũ ſe conuertenſ: ſic alloquatur. Tu ne qui Neſtori illi: cuiuſ ex ore melle dulcior fluebat oratio: ſimiliſ eſ: ne dicam preſtantior: cui ſireneſ illaſ tot carminibuſ celebrataſ: facile ceſſuraſ crediderim: Tu ne inquã alioſ ſiqd ſuauiter dicunt. accuſaſ atq; reprehendiſ? Ita Plato dicendi facultate ſine contro/uerſia omneſ anteiuit: Quem aduerſariuſ dicendi uarietateſ ac orationiſ diſcrimina ignoraſſe contendit: Veruntamẽ ea dicendi facultaſ tribuenda eſt Platoni: que a publica plebeiaq; ſecedenſ ueritatiſ rationem complectitur: genuſq; rhetorice artiſ longe nobiliuſ cõſtituit: quod Ariſtoteleſ conuerti cũ dialectica dicit: Plato facultatem uocat: qua ſatiſ de unaquaq; re dici poteſt: nec ualet niſi philoſophie ac ueritatiſ ſtudio comparari: Eiuſ uerba in ſermone qui Phedruſ inſcribitur hec ſunt. Niſi quiſ philoſo/phandi ſtudio ſatiſ profecerit: non poterit ulla de re perfecte differere: quod enim ueritatem non attigit: neq; arſ eſt: neq; fieri unq uã poteſt. Quemadmodum et Marcuſ Tulliuſ dum uerum abſolutumq; oratorem deſcribit: eloquentem eſſe oportere con/firmat: idq; perdifficile eſſe: et ſummo labore: ſummoq; acquiri ingenio: omni nanq; ſcientia eruditum eſſe debere: quo fieri: ut

diſertoſ multoſ uideamuſ: eloquentem uero neminem. Sed qui longior ſum: quum rem paucaſ explicare poſſim? Audi Hermo/genem: qui rhetorice artiſ precepta perfectiſſime tradidit: quid de Platoniſ ſentiat oratiõe: et cũ quibuſ eum conferendũ exiſtimet: Primum exempla quorũdam preceptoꝝ artiſ accipit a Platone: Deinde cum de forenſi genere dicendi pertractat: Demoſtheniſ orationem dicit eẽ optimam: quatenuſ ſimpliciter forenſiſ oratio intelligi poteſt. At uero cum ad eam partem acceſſit: quã demõ/ſtratiuam uocamuſ: nõ forenſibuſ ſcilicet queſtionibuſ ſurgentẽ: ſed pedeſtriorem incedentem quietiuſ: Platoniſ oratione omniũ pulcherrimam eſſe confirmat: atq; ita pulcherrimam: ut recipro/cari poſſit: et quod in genere demonſtratiuo pulcherrimum eſt id Platoniſ orationem dicere: quod uero Platoniſ oratio eſt: id pulcherrimum in demonſtratiuo genere liceat affirmare: Itaq; platonicam orationem: quaſi optimum affert exemplum hiſ qui in demonſtratiuo genere uerſantur: nec in demõſtratiuo genere duntaxat: ſed etiam in ciuiliori illo & theatrali Platonem De/moſtheni prefert. In tertio uero demonſtratiuo genere: quod poeticum eſt principem ſtatuit Homerum. Itaq; treſ iſtoſ dicẽdi principeſ fuiſſe cõmemorat: Homerum: Platonẽ: Demoſthenẽ: et ne cui forte leue id uideatur quod Platoni tribuit: Effici inqt eiuſmodi genuſ demonſtratiuum iiſ idaeiſ: in qbuſ orationiſ mag/nitudo conſumitur: grauitate: claritate: uigore: ambitu: excepta aſperitate & uehemẽtia:Ipereſſe etiã eodẽ in genere oportere: eam que moreſ orationiſ faciat remiſſam locutionem: quin etiam dulcedinem adeſſe: et cultum: que delicatam & pulchram reddunt orationem. Hinc uim accõmodatam uie ac rationi dicendi: quã precipuam eſſe omnium generũ: que uim faciant fatetur. Tamẽ in eo genere demonſtratiuo: quod ultro citroq; locutionem con/tinet: quod et apud Platonem plurimum eſt. Aſperitatem quoq; et uehementiam oportune accipi: quomodo etiam omnia que uim facere poſſunt. Sed in ciuile & theatrale genuſ demõſtratiuũ conſumi eiſdem formuliſ quibuſ deliberatiuum. Qui itaq; nouit planam: puram: ac dilucidam facere orationem: nec magnitudinẽ ignorat: et eaſ in quibuſ magnitudo conſumitur formulaſ exer/cere: Preſtat preterea dicendi moribuſ: et hiſ: que moreſ cõficiũt: necnon delicata pulchraq; oratione: Et cũ precipua illa ui: tum oĩbuſ: que uim faciunt: exornatiõibuſ corroboratur: que oĩa

Platoni ab Hermogene tribuuntur: quomodo iſ artificio ac facultate dicendi non iure optimo admirandus anteponendusq; omnibuſ uidetur. Eſt enim ut ab eodem Hermogene dicitur abſolute perfectiſſimeq; oratorie diſcipline: et ſcire & poſſe uti occaſiõibuſ. Hec etenim precipua uiſ eſt: ut in uno quoq; dicendi genere: et in unaquaq; ſentẽtia ſciaſ quo tempore: quo loco: quõ: in quam perſonam: qua cauſa utariſ. nec ſolum ut ſciaſ: ſed etiam ut poſſiſ. quod Platonem & ſciuiſſe et potuiſſe teſtatur. Item cum tria dicendi genera idem auctor Hermogeneſ ponat: que etiam figuraſ appellat: Sublime uidelicet: tenue: moderatum: quod eoꝝ non apud Platonẽ inueniaſ? Quippe ſublimiſ: quod et uerborũ et ſententiarum magnitudine conſtat: uſuſ apud eum plurimuſ eſt: quum de rebuſ diuiniſ ac maximiſ loquitur: quale illud eſt. Maximuſ ille princepſ rerum moderator Iupiter currũ agitanſ uolucrem primuſ incedit: curam gerenſ omnium: nutuq; uniuerſa diſponenſ. Item illud. Deuſ: ut uetuſ etiam ſententia eſt: initium finemq; et medium rerum omnium cõtinenſ recte incedit: nature ratione cuncta perluſtranſ: Et alibi. Circa omnium regem oĩa ſunt: et illiuſ gratia oĩa: et ipſe cauſa eſt bonorum omnium. Et rurſuſ. Bonuſ erat bonum autẽ nulliuſ rei inuidia agitari licebat. et reliqua: que uerbiſ figuriſq; aptiſſimiſ ad diuinarum rerũ grauiſſimarumq; ſententiarum explicationem conueniunt. Tenuiſ autem generiſ quod et ſententiarum & uerborum humilitate extenuatum eſt: Exempla apud Platonem multa inueniri poſſunt in libriſ quoſ de legibuſ ſcripſit. ubi de commertiſ & agricultura: et aliſ huiuſmõi rebuſ loquutuſ eſt. Multa etiam ex ceteriſ eiuſ ſermonibuſ licet colligere: in quibuſ ſepenumero reſ quaſdam minutaſ ita accurate pertractat: ut eaſ plane ante oculoſ cõſtituere uideatur: Atqui moderati generiſ frequentior apud eum uſuſ eſt: Preſertim cum de moribuſ: de honeſto: de uirtute: de felicitate: de fine hominiſ agit: ſiue demonſtrando: ſiue eliciendo pedetentim rationeſ: ſiue aſſerendo: ſiue alia uia diſputando: ſemp enim formam orationiſ accommodatam ſubiecte materie diligentiſſime ſeruat. Sed de hiſ ſatiſ dictum eſt: et pluſ fortaſſe: q̃ reſ exigere uideatur: quũ nemo ſit: ſolo aduerſario excepto: qui artificium in dicendo Platoniſ non admiretur: et ceteriſ oĩbuſ: anteponat.

¶ Nunc ad diſſerendi ſcientiam: quam logicam ſiue dialecticam dicimuſ: tranſeundum eſt. Qua in re uſq; adeo indoctum fuiſſe

Platonem aduerſariuſ refert: ut nõ uereatur affirmare nunquã illum ſyllogiſmo probare aliqd potuiſſe. Tradunt: qui Platoniſ uitam ſcripſere: eum: poſtq̃ grammatice & poetice: et carmini di/thyrambico: lyrico: et tragico operam dederat: uiginti annoſ So/cratem audiuiſſe. quo mortuo: contuliſſe ſe ad Cratyllũ diſcipline Heracliti profeſſorem: Et Hermogenẽ philoſophie Parmenidiſ ſtudioſum: Tum megara ad Euclidem cum nõnulliſ aliiſ ſocra/ticiſ acceſſiſſe: Poſt hec cyrenem ad Theodorum mathematicum profectum: inde italiam petiiſſe: ut Philolaum: et Eurytum py/thagoreoſ uideret. Mox peragraſſe egyptum: et ſacerdoteſ ac prophetaſ eiuſ prouintie adiiſſe. Perſarum etiã magoſ queſiturũ fuiſſe: niſi bella aſie eum impediſſent. Hũc igitur uirũ: qui tanto ſtudio: labore: uigilãtia litterarum ſtudiiſ incubuit: et tot taleſq; habuit preceptoreſ: adeoq; excellenti ingenio predituſ fuit. Ho/muntioneſ quidam ingenio hebeteſ: nullumq; unquã uel ſtudio uel magiſtrorum doctrina fructũ conſequuti: diiudicare audẽt: Et ꝙ intollerabiliuſ eſt inſectari maledictiſ: atq; damnare: Sed ualeant ipi: Noſ rem de qua agimuſ proſequamur. Cauſam cur Plato nulliuſ ſcientie precepta regulaſq; conſcripſerit. ſatiſ ab/unde ſuperiuſ expoſuimuſ. An uero ex arte & ſcientie ratione ſcripſerit: et utrum ne ex operibuſ que reliquit uideatur non mõ ſequutuſ: ſed perfectiſſime aſſequutuſ omnium optimarũ artium diſciplinarumq; rationem: deincepſ oſtendemuſ. Quanquã pudet me eam rem tueri: quam nemo unquã preter hunc homuntionẽ in dubium uocauit. Veruntamen ita agere neceſſe eſt: quum af/firmare impudenter auſuſ fuerit: Platonem: ne figuram quidem aut modũ aliquẽ ſyllogiſmi tenuiſſe: nec prorſuſ aliqd ſcripſiſſe: quod uim demonſtrationiſ haberet. Quera igitur hec calumnia ſit primum uideamuſ: Cum triplex ſit ſyllogiſmi genuſ: demon/ſtratiuum: dialecticum: et quod a fallendo ſophiſticum dicitur: quorum primum ex ueriſ neceſſariiſ: primiſ: immediatiſ: notioribuſ: cauſiſq; concluſioniſ conſiſtit: et ſuo primo ac precipuo modo atq; etiam ſecundo ea que per ſe inſunt predicato recipit. Secundum ex probabilibuſ: que aut omnibuſ placent: aut pluribuſ: aut cla/rioribuſ nobilioribuſq;. Tertium ex hiſ que nõ probabilia ſunt: ſed uidentur: Quum inquam tripartito genere ſyllogiſmuſ ita diſtribuatur: quod nam eorum genuſ Plato nõ tractauit? quod alioſ non docuit? Nam demonſtrandi uim: eiuſq; ſummam neceſ/

ſitatem: nemo meliuſ q̃ ille explicauit: ut in Timeo patet: in Par/
menide: in Phedone: in Philebo: in ſophiſta: Item in decimo legũ
libro & tractatu addito legibuſ: Secundo etiã reipublice: in om/
nibuſ deniq; eiuſ ſermonibuſ quocunq; in loco materia patiatur.
Ita enim ubiq; ex prioribuſ: aut ſimpliciter primiſ ſi fieri poteſt:
aut nobiſ primiſ per reſolutionem exquirendo: neceſſariã afferet
ueritatiſ cõcluſionem: ut nemo obiicere quicquã poſſit. In Par/
menide ita demonſtratur. Vnum multa non eſt. quod multa nõ
eſt: nec parteſ habet: nec totum dici poteſt. Ergo unũ nec parteſ
habet: nec totum dici poteſt. Item unum parteſ non habet: nec
multa eſt: nec principiũ aut finem aut medium habet: et ob eam
rem termino caret. q̃ppe principium finiſ & medium termini ſũt.
Vnum igitur infinitum eſt. quod infinitum eſt: neq; rotundum
neq; rectum ẽ. Sic enim termino deſcriberetur. Ergo figura etiã
caret. Item quod figura caret: nec in ſeipõ nec in alio eſſe poteſt.
Sed ne longior ſim: omniſ fere hic ſermo Platoniſ ex ſyllogiſmiſ
demonſtratiuiſ quantum ſubiecta materia patitur conſtitutuſ eſt:
ut nullum argumẽtandi genuſ acriuſ ut ita dixerim atq; effica/
tiuſ liceat inuẽire. Celum in Timeo inquit uideri ac tangi poteſt
corpore etiam conſtat. que autem huiuſ generiſ ſunt ſentiri poſ/
ſunt. que uero ſentiri poſſunt: Hec opinione etiam cum ſenſu
comprehendi poſſunt: et generantur generataq; ſunt. Coelum
igitur generatum eſt. Rogemuſ obſecro parumper nouum iſtũ
preceptorem an hec oratio ſyllogiſmuſ ſit: et aliquid habeat de/
mõſtrationiſ: ac neceſſitatem afferat. Sed iſte quum et quid ſit: et
quẽadmodum demonſtratio fiat ignoret: nihil nobiſ reſpõdebit.
Verum ad maledicta ſe contumeliaſq; conuertet. At Plato more
geometrarum priuſ q̃ demonſtret ſumit terminoſ et ſuppoſita
ſtatuit ex quibuſ inferat demonſtrationem. Vere enſ inquit eſt
quod intelligentia cum ratione comprehendi poteſt. Generatum
id eſt quod opinione cum rationali ſenſu concipitur. Om̃e quod
generatum eſt a cauſa ortum eſt. Quod ab aliqua cauſa nõ pro/
uenit nõ eſt generatum. Cuiuſ exemplum ſemper enſ eſt id bonũ
eſt & neceſſarium. Cuiuſ exemplum eſt generatum id bonũ non
eſt. Vniuerſum ſiue celum ſiue munduſ rotetur hunc in modum
Plato proponere atq; hiſce principiiſ argumentari ſolet. Quem
Ariſtoteleſ ſequutuſ libro primo de principiiſ rerum naturalium
Illud inquit nobiſ propoſitum ſit. reſ om̃eſ naturaleſ aut aliquaſ

moueri/ Et in libro quem de celo ſcripſit/ quinq; illa ſupponit/ Motum ſimplicem corporiſ ſimpliciſ eſſe/ Corpuſ ſimplex motum aliquem ſimplicem ſecundũ naturam habere/ Duoſ eſſe ſimpliceſ motuſ/ Vnum uni eſſe cõtrarium/ Quod contrario caret/ id nihil a quo corrumpatur habere/ Ex hiſ ſubſtantiam quinti corporiſ demonſtrat/ Sed hic quidem ingeneratũ eſſe celum hiſ ſuppoſitiſ oſtendit/ Plato uero generatum eſſe/ ſuiſ ſuppoſitiſ declarat/ Ceterum quomodo hic generatum ille ingeneratum dicat/ non eſt aĩmuſ hoc loco explicare/ Syllogiſmuſ igitur quẽ modo ꝓpoſui/ demonſtrationiſ uim obtinet/ Ex diffinitione per couerſionem factuſ/ in quo medium eſt ipſa diffinitio/ que rei cauſa eſt/ Nam quid eſt eſſe/ quãuiſ demonſtratio eiuſ non ſit/ Tamen per demõſtrationem patet/ Vbi per cauſam rei eſſentia demõſtratur/ quẽadmodum hoc loco fieri uidemuſ/ Celum enim ꝓpterea generatũ eſt/ quia uideri tangiq; poteſt/ Sicut etiã Ariſtoteleſ ſecundo libro poſteriorum tradit. Quippe lune inquit propterea defectũ fieri/ quia lumen ſoliſ telluriſ opacitate priuatur/ Item Plato/ Coelum generatum eſt inquit/ quod autem generatum eſt/ cauſam habet. Hec ita/ In Phedone autem/ quum de animi immortalitate pertractat/ Interim ex contrariorũ ratione/ et uicaria (ut ita dicam) generatione/ nonnunquã ex recordatione/ animum demonſtrat ante generationem corporiſ fuiſſe/ Interire autem cum corpore non poſſe/ Ex eiuſ ſimplicitate declarat/ quin etiam obiecta/ que ſumi ex harmõia poſſent/ ſyllogiſmiſ diligẽtiſſime ſoluit/ Animũ inquit ante ortum corporiſ fuiſſe oſtenſum eſt/ Atqui harmonia ante compoſitum eſſe non poteſt/ ergo animuſ harmonia nõ eſt. Item harmonia compoſitum ſuum ſubſequitur/ animuſ uero corpori dominatur/ atq; eo preſtantior eſt/ Ad hec harmonia magiſ ac minuſ recipit/ animuſ mĩme/ Harmonia nequaq̃ hiſ contraria eſt/ ex quibuſ conſtat/ aĩmuſ uero cupiditatibuſ corporiſ aduerſatur/ Hiſ finitimum illud in Phedro eſt/ Animuſ ſeipſum mouet/ quod ſeipſum mouet/ ſemper mouetur/ quod ſemper mouetur immortale eſt/ animuſ igitur immortaliſ eſt/ Item animuſ a ſeipſo mouetur/ quod a ſeipſo mouet̃/ id ceteriſ que extrinſecuſ mouent̃ origo & principium motuſ eſt/ Principium uero ingeneratum ẽ/ ergo animuſ eſt ingeneratuſ/ atq; ob id etiam immortaliſ/ Hiſ duobuſ ſyllogiſmiſ corruptionem animi tollere omnino Plato uidetur/ Cũ enim qcquid corrumpit̃ duobuſ modiſ corrũpatur:

aut enim a ſeipſo propter materiam in eo cõtentam/aut aliunde fit corruptio/ut lignum/tum ſua putrefactiõe corruptioni ob/noxium eſt/Tum quia uri extrinſecuſ ac ſecari poteſt/Primuſ ſyllogiſmuſ animum minime a ſe corrumpi oſtendit/Secunduſ ne ab alio quidem corrumpi poſſe declarat/Verum enimuero de motu ipſo animi/quo per ſe animuſ mouetur/ſiue omĩno de eiuſ motu/quoniã uir quidem preſtantiſ ingenii ſingularisq; doctrine dubitaſſe uidetur/Poſſem equidem oſtendere Ariſtotelem a Pla/tone non diſſentire/Sed hec reſ alium locum poſtulat/Nunc uidendum eſt/quomodo per deductionem ad impoſſibile Plato animi immortalitatem defendat. Niſi principium ſit inquit/nec ipſum ex alio/nec aliud ex eo fieri/aut moueri poteſt/Siquidem ex principio omnia fieri debent/Hoc autem ſequitur ut coelum omne/omniſq; generationiſ ratio corruat/et rurſuſ creetur/quod cum impoſſibile ſit/ipſa quoq; ſuppoſitio/que principium tollit: erit impoſſibiliſ/Itaq; non ignorauit Plato ſyllogiſmum conſti/tuere/et demonſtrationẽ/quoad eiuſ ſubiecta materia pateretur: Ex principiiſ facere diligenti rõne ſuppoſitiſ/quo rerũ cognitio manifeſtior ac certior haberetur/Quamobrem pleriq; ſingulari doctrina ſapientiaq; preſtanteſ/quibuſ religioniſ ſue ratiõe per/miſſum eſt/ut ſuppoſita a Platone recipere poſſint/ea tanquam delphica quedam oracula recepere/quod ex libriſ quoſ ſcriptoſ reliquerunt/manifeſte poteſt intelligi. Nam quomodo afferre in medium ſingula poſſim/quum philoſophi huiuſ ſermo omniſ ex ſyllogiſmiſ conſtet: ſitq; pulcherrima demonſtrationũ neceſſitate refertuſ: et nihil oĩno habeat: quod miro ratiocinandi artifitio uideatur carere. Legat qui id cupit intelligere Platoniſ libroſ. Facile enim proſpiciet omne ſyllogiſmoꝝ genuſ aptiſſime rebuſ de quibuſ agitur accommodari: Tractatur ſcilicet pro rei oppor/tunitate modo demõſtratiue: modo dialectice: hoc eſt probabili quadam ratione: interdum etiam captioſe. Nam etſi crebrior eſt uſuſ dialectice propoſitioniſ: Tamen hoc etiam captioniſ genuſ adhibitum eſt: ut in Euthydemo patet: ubi omneſ fere cauillati/onum modoſ attigit quẽadmodum feciſſe Ariſtoteleſ uidetur: in libro quem de Elenciſ hoc eſt coargutionibuſ ſcriptum reliquit: Diſſerit ſyllogiſmo directo: prima: ſecũda: tertia figura: et modiſ figurarũ omĩbuſ: uniuerſaliter uel particulariter: affirmando uel negando. deducitur ad impoſſibile: Ponitur uiciſſim cõuerſioniſ

ratio: inductio: inſtantia: ſunt problemata a diffinitione: genere: proprio accidente. argumenta a maiori: minori: ſimili: omnibuſ deniq; caſibuſ: Sunt enthymemata: ſunt ꝓbabilia: ſigna: exēpla: omīſ poſtremo diſcipline logice uia ac ratio. Per diuiſionem: per diffinitionem: per demonſtrationem: aut quouiſ alio modo agi poteſt: Quippe hec omīa ſubtiliter abſoluteq; a Platone tractari perſpicuum eſt. Poſt hec nemini dubium eſt artificium reperien/darum propoſitionum & copiam plurimū ualere ſiue dialectice: ſiue demoſtratiue: ſiue captioſe arguere libeat: et hanc facultatem omnem artem ſcientiamq; cōplecti. Cum enim nulla ratiocinandi complexio: ſine propoſitione fieri poſſit: Propoſitioneſ autem capi niſi certo artificio nequeāt: Hinc plurimum ualeat neceſſe eſt: in quouiſ doctrine genere ea ratio: de qua tractauit Ariſto/teleſ in hiſ libriſ: quoſ a differendi facultate: logicoſ nominamuſ: in quibuſ ſane tantum ſtudii uidetur uir ſapiētiſſimuſ adhibuiſſe: ut non minuſ in hiſ: q̄ in aliiſ libriſ: excellentiam ingenii ſui ma/nifeſtam fecerit. Tam uero commodam hanc artificii rationem exiſtimauit: ut abſq; ea ſyllogiſmorum doctrinam perfici poſſe prorſuſ negauerit. non enim ſyllogiſmi formam duntaxat con/ſiderari: ſed etiam conſtituendi facultatē haberi ſcripſit oportere. quam cum traderet non dubitauit affirmare genuſ omne ea una confici poſſe: Tum oſtendendi: tū ad impoſſibile deducendi: tum etiam hypothetice arguendi: et omīno ratiocinandi: ſiue materia neceſſaria: ſiue contingenſ: ſiue alia queuiſ predicandi ratio fuerit. Certumq; & exploratum eſſe exiſtimat: nō modo hac uia genuſ omne ratiocinandi effici poſſe: Verum etiam fieri non poſſe: ut alia uia recte ratiocinari ualeamuſ. Omnem enim ſyllogiſmum figura certa ex hiſ que ab eo tradita ſunt: fieri poſſe exiſtimat. Figuram autē non niſi huiuſmodi artificio conſtitui poſſe. quod tale eſt: ut amborum terminorum cuiuſcunq; problematiſ: ſiue affirmādi: ſiue negandi: ſiue uniuerſaliſ ſiue ſingulariſ: ſiue prima figura ſiue ſecunda: ſeu tertia: et quocunq; ratiocinandi genere conſequentia repperire poſſimuſ: quid preterea termini ipſi con/ſequantur: quid a ſe alienum recuſent: Conſequētium etiam: quid eſſentiale predicetur: quid ut propriū: quid ut accidenſ tribuatur: quid probabili: quid uera ſumatur ratiōe. Hiſ enim ita cōpertiſ apteq; ordinatiſ ſyllogiſmuſ omniſ conficitur: et quo pluribuſ eiuſmodi initiiſ abundamuſ: eo faciliuſ concluſionem deducere

poſſumuſ: et quo ueriorıbuſ: eo certiuſ demonſtramuſ. Ex conſe/
quentibuſ enim propoſitioneſ mediaq; ſumatur neceſſe eſt: Nec
ſyllogiſmuſ ſicut iam ſupradictum eſt: perfici aliter poteſt. Ita
Ariſtoteleſ reperiendarum propoſitionum artificium non modo
probat: ſed etiam tractat diligentiſſime: quod omnibuſ: qui eiuſ
libroſ legent conſtare facile poterit. Hoc tam cõmodum: tamq;
utile atq; precipuum in diſſerendi ratione artificiũ primuſ Plato
Ariſtotelis preceptor expoſuit: in eo ſermone qui inſcriptuſ eſt
Parmenideſ. Quippe facultatem reperiẽdarum propoſitionum:
mirifice in eo tradit. et quaſi ante oculoſ ponit. Precipit enim ut
ueſtigandum inueſtigandumq; ſit quid affirmationem: quid ne/
gationem conſequatur aut non conſequatur. quid ſimul et con/
ſequatur et non conſequatur. Rurſuſq; in utroq; eorum: quid
ſibi. ſuoq; ipſiuſ reſpectu conſequenſ habeat quid nõ habeat: quid
ſimul habeat & nõ habeat. Simili etiam modo quid ſibi reſpectu
aliorum conſequenſ habeat: quid nõ habeat: quid habeat et non
habeat. Ex quibuſ omnibuſ ſimul iunctiſ quattuor et uiginti
coniugationeſ deriuantur: Ingenſ preterea ſumma propoſitionũ
naſcitur: quibuſ omnibuſ uſuſ eſt Parmenideſ: quum de uno illo
diuino ſermonem haberet: Et quanq̃ uſu potiuſ quodã artificioſo
conſtare precepta artiſ ſignificat: Tamen non pretermittit quin
etiam de artificio multa precipiat. Nam cum Socratem ad exer/
cendum in dialectica arte ingenium fuiſſet hortatuſ: flagitante
illo rationem eiuſ exercitatiõiſ: eam eſſe rationem reſpondit: qua
Zenonem philoſophum olim diſputantem audierat: illamq; hiſ
uerbiſ confirmat: Si tuum inquit exercere ingeniũ cupiſ: oportet:
non modo poſito: ut queuiſ reſ ſit: quid accidere poſſit: ex ea ipſa
poſitione conſiderare: Sed etiã poſito ꝙ non ſit: quid inde poſſit
euenire. Verbi gratia. Si de eo agẽdum ſit: quod Zeno poſuerat:
an unum ſit multa animaduertendum eſt quid accidere poſſit:
Tum multiſ uel reſpectu ſuo ipſorum: uel reſpectu uniuſ: tũ uni
uel ſuo uel multorum reſpectu. Rurſuſ ſi unum multa non ſit:
conſiderandũ quid accidere poſſit et uni & multiſ: tum ſuo ipſoꝝ
tum mutue comparationiſ reſpectu. In ſumma de quacunq; re
ponatur: uel ꝙ ſit: uel ꝙ non ſit: uel aliquo modo affecta ſit: di/
ligenter ſcrutari oportet que accidant: Tam ſuo ipſiuſ q̃ cuiuſuiſ
alteriuſ rei: quam intenderiſ reſpectu. Eodemq; modo reſpectu
aut plurium aut omniũ: quin etiam cetera reſpectu tum ſuo tum

aliorum. Deniq; quicquid intenderis(ſiue ut ens(ſiue ut non ens poſitū abſte ſit: Ita agendū eſt: Si perfecta ingenii exercitatiōe ueri rationem cupis inueſtigare: En q̄ breuiter Plato de huiſmōi modis precepit. Atq; etiam in rei propoſite demōſtratione: Nouē illis de diuino uno poſitionibus: in quibus tota Parmenidis diſpu/tatio conſumitur: Vario artificio uſus eſt: quemadmodum & res exigere(et explicandi conſilium petere uidebatur. Hec quom ita ſint: quis adeo amens: rudis: audax: temerarius eſt(qui Platonem dialectice artis ignarum(et differēdi imperitum fuiſſe exiſtimet atq; reprehendat? Immo uero quis non potius eius ingenium(doctrinam: eruditionem: admiretur? Cuius artificium ſequutus Ariſtoteles merito ab omnibus probari et poteſt & debet(Itaq; Plato in differendi ratione facile princeps fuiſſe exiſtimandus ē: et quaſi fons qdam(a quo artificium diſputandi om̄e defluxerit. Quam ob rem admirari ſatis hunc eius aduerſarium non poſſum(ꝙ calumnias ſuas latere diutius contra ueritatem poſſe exiſtima/uerit. Niſi forte ea cauſa deceptus eſt(ꝙ cum latinis ſcriberet(qui uel Platonis libros non habent(uel uitio interpretū ita obſcuros habēt ineptos mēdoſos(ut uix legi ſine ſtomacho poſſint: Tutū proinde fore maleficium ſuum ſperauit(Sed de logica hactenus.

(Atqui naturalium rerum diſciplinam ex Timeo Platonis ſatis abunde licet haurire(Siue principia rerū conſyderemus(Siue res ipſas ex principiis conſtitutas: atq; ex his eas in primis(que magis precipue ac generales habentur(Vt animum: coelum: et celeſtia corpora: Item quattuor elementorum uniuerſalem rationem(et particulatim cōditionem eorum(Sed de generatione animi hoc loco dicendum non eſt: quum et multo difficilior queſtio ſit(nec niſi ab his intelligi poſſit(qui pythagoreorum & platonicorum rationes perfecte nouerunt: et mathematicarum diſciplinarum cognitionem habent(ſit preterea ad eam explicādam longe pro/lixior oratio neceſſaria(De celo et celeſtibus corporibus: ſi quis doctrinam Ariſtotelis ſequendam exiſtimat(quod equidem non improbo(profecto reperiet nihil ab Ariſtotele melius q̄ a Platōe dictum fuiſſe(Sed prius q̄ ad hoc uenio(de principiis rerum na/turalium dicam: que Ariſtoteles formam ponit(et materiam(et priuationem(Plato ideam(materiam(et optimarum rerum opi/ficem deum! Triplex item genus intelligi(inquit)oportere(Vnū quod fiat(aliud in quo fiat(Tertiū ad cuius ſimilitudinē id(quod

Principia rerū naturaliū ſm Ari. tria. forma. Materia. priuatio.

Principia rerū naturaliū ſm Platonem Tria. Ydeam Materiam Deum

fictionat(et ad patriſ/et matriſ/et nati cõparationem hec tranſfert.
Materiam quidem que oĩa recipit/et quaſi mater omnium eſt
omnino informem & ſpecie omni priuatam eſſe/Eiſdem plane
rationibuſ probat/quaſ Ariſtoteleſ ab eo ſumptaſ explicauit/Ita
enim inquit/Siquam formam ſibi propriã haberet/hec profecto
occuparet/impedimẽtoq; eſſet/ne cetera reciperentur/Quemad
modum ſi quiſ in rudi/inequali/atq; aſperiore materia ſignum
aliquod imprimere uolenſ/fruſtraretur labore/niſi priuſ eam
explanaret/et lenem/equalemq; ad unguem redigeret/Et rurſuſ
apertiuſ/Illud ad cuiuſ ſimilitudinem oritur/q̃ fit/ſemper eodem
modo ſe habenſ/ingeneratum & incorruptibile dicit intelligentia
conſyderandum/ que quidem & Ariſtoteleſ forme tribuit/quod
autem fit/id ſenſibile/generabile/commutabile ſemper appellat.
Tertium genuſ forme capedinem ponit/incorruptibilem/et rerũ
que generantur omnium ſedem/Hanc autem talem eſſe/ut ſine
ſenſu attingatur/et ſpuria quadã(ut ipe inquit)cogitatione aĩmo
concipi poſſit/At enim Ariſtoteleſ etiam ipſe materiam primam
ingenerabilem & incorruptibilem ponit/Itaq; de primiſ rerum
principiiſ nihil prorſuſ a ſuo preceptore diſſentit/Coelum autem
ſecundum Platoniſ opinionem cauſa ingeneratum/tempore ge
neratum eſt/Ariſtoteliſ uero ſententia tempore ingeneratum eſt:
idq; unũ & ſolum in formam ſphere cõglobatum/Nullũ habenſ
inſtrumentum/finitũ quoq;/et ex tota naturali materia cõſtanſ/
Nullam enim inquit alicuiuſ rei partem aut uirtutem foriſ re
linquit/Sic recte ſimul/atq; aperte locutuſ eſt Ariſtoteleſ/que
omnia iiſdem fere uerbiſ a Platone dicta accecepit/quanq̃ Plato
perfectiuſ de hiſ diſſeruit/quum cauſam quoq; efficientem coelo
tribuerit: Sed ſi celum Ariſtoteleſ quintum eſſe corpuſ opinatur/
a quattuor elementiſ diuerſum/Plato uero uel non diuerſum ab
hiſ quattuor uidetur uelle/uel eorum ſummum atq; precipuum:
Tamen uel in hiſ conuenire inuicem uidentur iudicio eorum/qui
hec diligentiuſ fuerunt perſcrutati/Quippe Plato quinq; illiſ
figuriſ hec corpora formari exiſtimat pyramide ignẽ/cubo terrã/
Icoſaedro aerem/octaedro aquam/ dodecaedro coelum/Quod
ſi dodecaedrum a reliquiſ figuriſ ſua eẽntia differt/ut celũ quoq;
ſua natura a ceteriſ corporibuſ differat neceſſe eſt/Quin etiam
Xenocrateſ uir nature rerũ ſtudioſiſſimuſ/& diſcipulorũ Platõiſ
apprime familiariſ/in eo libro quem de Platoniſ uita ſcripſit/Ut

ſimplicius in expoſitione libri de coelo & mundo refert/ hec dicit/ Sic animalia in formaſ & parteſ omnibuſ rebuſ diſtributa conſtituit/ quouſq; ad omnium animalium elementa deuenit/ que figuraſ quinq; /ſiue qnq; corpora appellat: aetherē/ ignem/ aerem/ aquam/ terram/ Quibuſ uerbiſ apertiſſime conſtat dodecaedrum illud pro ſimplicis corporiſ figura a Platone coelo tribui/ quod aetherem uocat/ Itaq; hoc etiam inter Ariſtotelem & Platonem conuenire uidetur/ Nam etſi Plato coelum ex igne conſtare aſfirmat/ quatenuſ ſcilicet uiſibile ē/ et ex terra quatenuſ tangi pōt/ ſtellaſ que ex omnibuſ quattuor elementiſ eſſe compoſitaſ/ Non tamen hec ita eſſe exiſtimat/ ut que generationi corruptioniq; obnoxia ſunt/ corpuſ immortale conſtituant/ Sed ex igne coelū eſſe/ quia corpuſ aethereum lucidū eſt/ e terra/ quia ſenſui occurit/ e mediis/ quia mediorum precipuam recipit rationem: quod ne Ariſtoteleſ quidem inficiaſ iret/ celeſtia ſcilicet corpora conſtare ex hiſ ſummitatibuſ elemētorum/ quando & ipſe coelum eſſe uult uiſui tactuiq; obnoxium/ quod animatum quoq; & animal eſſe/ ut Plato cenſuerat/ in libro de coelo affirmauit/ Noſ enim inquit perinde ut de animalibuſ iſtiſ conſyderamuſ/ Ad hec que de quadripartita elementorū ratione in libro de celo Ariſtoteleſ docet/ eadem oīa Plato breuiſſime in Timeo expoſuit: Eaſdem plane qualitateſ ſpeciatim declaranſ/ ut incorruptibile/ atq; ingenerabile ſit ratione totiuſ/ ut rōne partiſ corruptibile/ & generabile/ Neq; de hiſ ſolum/ ſed de multiſ quoq; aliiſ particularibuſ nature rebuſ Plato diligentiſſime tractauit/ ut de animalibuſ/ metalliſ/ et hiſ que greci meteora/ latini ſublimia uocant/ De figuriſ/ quaſ corporibuſ tribuit/ qui hec leuiuſ conſiderauerūt/ riſu digna ſcripſiſſe Platonem exiſtimauere/ cum ipſi potiuſ ridendi/ uel certe magiſ deridendi forent: At quibuſ cure fuit huiuſmodi rerum rationeſ ab eruditiſſimiſ uiriſ/ qui ante noſ fuerunt/ perſcrutari/ hi quēadmodū a Platone hec dicta fuerint/ et ſciūt & poſſunt explicare.

Sed de hiſ aliaſ. Nam theologie quidem/ atq; eius diſcipline que ordine inueſtigādi rebuſ nature poſterior ē/ dignitate/ naturaq; prior habetur/ quiſ mentiſ compoſ dubitet palmam Platoni eſſe tribuendam? Quippe etiā peripatetice principeſ ſecte/ ui ueritatiſ/ que ab inuitiſ pectoribuſ erumpit aſtricti/ principatū eiuſ ſciētie Platoni concedūt! Quid toto Parmenide ſublimiuſ? Quid ſapiētiuſ? Quid diuiniuſ? Quid de ſūma ſimplicitate unitateq; primi

entiſ/uel potiuſ ſupra omnia entia dei pleniuſ/atq; explicatiuſ? Cuiuſ non modo ſententiiſ/uerum etiam uerbiſ ipſiſ princepſ xpiane theologię Dioniſiuſ areopagita in omībuſ ſuiſ opibuſ utitur/Multa etiam hiſ ſimilia in ſophiſta/multa in politico/in phedone/in philebo/in Timeo/in ſimpoſio/in Phedro/in libriſ de republica/in legibuſ/in epiſtoliſ/deniq; in omni ſuo opere/de deo/et de rebuſ diuiniſ/et intelligibilibuſ & intellectualibuſ ſapientiſſime Plato diſſeruit/Actiuam uero philoſophiam/ſiue que ad moreſ pertinet/ſiue que ad rem familiarem/aut ſtatum ciuilem reipublice ſpectat/ſi apud Platonem reperire uolueriſ/pleni ſunt om̄eſ eiuſ libri/Sed in primiſ qui de republica ſcripti ſunt/de legibuſ/Eutiphron/Apologia/Criton/Theaetetuſ/Menon/Hippiaſ uterq;/Alcibiadeſ uterq;/Sympoſiũ/Phedruſ/Menexenuſ/Protagoraſ/Lyſiſ/Quid Philebum cõmemorem/in quo quũ de ultimo hominiſ fine diſſereret/quod in ea parte philoſophie/que de moribuſ tractat/precipuum eſt/et ab aliiſ in uoluptate/ab aliiſ in prudẽtia conſtituitur/Ipſe multiſ preclariſq; ratiõibuſ oſtendit duplicem uoluptatiſ rationem/eiuſq; generationem & eſſentiam/Tum prudentie/mentiſ/et ſcientie rationem. reſpectu qdem uoluptatiſ excellentem/Sed quatenuſ perfectam hominiſ felicitatem reſpicit/inferiorem/Quorũ quũ neutrum ſummum eſſe hominiſ bonum oſtendiſſet/Poſtremo concludit tertium quidem illiſ duobuſ longe preſtantiuſ eſſe/felicitatem hominiſ bonũq; extremũ/id eſſe boni naturam ipſam atq; rationem/Que quanq̃ longo ſermone diſputata a Platone fuerunt/Nullam tamẽ ſententiam/nullum membrum/nullum deniq; uerbum/et ne punctum quidem orationiſ protulit non ſumme neceſſariũ/et doctrine ac ſapientie plenũ/Quod idcirco a me dictum uelim/quia aduerſariuſ perturbata/contorta/inconſtantia/plena loquacitatiſ/ſcripta Platoniſ eſſe cõmemorat./Sed de hiſ hactenuſ. ¶ Nunc de mathematiciſ diſciplinis/quarũ ſimili modo ignarũ fuiſſe Platonem aduerſariuſ ſcribit/dicendũ aliquid cenſeo/ut in hiſ quoq; q̃ excellenſ fuerit Platoniſ doctrina intelligi poſſit/Multa profecto geometrie/arithmeticae/muſice/aſtronomie paſſim in eiuſ libriſ precepta cõtemplatiõe digna reperiuntur/que ſi Plato mathematicarum diſciplinarum ignaruſ fuiſſet/ut qdam homũtioneſ blatterare non uerentur/nõ potuiſſet ſuiſ libriſ inſerere/Nũc uero tam crebro hiſ utitur:

Dionisius Areopagita princeps xpiane religionis imitator et librorum [illegible] platonis

De phia morali que tractauit plato.

ſiue de rebuſ diuiniſ/ſiue naturalibuſ/ſiue moralibuſ/diſſerat/ut nemo niſi mathematiciſ diſciplinis inſtructuſ opera eiuſ poſſit intelligere: Hinc pleriq; expoſitoreſ Platoniſ/in explanandiſ eiuſ libriſ de mathematiciſ rationibuſ plura dixerunt/et Theon ſummuſ ille mathematicuſ/cum opuſ de quattuor mathematiciſ diſciplinis edidiſſet/compendiũ in Platoniſ libroſ inſcripſit/quaſi ea duntaxat in hiſ continerentur/que Plato in ſuiſ operibuſ tetigiſſet/Equidem ita a maioribuſ noſtriſ traditum accepi/Platonem non minuſ quadripartitam hanc mathematicarum diſciplinarum rationem/q̃ aliam quamuiſ philoſophie partem ſuiſ diſcipuliſ explicare ſolitum fuiſſe/Ac ueſtibulo ſchole eiuſ hoc epigramma inſcriptum extitiſſe/Nemo huc geometrie ex/perſ introeat/quod in primiſ ſignificare uidetur/eum a ſacello philoſophie arcendum eſſe/qui geometrie diſciplina non ſit inſtitutuſ: q̃q̃ illud quoq; poſſit denotare/Neminem eſſe intro/mittendum/qui uirtutem ex geometrica mediocritate queſitam non ſit conſequutuſ/Megaram quoq; & Cyrenem queẽadmodũ ſupradiximuſ profectum eſſe Platonem cõſtat/ut illic Euclidẽ ſummum geometram/hic Theodorũ inter mathematicoſ preſ/tantiſſimum audiret/Illud quoq; de eo legitur/quũ aliquando athenienſeſ Apolliniſ oracula ſciſcitatum ueniſſent/quo pacto a peſtilentia/qua maxime uexabantur/poſſent liberari: huiuſ/modi reſponſum accepiſſe: Ita demũ ſoſpitem futuram ciuitatẽ ſi illiuſ aram/cuiuſ figura cubica erat/duplicarent. Quapropter illoſ e ueſtigio alterũ cubum are coniũxiſſe/Sed non propterea morbum aliquo modo deſeuiſſe/Quod quum ad deum relatum eſſet/nondum ſibi obtemperatum reſpondiſſe/quippe iuſſiſſe ſe ut cubum duplicarẽt/eoſ uero cubo cubum ſuperpoſuiſſe/Quã ob rem athenienſeſ/quum aliquandiu ancipiteſ conſilii fuiſſent/ad extremum Platonem adiiſſe/quem norant mathematicarum rerum eſſe peritiſſimum/Conſultum igitur Platonem quid ſibi Apolliniſ oraculum uellet/ita reſpondiſſe/Probro dare athe/nienſibuſ deum/ꝙ geometrie diſciplinam contemnerent/Poſt hec ita duplicari cubũ diſcipuliſ ſuiſ oſtendiſſe/Si duabuſ lineiſ rectiſ due medie recte proportionaleſ inuenirentur/Duabuſ enim unam mediam proportionalem inueniri compertum iam erat/Sed duabuſ duaſ reperiri poſſe proportionaleſ/adhuc erat ignotum. Platonem itaq; id primum comperiſſe/et quod nunc

in libriſ Archimediſ legitur/illiuſ eſſe inuentum/Quod ſi geo/
metria ceteriſ omnibuſ mathematiciſ diſciplinis/ob certiorem
demonſtrationiſ ueritatiſq; rationem nobilior habetur/Ex
omnibuſ autem geometrie propoſitionibuſ ea difficillima fuit/
quo pacto poſſet cubuſ duplicari: id autem Plato inuenit/quiſ
adeo indoctuſ eſt/temerariuſ/amenſ/ut ignoraſſe illum mathe/
maticaſ diſciplinaſ auſit aſſerere? Aut quid eſt minuſ ſimile ueri/
q̃ hec incognita fuiſſe Platoni/qui ceteroſ ſemper ad preclaram
huiuſmodi rerum cognitionem hortatuſ eſt/et ſine hiſ nec eſſe/
nec dici poſſe quenquã doctum exiſtimat? Quippe in libro de
legibuſ duodecimo/quum legeſ expoſuiſſet/et quemadmodum
obſeruari poſſent/inueſtigaret/ridiculũq; diceret eſſe hominẽ/
qui fruſtra elaboraret in re/que firma ac ſtabiliſ non eſſet/Sa/
lutem inquit legum/poteſtatem q; tum demũ perpetuam fore/
ſi ſapientiſſimi ciuitatiſ ſepenumero unum in locum cõgregati/
ſuaſ atq; alienaſ legeſ exquirerẽt/Et ſiqd in alieniſ opportunũ
atq; utile eſſet/adderent ſuiſ/Siquid in ſuiſ minuſ probandum/
id remouerent/et ad unam uirtutem/uirtutiſq; ducem ac prin/
cipem mentẽ oculoſ dirigerent/Eſſe enim uirtuteſ/et quattuor/
et unum/quattuor ꝙ ſubiecte reſ circa quaſ uerſantur diuerſe
ſunt/Vnum ꝙ ad unam mentem & ſapientiam reſpiciunt: quo
ſapientem quoq; in adminiſtranda republica ſpectare inquit
oportere/Sic enim fieri poſſe/ut et religionem erga deum im/
mortalem ſeruet/et diuinarum rerum cognitionem habeat/et
alioſ monere/atq; inſtruere poſſit/Poſt hec in tractatu/quem
legibuſ addidit/cum quiſ aut qualiſ ſit ſapienſ/et que nam ſit ea
quam petimuſ ſapientia ſcrutaretur/Primum ceteraſ omẽſ arteſ
a ſapientie nomine excludit/mox quattuor mathematicaſ diſ/
ciplinaſ/Arithmeticam/Muſicam/Geometriam/Aſtronomiam
ꝓbat atq; admittit: quod cũ pluribuſ uerbiſ egiſſet/hec addidit:
Intelligendum preterea illud eſt/ꝙ ſi quiſ hec recte acceperit/
maximum ſibi fructũ comparabit/Sin minuſ/ſatiuſ fuerit deũ
ſemper implorare/Moduſ autem/quo recte accipi poſſint/hic
eſt (dicere enim id aliquatenuſ oportet/Omnem geometricam
circunſcriptionem/et numeri cõſtitutionem/et harmonie con/
ſonãtiam/atq; aſtrorum circulationiſ rationem/Vnam omniũ
conſtare ei qui recte diſcit/oportet: Conſtabit autem ſi/quod
diximuſ/recte ad unum reſpicienſ/diſcet/ Ita enim quaſi unum

Necessitas mathematicarum [illegible] vide

quodam omnium innatum uinculum conſtabit/Quod ſi quiſ aliter hec percipere ſtatuerit/húc fortunam/ut modo dixi optare ſibi ſecundam oportet/Neq; enim ſine hiſ effici ulla felix natura/in republica poteſt/Sed hic moduſ eſt/hec educatio/he diſcipline/ſiue difficiliſ/ſiue facilis uia ſit/hac certe eundum eſt. Et paulo poſt/Qui autem hec omnia acceperit/hunc uere ſapientiſſimum dico/et ſiue ioco ſiue ſerio loquor confirmare non dubito/Et rurſuſ/qui diuini/modeſti/et reliquiſ uirtutibuſ prediti ſunt/ac reſ que diſciplinam beatam attingunt(ſicut a nobiſ expoſitum eſt)obtinuerút/hiſ ſoliſ cumulatiſſime felicitaſ comparata eſt/Quod ſi Plato illú unum uere ſapiētem/illú felicem/illum pium & immortali deo gratiſſimum eſſe fatetur/qui uirtutem colit/et mathematiciſ diſciplinis incúbit/Quo pacto rem quam tantopere commendat/et ad quam capeſſendam ceteroſ hortatur uel per contemptum ipſe repudiet/uel per deſidiam negligat? Errat nimirum qui aliter iudicat/Deſinat igitur aduerſariuſ talibuſ contumeliiſ ſapientiſſimum uirum impetere/que ſuam potiuſ q̄ Platoniſ ignorantiam aperiunt/Cum enim duabuſ maxime rebuſ uniuſcuiuſq; doctrina probetur/ſiue ꝙ artium precepta tradiderit/ſeu ꝙ ex ratione preceptoꝝ aliquid ſcripſerit/Plato quidem/quam ob cauſam precepta non tradiderit/Vtq; id inſcitie teſtimoniú non ſit/ſatiſ ut arbitror ſupra demonſtrauimuſ/Quo pacto uero ex ratiōe optimoꝝ preceptorum ſcribenda queſiuerit/et ſapientiſſime atq; eloquentiſſime ſcripſerit/Tum a nobiſ illiuſ ſermone oſtenſum ē/Tum/ſi forte uel aduerſariuſ/uel quiuiſ aliuſ contendere ultra uoluerit in promptu ſunt eiuſ libri quoſ pro uoluntate ſua quiſq; & legat/et iudicet/Nemo igitur uerbiſ aduerſarii ſine aliqua ratione ſtulte temereq; prolatiſ/condemnandum eſſe ſapientiſſimum uirú exiſtimet/Sed pro ſuo quiſq; ingenio uel lectitádo libroſ illiuſ/uel ab aliiſ diſcendo quáta fuerit eiuſ doctrina/q̄ excellenſ ingenium/quanta dicendi uiſ animaduertat/Ita enim facile noſtram quidem defēſionem ueram ac iuſtam/Aduerſarii uero calumniaſ falſaſ/iniquaſ & plane deteſtabileſ eſſe comperiet.

WALTER ASHBURNER FIRENZE

PLATONIS LIBER SECUNDUS INCIPIT

PLatonem quãuiſ precepta artium litteriſ non
tradiderit(nemine tamen propterea docto/&
ſapiẽte uiro inferiorẽ exiſtimãdum: Libroſq;
ab eo compluref egregie ſcriptoſ) et ad poſte/
ritatiſ utilitatem relictoſ) ſatiſ ſuperiori libro
demonſtrauimuſ. Nunc quoniam aduerſariuſ
(ſecũdo uolumine) eum aſſerit qui ad ueritatẽ
chriſtiane religioniſ) et ſancte eccleſie doctrínam propiuſ ac/
ceſſerit: longe ceteriſ ſapiẽtiorem eẽ iudicandum: tum Platonẽ
multo Ariſtotele inferiorem facit. ꝙ ille a doctorum noſtrorũ
ſententia alieniſſimuſ eſſe: hic uero maxime cum hiſ conſentire
uideatur: Noſ huiuſ quoq; rei contrariũ plane(niſi noſ aĩmuſ
fallit) oſtendemuſ: et doctrinam Platoniſ magiſ q̃ Ariſtoteliſ
noſtre religioni conſentaneam eſſe demonſtrabimuſ. Quod nõ
ideo faciemuſ: quia Platonem aut exiſtimemuſ) aut uelimuſ
oſtendere chriſtianum fuiſſe: Alienuſ enim uterq; a noſtra fide
tam Plato q̃ Ariſtoteleſ fuit: et ut nomine(ſic religiõe gentiliſ
uterq;: propter quod fruſtra Ariſtotelem hoc loco laudat ad/
uerſariuſ: et inopſ conſilii(quo uera dicere uideatur) ad religionẽ
refugit: ut ſolent rei capitiſ(querende ſalutiſ gratia) ad aſylum
ſe(aramq; recipere. Itaq; non eſt conſilium laborare: ut Platonẽ
chriſtianum fuiſſe oſtendamuſ quemadmodum de Ariſtotele
facit aduerſariuſ. Sed ita hunc locum conabimur tractare: ut
ſi quiſ ex auctoritate quoq; gentilium philoſophorum uerita/
tem noſtre religioniſ corroborare uoluerit(Platoniſ potiuſ
libriſ) q̃ Ariſtoteliſ id effici poſſe demonſtremuſ. Cum autem cer/
neret aduerſariuſ: doctoreſ eccleſie: uiroſ ut uite ſanctimonia:
Ita tam noſtra q̃ gentilium doctrina inſigneſ Platoniſ magiſ
q̃ Ariſtoteliſ opinioneſ cum ſuiſ cõciliare: et illiuſ quidem teſti/
monio omnibuſ fere in lociſ uti(Ariſtoteliſ uix unquã facere
mẽtionem(Primum eoſ refellere conatuſ eſt: et exiſtimationẽ:
quam omneſ de diuina illorum ſapientia conceperunt(animiſ
abolere: Itaq; ſuo potiuſ q̃ illorum iudicio ſtandum ſuadet.
Nam que doctoreſ noſtri inqt afflati diuino ſpiritu ſcripſerũt:
ſi ad fidem duntaxat & mortalium ſalutem pertinent(teneri

crediq; ab omnibuſ faſ eſt: Reliqua uero nõ ita recipienda ſunt ut a ſanctiſſimiſ uiriſ tradita fuere. Atqui ſi in hiſ que ad fidem et ueram religionem pertinẽt/credendum eſſe exiſtimaſ o bone uir/ Platoniſ autem uerbiſ ſanctiſſimi uiri utuntur ad fidei et uere religioniſ confirmationem: cur æquum non cenſeſ preberi eiſ fidem/dum in hiſ Platonem longe Ariſtoteli preferendum exiſtimant? Quod ſi doctoreſ noſtri ſancti qdem tantũmodo: et deo dediti fuiſſent/optimarũ uero artium ſtudia/uix ſummiſ (ut aiũt)labriſ deguſtaſſent/Concederem tibi pfecto/geometre potiuſq̃n rebuſ ad geometriam pertinentibuſ/q̃ ſancte ſimplici/tati eſſe credẽdum: et ſtudioſiſ philoſophie: ac bonarum artium peritiſſimiſ uiriſ pluſ fidei adhibendum/q̃ hiſ qui rudeſ fuiſſent atq; ignari/tam&ſi uite ſanctitate inſigneſ haberẽtur. At ſi qui cum ſanctitate ad ſummum etiam doctrine & ſapientie perue/nerunt/ Legeruntq; Platoniſ/atq; Ariſtoteliſ libroſ/et utriuſq; philoſophi opiniõeſ diligentiſſime ſunt pſcrutati(qualeſ fuerũt apud grecoſ Baſiliuſ: Gregoriuſ: Cyrilluſ: Gregoriuſ alter: Apud latinoſ uero: Auguſtinuſ: Boetiuſ: et alii compluréſ ſapiẽtiſſimi uiri & philoſophie ſtudiiſ illuſtreſ: Et tamen quum de uera re/ligione diſſeruerunt/ Gentilium philoſophorũ auctoritatibuſ libenter innixi ſunt: quo pacto exiſtimaſ hoĩeſ te unum(ſpretiſ illiſ auctoribuſ) ſequi oportere? Sed noſ et qcũq; mẽtiſ cõpoteſ ſunt(te dimiſſo) doctoreſ noſtroſ ſanctiſſimoſ ac ſapientiſſimoſ uiroſ ſequemur/Eorumq; ſententia rem a nobiſ propoſitam oſtendemuſ. ¶ Verum id mihi moleſtum hoc loco accidit: ꝙ ea cogor ſcribere que mĩme uellem: Facit enim aduerſarii iniqtaſ aduerſuſ Platonem/Ut qui nõ minuſ Ariſtotelem/q̃ ipm̃ ſoleo laudare/fungi officio meo minuſ uidear. Nam cum aduerſariuſ dicat/et ſuo duntaxat iudicio demonſtret/meliuſ Ariſtotelem q̃ Platonem de diuina natura ſcripſiſſe: quippe poſuiſſe Ariſto/telem in diuiniſ trinitatem/ Platonẽ minime: illum ſenſiſſe celũ et mũdum ſola dei uoluntate ex nihilo eſſe productum/hunc materiam primam mundi principium poſuiſſe: Ad hec Ariſto/telem optime de aĩmo diſſeruiſſe/ Platonem figmenta quedam ſcripſiſſe. Illum/ quecunq; ſunt/prouidẽtia dei regi gubernariq; exiſtimaſſe: hunc omnia fato ac neceſſitati ſubieciſſe: Eo noſ huiuſmodi uerbiſ impulit/ut dum contrarium demonſtrare ni/timur/de Platone meliuſ ſentire q̃ de Ariſtotele uideamur: atq;

Doctores greci q plus tribuo usi sunt basilius Gregorius duo Cyrilus: Doctores Latini autem tribuo usi: Augustinus. Boetius. et alii plures.

ita improbare Ariſtotelem/quod a mente noſtra longe alienū eſt: Nos enim de Ariſtotele quoq; ſemp honeſtiſſime loquimur: Abſitq; a nobis tam praua atq; inſolens cogitatio/ut dū Platonē tuemur/detrahere illi uelimus/Vtrunq; enī ſapientiſſimū fuiſſe arbitramur: Et gratias utriq; p bñficiis que in genus humanum contulerūt/agendas exiſtimamus.quod ipſius quoq; Ariſtotelis auctoritate agendum uidetur: Quippe in his libris/quos meta/phiſica uocat de ea parte philoſophie pſcriptos/que ē de rebus diuinis/hunc in modum loquitur. Non modo his agere gratias æquum eſt/qui nobis precepta diſciplinarum diligētiſſime tra/diderunt/Verum his etiā/qui de illis leuiter ieiuneq; diſſeruére: Nam hi quoq; aliquid nobis utilitatis attulerūt/dum habitum noſtrum exercitatione reddiderunt aptiorem/Etenim uero/ſi Timotheus non fuiſſet/non tantum modulorum haberemus.ꝙ ſi Phrynis non fuiſſet/ne Timotheus quidem claruiſſet: Eodem modo de his exiſtimandum eſt/qui ueritatem indagare uolue/runt. Accepimus enim ab aliquibus opiniōes aliquas: ſed hi tales eſſent/illi cauſa fuerūt. In hac igitur philoſophoꝝ cōparatiōe non alterum quidem laudibus extollemus/Alterum iurgiis ac contumeliis proſequemur/quod aduerſarius facit/utrunq; enim colimus ac ueneramur/Sed que nam ſit Ariſtotelis de his/quas ſupra diximus rebus/opinio/et utrum eorum que aduerſarius refert aliquid ille ſcripſerit/Vel quomō ſcripſerit/uideant/qui id poſſunt inueſtigare. Permulti enim poſſunt/quum fere om̄s noſtre etatis ſapiētes latini/peripatetice ſecte emuli ſint: Et que Ariſtoteles ſcripſit diligētiſſime indagauerint atq; perceperint. Nos certe/ut Ariſtoteles de his rebus melius/deteriuſue aut cogitarit/aut ſcripſerit/Minime dicemus: Fruſtra enī in re no/tiſſima laboraremus: nec aliud quicꝗ aduerſus eum loquemur/preterꝗ ꝙ chriſtianū fuiſſe Ariſtotelem negabimus: Et aliqbus fortaſſe in locis explanationis gratia (nō eo modo) quo aduer/ſarius putat/intelligenda eē dicta Ariſtotelis oſtendemus: quod non eo conſilio faciemus/ut crimen obiiciamus Ariſtoteli: ſed ut calumniatorem hunc uel minime intelligere Ariſtotelem/uel peruertere illius ſententias declaremus: Platonis uero opiniōes ſummo ſtudio conabimur exponere/quoniam omnibus fere latinis ignote ſunt/Partim quia libri eius in romanam cōuerſi linguam non habentur/Partim ꝙ ſi qui habentur interpretum

uitio minuſ recte ſententiam ſui exprimunt auctoriſ. Merito itaq; huiuſmõi/preſertim de rebuſ diuiniſ opiniões/explicande ſunt: ut quicũe et quaſi fãiliareſ ſint noſtre religioni/etiã latini poſſint intelligere: Tum e contrario q̃ falſa ſint/que ab aduerſario obiiciunt manifeſtũ ſit(Hec enim pcipua demonſtratiõiſ ratio erit)Si contrariũ eiuſ qđ obiicit aduerſariuſ/ipſiuſ Platõiſ uerbiſ oſtẽdam. Quod ſi ad hec doctorũ noſtre religioniſ teſtimoniũ adducam/et ſentẽtiaſ Platoniſ ſacroſancto ore exponi pbariq; demõſtrabo/magiſ pfecto rei ueritaſ eluceſcet: Nulliq; dubiũ erit Platonem(nõ ut aduerſariuſ fingit)ſed ut noſ oſtendimuſ/cogitaſſe atq; ſcpſiſſe. Nã aduerſarii ineptaſ expoſitiões et argumenta leuiſſima/ſuo loco poſt hec refellam: quãtumq; ab Ariſtoteliſ opinione & uerbiſ aberrẽt explicabo. Sed priuſ q̃ ad rem ueniam: illud aperte profiteor: nõ ita me Platoniſ opinionem tueri/quaſi ex omni parte probandam: et cũ doctrina noſtra comparandam exiſtimem(Neq; enim illam animorum preexiſtentiam probo: nec numerũ deorum: non celi ac ſyderũ animaſ: non multa alia quibuſ gentileſ ab eccleſia damnantur. uerum quid duo philoſophi ſenſerint: quod inter eoſ diſcrimen ſit: exponere decreui. Etſi enĩ gentiliſ uterq; eſt/et a fide noſtra alienuſ/Tamen uter eorum meliuſ ſenſerit & religioni noſtre conuenientiuſ/operepretiũ erit declarare. Preſertim cũ nullam Ariſtoteli iniuriam illaturuſ ſim/ſi preferre ei Platonẽ uidebor: ſiquidem nõ ultro ad hanc cõparationem acceſſi/ſed iniquitate aduerſarii coactuſ/q eoſ adeo turpiter/et ignominioſe cõferre inuicem non erubuit. Nam mea quidem ſententia Ariſtoteleſ laudanduſ eſt: et doctrina/qua plurimũ claruit: et ſtudio/quo bene de hoĩm genere merituſ eſt. ❡ Quid igitur de primo ente: uel potiuſ de primo omnium entium: et ſupra oĩa entia poſito principio Plato in parmenide ſcripſerit uideamuſ. Ponam aũt duntaxat capita rerũ(Vnũ inquit ipm(ſic enĩ/ſic ſuperſubſtãtialem dei diuinitatem appellat)non multa eſt: nec partem: nec totum: nec principium: nec finem: nec mediũ habet: infinitum informeq; eſt. nullo loco circũſcribitur/Nuſq̃ permanet: nullo ſiue loci: ſiue alteratiõiſ motu mouetur: nec ullo modo fit: Nec ſibi/alteri ue idem/aut diuerſum eſt: nec ſimile aut diſſimile: nec equale/aut inequale: nec antiquũ/aut nouum: Nec in tempore ullo/ſed omino ſine tempore: quãobrem nec generatũ unq̃ eſt:

pauca in q̃b Plato q̃ fidẽ ſenſit.
preexiſtentia Animorum.
numero deorum
In aĩab celi ac ſyderum

nec generatur: nec erat unquã, nec modo factum eſt: nec fit: nec eſt: nec poſt fiet: nec generabit̃: nec erit: nec ſubſtantie particepſ eſt: Iſta enim uerba erat: fiebat: generatũ eſt, preteritum tempuſ ſignificant: Erit autẽ: fiet: et generabitur futurum: Eſt uero: et generatur: et fit: preſenſ. Quod aũt nulli ſubiacet tempori, id nec erat: nec eſt. nec erit (Ex quo fit ut nullũ etiã nomen ei indicium ſit: Nulla diffinitio detur: Nulla ſcientia: aut ſenſuſ: aut opinio eiuſ habeatur. Itaq; nec noĩatur: nec dicitur: nec cogitatur: nec cognoſcitur: nec ab aliquo ente ſentitur: Hec Platoniſ uerba ſũt in parmenide: q̃uiſ pauca ex multiſ collegi: In aliiſ uero opibuſ ſuiſ, ut in phedro: phedone: philebo: Timeo: ſophiſta: legibuſ: re/publica: epiſtoliſ: omnibuſ deniq; lociſ: in quibuſ de rebuſ diuiniſ mẽtionem facit: ſemp ſui ſimiliſ eſt: Eadẽq; de eiſdem dicit (quod uiri docti offitiũ) et uere atq; incõcuſſe rationiſ teſtimonium eſt: Vbiq; enim primum om̃ium principiũ Plato unũ appellat: ubiq; opificem & creatorẽ uniuerſi: ubiq; ſummũ bonũ regem et con/ditorem oĩm nominat. In promptu ſunt greci eiuſ libri: quoſ qui uolet legere poterit: Et ex lingue illiuſ fonte haurire: que noſ interpretamur (ut poſſumuſ) Adeo autem hec Platoniſ theologia ſanctiſſimiſ fidei noſtre doctoribuſ grata fuit: ut quotienſcũq; de deo aliquid ſcripſerunt, nõ modo ſententiiſ eiuſ, ſed etiã uerbiſ uti uoluerint: Nã uir ſanctiſſimuſ Dionyſiuſ areopagita, q primuſ et ſummuſ chriſtiane theologie auctor fuit, neminemq; ante ſe habuit diuinarũ rerum ſcriptorem, preter apoſtolum Paulum: et Hierotheum athenarum pontificem, q̃buſ ipẽ preceptoribuſ uſuſ eſt (in libro quẽ de diuiniſ nõibuſ edidit: Ita ſcripſit: Manet qdem ſupra om̃ſ ſubſtantiaſ ſupſubſtantialiſ infinitudo: et ſupra mẽteſ ſupmentaliſ unitaſ. et om̃ibuſ intelligentiiſ inintelligibile ẽ, quod oẽm intelligẽtiam ſuperat unũ: et ineffabile: quod omnẽ dicendi rõem excedit: bonũ (Et rurſuſ) Vnitaſ unifica om̃iſ unitatiſ ſup/ſubſtantialiſ ſubſtãtia: menſ inintelligibiliſ: ratio ineffabiliſ: irra/tionabilitaſ: inintelligibilitaſ: innominabilitaſ eſt: nulliuſ entiſ ſimilitudinẽ gerit: et cauſa eſt entiũ omniũ: ipm aũt eſt: non enſ: utpote quod ultra oẽm ſubſtantiã eſt. Item. nõ ſenſuſ eiuſ eſt: nõ imaginatio: nõ opinio: nõ ratio: nõ ſcientia: nõ nomẽ. Et paulo poſt. Superſubſtantiale diuinũ principiũ quod ſit ſuper eſſentia ſupbonitatiſ minime intelligi poteſt. Nec enim ut rationem: aut uirtutem: nec ut mẽtem: aut uitam: aut ſubſtantiã memorare faſ

[Margin notes: Platonis libri · Phedrus · Phedon · Philebus · Timeus · Sophista · Legibus · Republica · Epistolis · — Dyonisius Areopagita primus theologus · Apostolus Paulus · Hierotheum athenarum pontificem ·]

eſt cuiquã eorum: qui ueritatiſ omnem ueritatem ſupantiſ amore
tenetur: ſed ut ab om̃i habitu: uita: magnitudine: opinione: noı́e:
ratióe: mente: intelligentia: ſubſtantia: motu: ſtatu: loco: unione:
fine: infinitudine: om̃ibuſ deniq; rebuſ ſuplatiue abſtractũ pinde
intelligendum eſt. Hec per immortalem deum: nonne a Platone
per eadem fere uerba Dionyſiuſ ſumpſit? Quid Gregorium me/
morem: q ob excellentiã huiuſ diſcipline theologi cognomẽtum
apud grecoſ adeptuſ eſt? Hic in ſermone de reſurrectióe domini:
ita inquit. Deuſ erat: et eſt. et erit: Vel ut rectiuſ dicam: ſemper
eſt. Verba enim iſta erat: et erit: temporiſ noſtri: natureq; huiuſ
fluxe atq; inſtabiliſ particule ſunt. Ille uero ſemp enſ: eſt: idq; ſe
ipſe nominat: cum Moiſem in monte alloquitur. Totam enim in
ſe eſſentiam complexuſ eſt: que nec inceperat eſſe nec deſinet: Et
paulo poſt. Infinita igitur dei ratione cótemplari quidem facile
poteſt: Idq; unum de ea percipi haud difficile eſt: ut infinita eſſe
intelligatur. Hec de uno et primo oı́m principio: ac de ſimplici/
tate & unitate dei Plato luce dũtaxat nature illuſtratuſ ſcripſit.
Hec noſtri ſanctiſſimi ſapientiſſimiq; doctoreſ chriſtiane reli/
gioniſ procereſ diuino afflati ſpiritu docuere: que reſ aperte ſatiſ
teſtari uidetur recte hec & ſenſiſſẽ et ſcripſiſſe Platonem. Quod
ſi principeſ noſtre fidei hoc ſentiunt: quiſ ceteroſ dubitet idipſum
opinari? Sed hoſ breuitatiſ gratia omittimuſ. Illud uero quod
Plato quarto de legibuſ ſcripſit. nonne libriſ noſtre religioniſ q̃
ſimillimum eſt? Deuſ ut uetuſ ſententia eſt principium: finem: et
medium: rerum omnium continenſ: recte incedit: nature ratione
cuncta perluſtranſ: Hunc ſemp iuſticia ſequitur uindex eorum:
qui diuine legiſ preuaricatoreſ fuerint: hunc: qui foelix futuruſ
eſt deuinctuſ conſequitur humiliſ & modeſtuſ qui uero ſuperbia
elatuſ: uel pecuniiſ inſolenſ: uel honore: uel forma corporiſ: uel
iuuẽtute ſimul atq; amentia per contumeliam animo erectuſ nó
principem: non ducem ſibi ullum deſideret: qua ſi ipe alioſ regere
poſſit: deſeritur a deo: et ſoluſ miſer uagatur. Animaduertite ob/
ſecro: quanta ſit horũ uerborum cum ſacriſ litteriſ ſimilitudo atq;
conformitaſ. Ego (inquiunt ille) deuſ ſum primuſ: et ego poſtea
ero. Hic. Deuſ principiũ: finem: et mediũ rerũ omnium cótinet.
Ille. Rectitudineſ nouit facieſ eiuſ. hic. recte incedit. Ille. Iuſtuſ
dominuſ. et iuſticiaſ dilexit: et mihi uindictam: ego retribuam:
hic. Hunc ſemper iuſticia ſequitur uindex: Ille. Poſt dominum

deum tuum ambulabiſ.hic. Hunc qui felix futuruſ eſt deuinctuſ cōſequitur. Ille. Deuſ ſuperbiſ reſiſtit. Hic. Superbuſ a deo deſe/ritur ¶ Ad hec in philebo. Menſ inquit rex celi & terre eſt: quod poſtea in longum optime pulcherrimeq; declarat. queadmodum etiam in Timeo querit quid ſit: quod ſemper eſt: et nullam habet generationem: Et hoc quidem inquit intelligentia cum ratione comprehendi poteſt: ſemper eodem modo ſubſtanſ: et reliqua. que ibi ſapientiſſime explicātur. Plato itaq; in hiſ mirifice ab oībuſ comprobatuſ eſt ¶ Ariſtoteleſ uero: quicquid de huiuſmodi rebuſ ſcripſit: Platonem ſecutuſ eſt: quāuiſ non ita expreſſe de hiſ locu/tuſ fuerit. quale eſt quod in libro de diuiniſ rebuſ ponit homericū illud: Rex unuſ: princepſ unuſ. aut ſi uſpiam deum: et naturam nihil fruſtra agere profitetur: aut ſiqua naturaliſ auditiōiſ libro ultimo: Et diuinarum rerum ~~undecimo~~ duodecimo de primo mouente im/mobili: p ſe ſubſtante: breuiſſime attigit: que et ſi recte ſapiēterq; ab eo ſcripta ſunt: q̄tum tamē inter hec & Platoniſ dicta interſit: facile quiuiſ poteſt iudicare ¶ Atqui de trinitate diuina optime diſſeruiſſe Ariſtotelem ſcribit aduerſariuſ in principio eiuſ libri: q de celo inſcriptuſ eſt: Platonem uero nuſq̄ de ea re quicq̄ dixiſſe: immo uero plureſ poſuiſſe deoſ: et demonum multitudinē: qbuſ exhiberi diuinum cultum oporteret. Quantam uero hec uerba calumniam pre ſe ferāt mox uidebimuſ. Primum: que de trini/tate in principio eiuſ libri Ariſtoteleſ ſcribit: tria cuncta eē: et ter quaq; parte: ſecundū pythagoreorum ſententiam: qui uniuerſum et cuncta ternario numero terminari uolunt: principium nanq; & medium: et finiſ: numerum uniuerſi obtinent: hec autē ternarium faciunt: iſta ineffabilem trinitatiſ diuine rationem explicare: nō minuſ inepte q̄ prolixe aduerſariuſ cōtendit. Que reſ ſi ita foret: nequaq̄ id ſubticuiſſent tot p̄claro ingenio expoſitoreſ tam greci q̄ latini: qui aduerſarium preceſſerūt: Preſertim ſanctuſ doctor Thomaſ: uir et acumine ingenii: et optimaꝝ artium philoſophie ſtudiſ inſigniſ: qui opinioneſ noſtraſ ariſtotelicis ratiōibuſ q̄tum fieri potuit roborare conatuſ eſt. Hic profecto: et qui eū ſequuti ſūt doctiſſimi uiri: ſi qd tale religiōi noſtre lucrifacere potuiſſent: id procul dubio feciſſent. Sed neq; hi locum illū ita intellexerūt: et ſtructura oratiōiſ nihil tale ſignificat. Quod cum aduerſariuſ ipſe non ignoraret: uolenſ nouum hoc genuſ expoſitioniſ: quaſi monſtrum quoddā: excuſare: a deo ſibi reuelatum fingit: multiſq;

Liber de celo seq. lib. phisicor.

uerbiſ oſtendere conatur: haud mirum eſſe: ſi arcanum quod tot ſanctiſſimoſ uiroſ latere uoluerat uni ſibi deuſ reuelarit: Ita pue/riliter atq; inepte ſe iactat: Ariſtoteleſ autem: quum in libriſ quoſ de naturali auditione conſcripſit: de principiiſ rerum naturalium diſſeruiſſet: Materia: forma: et priuatione: ſtatuit librum de celo ſubiungere: In quo reſ ex principiiſ illiſ compoſitaſ tractaret. Hec autem ſunt corpora: quorum proprium eſt tribuſ dimenſi/onibuſ conſtare. Magnitudiniſ inquit: quod in unũ diſtenditur: linea eſt: quod in duo: ſuperficieſ: quod ĩ tria: corpuſ. Preter hec nulla alia eſt magnitudo: quoniam tria cuncta ſunt: et ter quaq; parte: Tale autem coelum quoq; eſſe perſpicuum eſt. Cum igi/tur de natura: et rebuſ natura compoſitiſ ageretur: que nam occaſio ferre poterat: ut de deo: de incorporea: immateriali: ſe/parataq; natura: de trinitate: omnem rationẽ atq; intelligentiam ſupante diſſereret? Enim uero ſomnia iſta ſunt ac figmenta falſe imaginatiõiſ: et quemadmodum ſupradiximuſ: monſtra quedam atq; portenta: Veruntamen ſi in contentiõe perſiſtiſ: et de diuina trinitate loqui philoſophum aſſeueraſ: magiſ certe pro Platone ꝙ pro Ariſtotele pugnaſ. Etenim Ariſtoteleſ huiuſ ſue ſententie teſteſ citat pythagoreoſ philoſophoſ: nam tria inquit cuncta eẽ et ter quaq; parte: ut pythagoreiſ placet: hoc eſt uniuerſum: et cuncta: ternario terminari. Finiſ enim medium: et principium: numerum habent uniuerſi. Ergo hanc rationem non tanꝙ ſuam Ariſtoteleſ profert: ſed pythagoreiſ aſcribit: quorũ Plato magiſ ꝙ Ariſtoteleſ emuluſ fuit: Ex quo fit: ut (etiam (ſi quid ſublimiuſ atq; diuiniuſ hiſ uerbiſ ſignificetur: ꝙ capere humanuſ animuſ poſſit: id Pythagore potiuſ atq; Platõi: ꝙ Ariſtoteli ſit tribuendũ. ſiqdem: que illi de ſubſtãtiiſ intelligibilibuſ: aut numeriſ & reliquiſ huiuſmodi dixere: ea Ariſtoteleſ ad reſ corporeaſ tranſtulit: ſen/ſuiq; ſubiectaſ. (Verum niſi fingere que a uero abſunt (et falſa ſi/mulare uelimuſ (nec Platonem (nec Ariſtotelem (nec alium quenꝙ gentilium fateri debemuſ de trinitate locutoſ fuiſſe (quẽadmodũ xp̃iani ſentiũt (re nobiſ diuinituſ reuelata (et ſacriſ litteriſ tradita. Neq; enim fieri poteſt: ut humana menſ tam excelſa ſublimiſq; ſit: ut ueritatem illam poſſit attingere: Non eſt diuinarũ rerum querenda ratio: ſed ſola fide: Et diuina inſtitutione (recipienda ſunt: que credimuſ (alioquin nulla fidei merceſ nobiſ deberetur: ut doctoreſ eccleſie ſenſiunt (Nemo igitur ſiue Platonem: ſiue

Ariſtotelem ideo laudandum cenſeat: ꝙ trinitatem diuinam: aut coluerint: aut ſcripſerint. Vterq; enim huiuſ uere opinióiſ exorſ fuit: et noſtre pietatiſ ignaruſ. Sed Ariſtoteleſ quidem nuſq̃ tale aliquid aut dixit: aut cogitauit: Plato uero multa certe de trinitate loquutuſ eſt: ſed longe aliter q̃ noſtra religio doceat. Quippe dum graduſ diuinitatum ſtatueret: Primum omniú entium principiú ponit: ingeneratum: æternum: nullú habenſ principium: a nulla cauſa dependenſ: quod et unum & ſummum bonum appellat: Neq; a ſe neq; ab alio productum: omni mente: omĩ ente ſuperiuſ: Mox uero primum enſ ſtatuit: quod et mẽtem primam: et formam primã uult eſſe: Productú quidem a primo deo: qua unum: ſed a ſe quoq;: qua enſ: et menſ: et ordo nature ſecunde. Poſt hec tertium: ordine: et dignitate: uniuerſi animam ponit: productam quidem & ipſam a primo deo: qua unum aliquo modo: ac etiam a primo ente: qua menſ: ſed qua per ſe mobile eſt a ſeipſa productam: Et hucuſq; proceſſiſſe diuinitatem exiſtimauit: Quam ob rem in epiſtola quã ad Dionyſium ſcripſit: Circa omnium inquit regem omĩa ſunt: et illiuſ cauſa omnia: eaq; cauſa eſt bonorum omnium. Secúda uero circa ſecunda: et tertia circa tertia. Sexto uero de repub. libro: quaſi de ſecunda trinitatiſ perſona loqueretur: quú mentionem prime: hoc ē partiſ feciſſet: Ita inquit. Sed o beati: quid nam ſit ſummum bonum: hoc loco miſſum faciamuſ. Pluſ enim mihi eſſe uidet̃: q̃ ut hoc inſtituto aſſequi id poſſimuſ. At enim qui ipſiuſ ſummi boni filiuſ: eiq; ſimillimuſ eſſe uidetur: Hunc explicare perlibẽter uelim: ſi uobiſ etiam id gratum eſt. alioqn ipſum quoq; miſſum faciam. Sed dic inquit: nam patriſ rationẽ poſtea reddeſ. Et paulo poſt. Nonne ſol quum minime uiſuſ: hoc eſt ſenſuſ uidendi ſit: ſed ipſiuſ uiſuſ cauſa: Tamen a ſenſu ipſo uidetur? Ita eſt inquit. Húc igitur inquam dici a me exiſtimeſ ſummi boni filium: quem ſummum bonum generauit ſibi proportione conuenientem: ut quod ipſum eſt in loco intelligibili ad mentem: et reſ: que intelliguntur: Idem hic eſſet in loco uiſibili ad uiſum & reſ que uidentur. Tum addit. Ergo quod ueritatẽ hiſ rebuſ: que cognoſcuntur: et cognoſcendi uim ei quod cognoſcit præbet: id eſſe boni ipſiuſ ideam exiſtima: Et rurſuſ. Solem certe nõ modo facultatem hiſ que uidentur prebere diceſ ut uideantur Verum etiam ut generentur: auge/

antur: alantur: quamuiſ ipſe generatio non ſit: Ita certe: Et hiſ
igitur que cognoſcuntur: non modo ipſum cognoſci: ſed etiã: et
ſubſtantiam a ſummo bono prouenire: non ꝙ ſummũ bonum
ſubſtantia ſit: ſed ꝙ omnem ſubſtantiam maieſtate potentiaq;
exuperet. His uerbiſ Plato non modo cognoſci: ſed etiam eſſe:
et ſubſtãtiam: preberi rebuſ a ſummo bono: hoc eſt a deo pro/
fitetur: deumq; ipſum ſupra omnẽ ſubſtantiam eẽ: et maieſtate
potentiaq; excellere: ut nec ſine cauſa ſint reſ ipſe intelligibileſ:
et deuſ qui eaſ produxit ui ac reuerentia om̃eſ excedat. Quem
locum Gregoriuſ theologuſ: cuiuſ ſupra mẽtionem feci: totum
fere eodem modo ſumpſit: in ea oratione: quam ſcripſit de lau/
dibuſ Athanaſii. Quod rebuſ ſenſibilibuſ (inquit) ſol eſt: id eſt in/
ĩtelligibilibuſ deuſ. Alter enim lucem mundo uiſibili: alter mũdo
inuiſibili preſtat. et alter uiſum corporeum: alter naturam in/
tellectualẽ ſibi ſimilem reddit. Atq; ut ſol uidẽtibuſ & uidendiſ:
hiſ quidem quo poſſint uidere: illiſ quo uideri poſſint: ſeipſum
prebenſ: omnium que uidentur: pulcherrimuſ eſt. Ita deuſ in/
telligentibuſ & intelligendiſ: illiſ quidem ut intelligere poſſint:
hiſ ut poſſint intelligi: preſtanſ ipſe omnium que intelligũtur
ſummuſ eſt: in quem uiſ intelligendi omniſ quieſcit: et progredi
ultra non poteſt. Item Plato quaſi de uerbo diuino diſſereret:
hoc ipſum uocabulum uſurpanſ: In libro quem legibuſ ſuiſ ad/
ditum Epinomidem inſcripſit: ita loquutuſ eſt. Honorem inqt
exhibeamuſ omnibuſ ſyderiſ diiſ: nec huic annum: illi menſem:
ceteriſ autem nec regionem ullam nec tempuſ ſtatuamuſ: quo
ſuum orbem perluſtrent: circuneundo mundum: quẽ dei uerbũ
uiſibilem fecit: hoc felix quiſque primum admiratur. Poſtea
amore incenditur ad intelligẽdum: quantũ uiſ humani ingenii
attingere poteſt: exiſtimanſ futurũ ut hoc modo & uitã agere
optimam: ac feliciſſimam poſſit: Et poſt mortem loca petere:
que uirtuti parata ſunt. Hic Plato uerbum appellat mundi
opificem: et contemplationem eiuſ tam in uita q̃ poſt mortem
felicitatiſ ac beatitudiniſ cauſam hominibuſ eſſe arbitratur. Et
in epiſtola: quam ad Hermiam: et Eraſtum & Coriſcum ſcribit:
ita inquit. Hanc epiſtolam uoſ om̃eſ qui treſ eſtiſ legere opor/
tet: preſertim ſimul: uel ſaltim dũ bini eſtiſ: quanto frequentiuſ
fieri poteſt: utendumq; uobiſ eſt pacto & lege certa: etiam iure
iurando (ut æquum eſt) interpoſito: non ſine eleganti ſtudio:

Et: que ſtudii ſoror eſt: diſciplina: teſtādo deum om̄ium rerum= que fuerūt: que ſunt: queq; future ſunt: principem: et principiſ opificiſq; cauſe patrem: dominumq;: quem: ſi hoc modo philo/ ſophabimur: cognoſcemuſ aperte om̄ſ: quatenuſ feliciſ hominiſ natura attingere poterit. Hec ſunt: que ex multiſ Platoniſ dictiſ pauca admodum collegi. Ex platoniciſ uero: qui nobili/ oreſ fuerunt. Plotinuſ in primiſ librum de tribuſ perſoniſ prin/ cipalibuſ ſcripſit. In quo primum notanduſ eſt tituluſ: cum et perſonaſ nominet: et ſecundum ritum noſtre religioniſ ternaſ conſtituat. Deinde in ipſo libro poſt multa ad hanc rem perti/ nentia ita inquit. Eternum illud atq; perfectum: eternū ſemꝑ perfectumq; generat: minuſq; eſt quod generatur: q̄ quod ge/ nerat. Quid igitur de perfectiſſimo illo dicēdum eſt? Nihil ne ab ip̄o eſſe: an que ſumma ſunt eſſe poſt ipſum? Summū igitur poſt ipſum: menſ eſt: et ſecundum: Menſ enim illud uidet: illoq; uno eget: illud aūt hoc non eget: Et quod a maiore illa mente generatur: menſ eſt atq; omnibuſ preſtantior: quia cetera poſ/ teriora ſunt. Omne autem id appetit amatq; a quo generatum eſt: Preſertim cum ſola ſunt: quod generauit generatumq; eſt: Cum autem optimum eſt quod generauit: tunc adeo cum eo coniunctum eſt: ut ſola: ut ita dicam: alteritate diſtinguatur. Imaginem autem illiuſ mentem eſſe dicimuſ: quādo q̄dem ma/ nifeſte loqui oportet. Et paulo poſt. Idcirco apud Platonem terna ſunt omnia. Circa omnium regem inquit om̄ia ſunt: Se/ cunda circa ſecunda: et tertia circa tertia: Plato itaq; patrem eſſe dicit opificiſ cauſe: hanc opificem cauſam= mentem eſſe opi/ natur: pro creatore enim mentem ponit: cuiuſ mentiſ & cauſe patrem dicit bonum ipſum: et ſummum bonū: atq; omni mēte ſubſtantiaq; nobiliuſ: Plerunq; etiam enſ: et mentem ideam eſſe fatetur: Quapropter hanc eſſe Platoniſ ſentētiam manifeſtum eſt: Vt menſ ex bono ipſo: aīma ex mente ſuum eſſe: ſubſtan/ tiāq; aſſumat. Porphyriuſ uero teſte ſanctiſſimo uiro Cyrillo in libro= quē aduerſuſ Iulianū ſcripſit: dum Platoniſ opinionē exponeret uſq; ad treſ perſonaſ ſubſtātiam diuinitatiſ ꝓceſſiſſe commemorat. Primum quidem eē deum ip̄m ſupremū bonum. Secūdum creatorem. Tertium animam mundi: etenim ad ani/ mam uſq; rationem procedere diuinitatiſ. Numeniuſ quoq; eū inquit: qui cognitionem de deo habituruſ eſt: primo et ſecūdo

diſtribuere ordíe queq; oportet: et poſtq̃ eiuſ rei gratia diuinũ
fauorem implorauit ita proſequitur. Diſtribuendum iam eſt:
Deuſ primuſ in ſe ſubſtanſ ſimplex eſt: ꝙ ſibi ipi omni ex parte
ſemper copulatuſ: diſiungi diuidiq; non poteſt: Secũduſ autem
deuſ & tertiuſ unuſ eſt: ſed herenſ materie: que binaria eſt: eam
unit: ipſeq; ab ea ſecatur/ Et paulo poſt. Neq; enim creare de/
cenſ eſt primũ deum/ Et creatoriſ dei patrem eſſe primum deũ
putandum eſt/ Multa etiam hiſ ſimilia de eadem re dicit: que
lõgum eſſet referre/ Ameliuſ uero nonne theologiam Ioanniſ
euãgeliſte ſequi prorſuſ uidetur: cum dicit? Atq; hoc erat illud
uerbum: per quod ea que facta ſunt: fiebant/ quum tamẽ ſemp
eſſent/ queadmodũ & Heraclituſ uoluit: et per Iouẽ barbaruſ
ille cenſet in ordine dignitateq; principii cõſtitutum apud deũ
eſſe: et deum eſſe: et per ipſum omnia facta eſſe: et in ipſo: quod
factum eſt: uiuum et uitam: et enſ fuiſſe: et reliqua huiuſmõi/
Neq; enim referre omnia opuſ eſt: cũ in promptu ſint eiuſ libri
lectitare uolentibuſ/ Hic ſane qa ueritatẽ/ licet inuituſ/ negare
non poteſt: eiuſ quem tanq̃ hoſtiſ barbarũ appellat ſententiam
probat/ et accipit fidẽ/ Quod ſi aduerſariuſ/ qui oĩa perperam
interpretatur/ ea que ſanctiſſimi doctoreſ tanquã adminicula
quedã noſtre religiõiſ ſumpſere/ cauſam fuiſſe calumniatur/ ut
Origeneſ Arriuſ aliiq; huiuſmodi in pniciosiſſimoſ erroreſ inci/
derẽt/ qppe Platonẽ ſcribit auctorem fuiſſe uariarũ hæreſum/
que inter chriſtianoſ pullularint/ cur nõ pari ratiõe euãgelicoſ
etiam: et apoſtolicoſ libroſ/ ac omnẽ ſacrarum litterarum doc/
trinam damnet atq; reiiciat? Quicunq; enim minuſ recte ſacroſ
libroſ interpretati a uera ſententia deuiarunt. conati ſunt opi/
nioneſ ſuaſ diuinorum uerborum auctoritate roborare/ Quẽ/
admodum Arriuſ per uerba illa euãgelii/ Pater meuſ maior me
ẽ: Et de die illa & hora, nemo nouit nec filiuſ ſed pater/ et mea
doctrina mea nõ eſt ſed patriſ/ aliaq; huiuſmodi/ filium haud
patri equalem eſſe exiſtimauit/ Et Sabelliuſ quod a filio dictũ
eſt/ ego et pater unum ſumuſ/ Patrem et filiũ in unam cõtrahi
perſonã cenſuit oportere/ Quicũq; preterea ſpiritu baptizatoſ
nunq̃ tentari poſſe a demone crediderunt/ uerbiſ illiſ Ioanniſ
euangeliſte ſuam confirmarunt opinionem/ Omniſ/ qui natuſ
eſt ex deo/ peccatum non habet/ quoniam ſemen ipſiuſ manet
in eo/ et non poteſt peccare/ qa ex deo natuſ eſt/ Et rurſuſ/ Qui

Amelyus platonis imitator sequitur euangelistam / quem tamen barbarum appellat: In principio erat verbum et c.

opinio Arij

opinio Sabelij

Diuina verba a multis hereticis male interpretata.

natuſ eſt ex deo/non peccat/ſed generatio dei ſeruat eũ/et ma/
lignuſ non tentat eum/Verum non ſacrarum litterarum hoc
crimen eſt/ꝙ illi ex hiſ argumenta ſumant/quibuſ errorem ſuũ
tueantur/Sed hi potiuſ reprehendendi dãnandiq; ſunt/q recte
dicta peruertunt/Nam ſi Origeneſ aut Arriuſ perfecte ſacram
ſcripturam intellexiſſent/nequaq̃ lapſi fuiſſent in tam ꝑuerſum
errorem/quem inepte poſtea/et chriſti/et Platoniſ uerbiſ de/
fendere cogerẽtur/Non enim chriſti dicta ad Platoniſ ſenten/
tiam accommodanda ſunt/Sed uerba Platoniſ ad ſententiam
chriſti/Itaq; illi non in exquirendiſ Platoniſ ſententiiſ/Sed in
iaciendiſ opinionum ſuarum fundamentiſ errabant/Quiſ enim
neſciat Platonem chriſtianum nõ fuiſſe/Neq; talem/quẽ ſequi
e ueſtigio debeant/qui ſe chriſtianoſ ꝓfitentur? Speciẽ q̃dam
noſtre religioniſ in Platone fuiſſe non diffitemur luce nature
illuſtratam/quã eiuſ creator & princepſ diuina filii ſui doctrina
poſtea pleniuſ aperuit/et ſua beneficentia mãifeſtiuſ reuelauit.
qua ſpecie non mediocriter iuuari poſſe hominem arbitramur:
qui ex Platoniſ doctrina ad noſtre religioniſ ꝑfectiorẽ ſtatũ
ſe contulerit/Ita principia quedam uerę theologię e Platoniſ
ſcriptiſ ſurgere/et quaſi ſcaturire uidẽtur/Quod ſi quiſ a ꝑfecta
ſacrarum litterarum inſtitutione per errorem diſcedenſ ad Pla/
toniſ diſciplinam ſe contulerit/ipſiuſ culpa erit non Platoniſ.
Nam Plato uel ex ea re laudari maxime poteſt/ꝙ etiam qui
ſe chriſtianoſ ꝓfitentur/minime ſe ab illiuſ opinióibuſ diſcedere
exiſtimant/quod profecto non contingeret/Si Plato ſimilitu/
dinem quandam/et conformitatem cum chriſtiana religione
non gereret/Hec igitur et alia huiuſmodi multa tam Plato q̃
eiuſ ſucceſſoreſ de trinitate ſcripſerunt. Ariſtotelem uero neſcio
ubi oſtendere poſſit aduerſariuſ tale aliquid tradidiſſe/ſi uerum
fateri uelit. Nam locum illum de celo/quẽ unicum afferre po/
tuit: nihil ad rem facere: ſupra demõſtrauimuſ/Nec ſiqd graue
diuinumq; ſignificaret Ariſtoteli magiſ q̃ Pythagore & Platõi
id tribuendũ foret/Siquidem ipſe quoq; Ariſtoteleſ ad Pytha/
goreoſ refert/quod ab eiuſ cõſuetudine alienũ uidetur/Perraro
enim/ut expoſitoreſ eiuſ tradunt/pythagoreorum teſtimoniiſ
uti Ariſtoteleſ conſueuit/Nec ſane mirandum eſt/nihil illum
de huiuſmodi rebuſ loquutum fuiſſe/Demonſtrationiſ enim
neceſſitatem ubiq; ſectatuſ eſt/nec uerſari in rebuſ uoluit/que

probari manifeſta ratione nō poſſent. Fidem autē de ſupernis ac diuinis rebus: quibus nihil eſt prius: unde ſummi demonſtra/tionis medium poſſit: cum omniū rerum prime & uniuerſorum cauſe ſint: preterit omnino: ita ut non modo nihil de his ſcrip/ſerit: ſed etiam quid ſenſerit: obſcurum omībus reliquerit. Plato uero in hoc precipue cum noſtra religione conuenire uidetur: ꝙ nullam querit demonſtrationis rationem: ſed primam pre/cipuamq; omniū uirtutum fidem conſtituit: per quā res diuinas merito colendas exiſtimat. Siquidem in Timeo ita loquutus ē. Nam de aliis quidem demonibus dicere ortum atq; explicare poſſe plus eſt: q̄ noſtre uires ſufficiant. Credendum autem his ē: qui ante dixerunt. Ex deorum enim ut ipī teſtantur progenie orti ſunt. Itaq; maiores ſuos certius nouerūt. Quapropter ne/fas eſt deorum filiis non credere: quanq̄ nulla demonſtrationis neceſſitate loquantur. Sed quoniam ſua pronūtiare fatentur: obtemperandum legi: atq; eis fides adhibēda eſt. Item primo de legibus libro: quum Tyrteum alloqueretur: qui uirum fortem aduerſus exteras nationes laudabat uolens oſtendere eos illo longe preſtantiores eſſe: qui tempore ſeditionis: quam infeſtiſ/ſimum prelium nominat: ſeſe recte geſiſſent: Theognidis carmē attulit.

O cyrne argento iuſte prefertur & auro.
Qui ſeruat tetra in ſeditione fidem.

Quam Theognidis ſententiam dum mox exponeret: Talem uirum tanto illo preſtantiorem aſſeuerauit: quanto iuſticia: Temperantia: atq; prudentia cum fortitudine coniuncte. ſola fortitudine preſtantiores habētur: Fidus enim inquit: et con/ſtans nemo in ſeditione eſt: qui non ſit ceteris etiam uirtutibus preditus. Et paulo poſt. Hic quoq; a Ioue legumlator conſti/tutus: et quicūq; alius etiā parum utilis: nihil aliud q̄ ad ſummā uirtutem inprimis ſemper reſpiciens: leges cōdet. Eſt autem hec ut Theognidi placet: Fides in rebus aduerſis: que ꝑfecta iuſti/cia appellari poteſt. Quin etiam duodecimo eiuſdem libri uo/lumine: cum legumlatores: orbatis parente filiis tutoreſq; cōſti/tueret. quibus pupillorum curam cōmendaret: cupiens efficere: ut quaſi parētes alteri: nequaquā his qui genuiſſent: deteriores haberentur: et ut illi ad hoc humanitatis offitium excitarētur: elaborans: ita hortatus eſt. Oportuno quidem tempore uerba

latiuſ ante iam fecimuſ: cum defunctorum animoſ poteſtate quadam preditoſ eſſe explicaremuſ: qua rerum humanarum curam adminiſtrarent. Que opinio uerißimo quidem ſed lõgo ſermone cõtinetur. Verum fideſ quidem adhibenda eſt: Tum fame rerum huiuſmõi tam crebre & uetuſtate celebrate: Tum auctoribuſ legum: qui hec ita iubent: niſi prorſuſ dementeſ eſſe uideantur. Hec profecto eodem tendunt: quo illa de Hieremia propheta in libro machabeorum: ut poſtq̃ diem obierat uiſuſ ſit deprecari pro populo: quaſi adhuc ſuorum hominum ſaluti proſpiceret: Heret igitur hiſ opinionibuſ Plato bona fide. Ac proinde in Gorgia: quum de inferiſ illiſ iudicibuſ: et ſuppliciſ: et deliciiſ loqueretur: Fabulaſ quidem hec illiſ uideri dixit: Se uero non fabulaſ ſed rem ueram iudicare/opinariq; eoſ quidem/ qui iuſte & ſancte uitam duxerint/ Ad inſulaſ beatorum demigraturoſ/ qui uero iniuſte atq; impie uixerint/ in carcerem cruciatuſ & pene (quem tartarum uocat) detrudendoſ: que cum latiuſ diſſeruiſſet/ hec addit/ Hec ſunt callicleſ/ que ego opinor uera eſſe (Et poſtremo/ Mihi igitur callicleſ hiſ uerbiſ omnino perſuaſum eſt/ Procluſ quoq; quem ex eadem Platoniſ diſciplina fluxiſſe conſtat: hiſ (inquit) hominibuſ: qui ad ſummum bonum peruenire cupiunt: non ſcientia & ingenii exercitatione opuſ eſt/ ſed firmitate: ſtabilitate: quiete: tranquillitate: quod ut ſummatim dicam: fideſ deorum eſt/ que noſ ad ſummum bonum: et deorum ac demonum omnia genera/ atq; animaſ beataſ ineffabili ratione trahit atq; cõiungit. Non enim per ſcientiam: aut operationem ullam ingenii exquirere ſummum bonum: aut ad ipſum aſpirare debemuſ: ſed offerre commendareq; noſ diuine luci (et precluſiſ ſenſibuſ) in illa incognita & occulta entium unitate quieſcere: Hoc enim fidei genuſ omni doctrina antiquiuſ eſt/ Verum quem aduerſariuſ Platonem accuſet. ꝙ plureſ coluerit deoſ: quur non eiuſdem criminiſ reum peragit Ariſtotelem: ꝙ ipſe quoq; non uno contentuſ plureſ ſtatuerit? Noſ quidem Platonem non chriſtianum/ ſed gentilem fuiſſe fatemur: et quod profeſſioniſ ſue intererat feciſſe: ut deoſ & diuinitatũ graduſ plureſ ſtatueret: Ac ipſe qui Ariſtotelem inter chriſtianoſ collocandum cenſet: Et unum tantummodo deum ab eo poni proclamat: quid ad

Q[uod] Ariſtoteleſ poſuit pl[ure]ſ deoſ.

ipſiuſ uerba biſcere audebit? Hic enim in eo ipſo prohemio de celo: quo loco aduerſariuſ eum trinitatiſ aſſertorem facit: Ita inquit. Et in ſacriſ deorum hoc numero utimur. Item ſecũdo eiuſ libri uolumine: Coelum et locum ſupremum ueteres dĩiſ tribuerunt: Et rurſuſ coniecturę: qua deoſ eſſe ſuſpicamur: ita duntaxat reddere ratioẽſ conſentaneaſ poſſumuſ. Ad hec: celum & ſtellaſ uiuere: et animalia eſſe fatetur: nec ſolum ani/mata: ſed etiam intellectualia: et diuina: et deoſ. Celũ etenim inquit animatum eſt: et motuſ principium obtinet: et corpuſ diuinum eſt: atq; unumquodq; ſyduſ ex eodem corpore eſt: in quo circunfertur. Poſt hec quum cauſam expreſſiſſet: quur nã ſubinde que magiſ a primo deferente diſtant: pluribuſ mo/tibuſ moueantur: ſed que interpoſita ſunt pluresſ habeãt motuſ. et quam ob rem in primo deferẽte tantuſ ſtellarum numeruſ ſit: in ceteriſ ſingule ſinguliſ cohereant. Noſ inquit adhuc de hiſ tanquã corporibuſ tantum: et unitatibuſ ordine poſitiſ (ſed prorſuſ inanimatiſ) conſyderamuſ. ſi at uero exiſtimãdum de hiſ eſt tanquam uitam/actionemq; habentibuſ. Vndecimo etiam uolumine eiuſ libri quẽ de rebuſ diuiniſ compoſuit: cum ſubſtantiã demõſtraſſet eẽ intelligibilem: ſempiternã: exortem partium: indiuiſibilem: infinitam: tempore infinito mouẽtem: paſſioniſ alteratiõiſq; exptem. Tũ una ne an pluresſ huiuſmõi ſubſtantie ponende eſſent/querenſ: et ſi pluresſ: quot nam eſſent ponende: demum tot numero ſubſtantiaſ eſſe reſpondit/ quot ea ipſa ſunt que mouẽtur (Vnãquanq; enim delationẽ (inquit) neceſſe eſt ab immobili & per ſe ſempiterna ſubſtãtia moueri. Poſtremo ad certũ etiã numerũ eaſ ſubſtantiaſ redegit (quinq; ſcilicet & qnquaginta) ꝙ totidẽ motuſ celeſtiũ corpoꝝ ueteres aſtronomi poſuiſſent (Quin etiam pluresſ ſubſtantiaſ facile ſe conceſſurũ oſtendit/ Si motuſ quoq; pluresſ eẽ conſtiterit (Hec et alia huiuſmodi ꝑmulta ab Ariſtotele ſcripta quiſ nõ iudicet eiuſ eſſe qui pluresſ deoſ ſtatuerit? Fuerunt nimirum et ipſe & Plato (ut ſupradiximuſ) gentileſ: et pluresſ uterq; diuinitateſ ſu/perioreſ atq; inferioreſ opinatuſ eſt (Non tamen uſq; adeo in errorem uulgi lapſi ſunt: ut fabulaſ quaſdã obſcenaſ: et inaneſ ſtatuaſ coluerint/ Sed deũ unum/ oĩm rerũ principiũ/ ingenitũ omnino/ et oĩi cauſa uacantem poſuere/ multaſ preterea aliaſ ſubſtãtiaſ (eaſq; eternaſ) ſed a primo illo gradatim deſcendenteſ:

Q[ui]nquaginta quinq[ue] corpora celeſtia ſ[ecundu]m Ar[iſtotele]m.

[marginal handwritten note, partly illegible: ... pl[ure]ſ deoſ ... non in errore uulgi ... a primo illo ... gradatim deſcendenteſ.]

ut alie ſuperioreſ: alie inferioreſ habeãtur: uerum omneſ ad unũ primum referri/ indeq; pendére: atq; a primo/ et proximiſ primo eſſe productaſ ¶ Iſta Plato quidem apertiuſ tradidit. Sunt tamẽ etiam qui Ariſtotelem non ſecuſ ſenſiſſe interpretẽtur/ ut enim in rebuſ/ que ſenſu percipiuntur/ Sic in hiſ/ que intelligentia comp/ henduntur/ diſtinctionem dicunt: et naturarum diuerſitatem eẽ oportere: indeq; rerum naturalium diſcretionem prouenire. Nec Platonem igitur reprehendi faſ eſt: ꝗ ita ſenſerit: quũ Ariſtotelẽ probamuſ: nec Ariſtoteleſ arguẽduſ eſt: quũ extollimuſ Platonẽ commune enim amboꝝ crimen eſt/ et pari ratione alienuſ uterq; eſt a religione chriſtiana ¶ Sed de hiſ hactenuſ. ¶ Nunc de pro/ ductione entium conſiderandum eſt: quam Plato/ ſ̃ꝰ aduerſario credimuſ/ ex materia preexiſtente/ Ariſtoteleſ uero ex non ente ſimpliciter/ ſola uoluntate diuina fieri opinatur. At mihi quidem contrariũ prorſuſ uidetur: nec mihi ſolũ/ Sed oĩbuſ doctiſſimiſ uiriſ: qui Platoniſ atq; Ariſtoteliſ libroſ expoſuerũt. Verba etiã ipſorum autorum ſentẽtiam noſtram uidẽtur aperte cõfirmare. Sed quoniam de cauſa rerum/ que fiũt agimuſ: uidendumq; eſt: an materia/ earũ cauſa ſit/ idcirco de ipſiſ cauſiſ primo tractandũ uidetur/ ut reſ de qua agimuſ perfectiuſ explicari poſſit ¶ Cauſaſ igitur Ariſtoteleſ quadrifariã partituſ ẽ/ q̃ppe materialẽ poſuit: formalem: finalem: agentem ¶ Plato autem hiſ addidit etiam ex/ emplarem atq; inſtrumentalem ¶ Sed quid de cauſa agente: finali: exemplari ſiue formali locutuſ ſit uideamuſ ¶ Cauſam agẽtem/ in timeo/ exponenſ mũdum inquit factum eſſe/ oportere aũt oĩe/ quod fit/ ab aliqua cauſa fieri/ impoſſibile enim p̃rſuſ fore aliq̃d fieri ſine cauſa/ Poſt hec creatorẽ inquit atq; opificem uniuerſi: nec inueniri facile: nec ſi inuenerimuſ/ fieri poteſt/ ut oĩbuſ ex/ plicemuſ ¶ Item in libro de legibuſ decimo rep̃hendenſ eoſ: qui reſ factaſ/ & que fiũt/ queq; futura ſũt/ Natura/ ſiue fortũa dixerũt euenire/ totũ/ inquit/ celum/ et omnia/ que celi ambitu continent/ animanteſ etiam/ et ſtirpeſ/ et tempora anni/ non mente/ non deo aliquo/ nõ ulla artiſ ratiõe/ ſed quod diximuſ/ natura et fortuna creari/ uolũt/ quoſ certe ideo arguit Plato/ qa deo/ et mẽte/ omnia/ eſſe/ fieriq;/ eamq; eſſe cauſam agentẽ exiſtimabat ¶ Finalem uero cauſam: qbuſ uerbiſ/ in timeo/ extollat: uideamuſ: Dicamuſ/ inquit/ qua cauſa generationem/ et hoc uniuerſum condiderit/ qui con/ didit. Bonuſ erat: bono nulliuſ rei inuidia eſſe poterat. illiuſ igitur

De productione et ens rerum naturalium

Hoc generat causa ſm Aristotelem quattuor ſm Platonem.

Causa agens naturalium rerum ſm platonem Mundus eſt factus a creatore et opifice uniuerſi

De finali causa omnium rerum ſm platonem et totius vniuerſi.

expſ/oĩa ſibi q̃ ſimillima effici uoluit(Et rurſus/ſic igit̃ optimo iure dicendum eſt/mundum hunc animal eſſe: mente preditũ: ſola dei immortalis ꝓuidentia creatũ(Itẽ/uos qdem non immortales/ neq; omnino indiſſolubiles eſtis(Nullam tamẽ diſſolutionis/aut mortis cõditionem patiemini/cum iam uoluntatem meã potiori/ firmioriq; uinculo adepti eritis: q̃ illa erãt: que uos dũ crearemini uinciebant(Hec eadem in ſermone ciuili(quem greci politicũ no/ minant)et omnibus fere locis/i qbus de hac re loqtur(ſibi cõſtans) exponit/uoluntatemq;/et bonitatẽ dei fuiſſe/et eſſe finalem rerũ omnium tum intelligibilium/tum ſenſibiliũ cauſam ꝑdicat(Ex/ emplarem etiam cauſam tradens(Vtrum nam(inquit)exemplar ſpectauit/qui condidit: id ne: quod per eadem: eodemq; modo ſe habet: an id: quod genitum eſt? Certe ſi pulcher hic mundus eſt: et ipſius mundi opifex bonus/ſempiternum exemplar reſpexiſſe conditorem manifeſtum eſt(Item quum deus omniũ/que in in/ telligentiam cadunt rerum/pulcherrime et perfectiſſime ſimilem maxime eum facere uellet/animal unum uiſibile/cuncta nature animalia ſibi cognita intra ſe continens creauit(Et paulo poſt) unum eſſe mũdum fatetur(ſiquidem ad ſuum exemplar creatus eſt et iterum atq; etiam magis magisq;(inquit)ſimilẽ ad ſuum ex/ emplar efficere illum uoluit(Hec Plato)et multa his ſimilia non cõiecturis qbuſdã/et ueriſimilibus argumẽtis/ſed fidei autoritate omnibus fere locis ſuorũ librorum aſſeuerat(Ariſtoteles uero ſiquid tale de huiuſmodi rebus locutus eſt(preterq̃ ꝙ deum et naturam nihil fruſtra agere affirmauit/oſtendat aduerſarius/et palmam adeptus coronatus incedat(Sed iam de materia qd Plato ſenſerit cõſideremus: ut diſcerni ab omnibus poſſit/utrum ne/quod dicit aduerſarius/pre exiſtere materiã/uel tempore/uel magnitudine/ uel loco diſtinctã/opinetᷣ(Vterq; porro(et Plato et Ariſtoteles non modo de forma/uerum etiam de materia locutus eſt(Nam rerum ſenſibilium cauſam quoq; materialem eſſe neceſſe eſt/Nec fieri poteſt/ ut aliqd huiuſmodi ſit ſine materia/uerũ Ariſtoteles materiam formam/et priuatioẽm principia omniũ entiũ poſuit: et ſimul ingeneratam/eternamq; eẽ materiã ſcripſit/queadmodũ mundum quoq; eternum et putat/et conatur demõſtrare/Plato autem materiam poſuit/et formã/& deũ/que rurſus/enſ/& forme capedinem/et generationem uocauit/et formam quidem duplicẽ ſtatuit/aut enim exemplarem/aut materialem/deum aũt poſuit

cauſam agentem atq; finalē/cum de ortu/ac generatione mundi diſſeruit/quem et enſ i pm̄/et uere enſ/et ſupra omne enſ noīauit. Neq; materialem formam/neq; multo minuſ materiā/ex aduerſo diſtinxit conditori/Neq; haſ principia rerum abſolute p̄maſ/nec eq̄leſ entiū cauſaſ eē poſuit/Neq; p̄exiſtere/quomō aduerſariuſ intendit/materiam prefuiſſe informē/ex qua poſtea deuſ mundū crearit/Sōnia iſta portētaq; aduerſarii ſunt/At Plato a deo formaſ cēſuit eē productaſ/tū primaſ et exemplareſ id eſt ideaſ/tum ſecundaſ/rebuſ generandiſ accōmodataſ/ſiue eaſ ſeparabileſ/ſiue inſeparabileſ dicere uelis/a deo etiam productam eſſe materiam oīno informē ac p̄maſ/ ut a p̄ma abſolute et uniuerſali omniū entiū cauſa/ eternā etiā ipſam atq; ingeneratā/ ſicut forme ſunt/ propterea q̄ a cauſa immobili ſunt p̄ducte/omne enim quod ab immobili cauſa fit/immutabilē habere eſſentiā cenſet/nō tamen aut omnino ingeneratā/cū generata ſit/qa nō ſine cauſa eſt/aut omnino generatā/quum tempe ingenerata ſit/nullo enim tempe generata eſt/Sed inter generatum/et ingeneratū/quaſi mediam cōſiſtere/ut in parmenidiſ q̄nto ſuppoſito latiuſ declarat/quo in loco eā unū eē/et nihil actu oīno eē/et diſſimilē ſimilitudinem cū prima cauſa habere p negationeſ aperte demōſtrat/cū negationeſ in materia q̄dem priuationē/in deo aūt rerū omniū cauſā ſignificent/q̄ ſi Plato nihil omniū rerū eē materiā ponit/idq; nō ratiōe excellētie/quemadmodū ſupſubſtantiale unum/ſed p̄pter p̄uationē/et qa rebuſ oībuſ deterior ē/quo pacto audet q̄ſpiam affirmare eum poſuiſſe materiā preexiſtētem/eq̄lem deo omniū ſimpliciſſimo/ac oībuſ boniſ preſtātiori et cauſe omniū p̄me?

Enimuero tantū abeſt/ ut Plato preeē materiā ac deo eq̄perari exiſtimet/ut eam potiuſ non enſ dicat/Nec alia ratione enſ/niſi q̄tenuſ uniuſ particepſ eſt/cuiuſ p̄ticipatione cetera quoq; omnia et ſunt/et ſubſtantiā habent/Rei enim generate(inq̄t in Timeo) uiſibiliſ/atq; omnino ſenſibiliſ/matrē/et receptricē nō terram/nō aerē/nō ignē/nō aq̄m dicimuſ/nō aliud quicq̄ ex hiſ cōſtitutū/ aut ex q̄buſ ipſa conſtituta ſunt/Sed formam q̄ndam inuiſibilē/ informē/omniū rerū capacē/ac receptricē/ quā ſi parū intelligibilem et p difficilē cognitu eē dixerimuſ/haud p̄fecto mētiemur/ Nam ſi Plato preeſſe enſ/et capedinē/ et generationē ante mūdi originē dicit/q̄buſ uerbiſ decepti pleriq; materiā putāt rerū cauſā ab eo poſitā eē/& ante mundi originē fuiſſe/intelligāt/ſi poſſunt/

hec non re ſeparari/ ut alterum precedat/alterum ſequatur/ Sed cogitatione/ſeu ratione generationiſ ſeiungi/Queadmodū deuſ ſimul ꝑducit parteſ/et totum/ Sed ratio diſtinguit/que ſimul cōſtituta ſunt/et pro eorum natura alterum priuſ/alterū poſteriuſ dicit/Cum itaq; uia et ratiōe generatiōiſ materiā ꝑeſſe oporteat/ et ex materia ſubiecta conſentaneum ſit qđ generatur generari/ ob eā cauſam ꝑfuiſſe materiam Plato inqt/Nec ſecuſ Ariſtoteleſ ſentit/quippe ſubiciēſ atq; preeſſe materiā in quacūq; generatione demōſtrat oportere/ꝙ ſi in quacūq; generatione quā dederiſ ita fit:/et in prima ſic ratione eſt diſtinguendū/Concedat enim uel ipſe aduerſariuſ primam generationem oportet/quando quidem Ariſtotelem dicat ex nō ente ſimpliciter mundū ꝑducere/ Ratio igitur/que ſimul fiūt diſtinguit/et generat que ingenerata ſūt/ Et diuidit ſecundum tempuſ/ que eterna ſunt. ¶ Quod Timeuſ quoq; ille pythagoricuſ in ſuo ſermone uidetur ſignificare/Priuſ inquit q̄ celum rationiſ diſtinctione fieret/erat idea/et materia/ et opifex deuſ./Cum itaq; generationem celi nō reſ uel tempore/ ſed ratione diſtingueret/nō temere materiam preeſſe dixit/quēadmodum parteſ per diſtinctioēm intellectuſ/toto prioreſ ſunt: quippe ante om̄e compoſitum/neceſſe eſt ea intelligi/ex quibuſ conſtat illud eſſe cōpoſitum/Eodem ꝑtinet illud quoq; in timeo Platoniſ/Cum enim poſt celi generationem tractare de anima cepiſſet/haud poſteriorē inqt/ut noſ ſecundo loco tractauimuſ/ eam conſtituit cōditor/et natura enim/et uirtute antiqor corpe anima eſt/Quin etiam tempuſ celo poſteriuſ dicere uidetur/cum tamē alio loco ſimul cum celo factum eſſe tēpuſ dixiſſet/ut inqt ſimul orta/ſimul intereāt/ſiquādo accidere poſſit eorū interituſ. Cum enim(inquit)pater/qui genuerat/uiuum ipſum/ſeq; mouenſ/ ſenſiſſet/et deoꝝ immortaliū effigiem habenſ/mirifice letatuſ eſt/ Et exēplari magiſ ſimile reddere cogitauit/Itaq; tēpuſ imaginē mobilem eui deorū machinatuſ eſt/Permulta etiam eodem/quo ſunt/aut fiūt modo exprimi nō poſſunt/Preſertim cum de rebuſ diuiniſ loquimur/Quiſ enim neſciat cū dicimuſ deum fuiſſe āteq̄ tēpuſ/aut celum fieret/improprie hoc dici? et tamē cōcedi oportet:quia aliter loqui non poſſumuſ/ Cui loco haud diſſimile eſſe illud etiam in Timeo uidetur/Verba iſta/erat/et erit/que tempiſ ſpecieſ ſunt/imprudenteſ ad ſubſtātiam ſempiternā transferimuſ. Nō recte/et enim dicere de ea ſolemuſ/erat/eſt/erit/ at uera rōe/

ſolum eſt/ipſi conuenit/Cuiuſ tam inepte locutioniſ mox cauſã reddenſ/ Sed noſ inquit/qui uiciſſitudini fortune & caſuſ ſubiecti ſumuſ/ita loqui ſolemuſ/Mouere etiam fortaſſe aliquoſ poſſent illa uerba Platoniſ/Ita ille cum omne/quod uiſibile foret/rece-piſſet minime tranqllum/ſed inordinato quodã et tumultuario motu agitatum/ad ordinẽ ex inordinatione redegit/Exiſtimãſ id om̃ibuſ rebuſ fore pſtantiuſ/hoc enim loco dicere Plato uidet/ non modo materiam/Sed corpora quoq; ipſa ac etiam animam temere moueri ſolitam/anteq̃ munduſ conderetur/Corpuſ nãq; anima uacanſ moueri uel ordinate/uel inordinate nõ poteſt/hec uero ſic incboata/et errãtia deum poſtea recepiſſe/ut expoliret cũcta/ac certa ratiõe diſponeret/quaſi nõ naturam/atq; eſſentiã rerum creauerit deuſ/ſed ordinem duntaxat atq; ornatum rebuſ addiderit/Verum hec quidẽ non ita accipienda ſunt/ut humano ſermõe pferuntur/et ſonant/Quippe rem intelligibilẽ ac diuinã per uerba humãiſ auribuſ familiaria Plato exponit/quomodo diuinuſ propheta Moiſeſ de mundi creatione locutuſ eſt/Non enim deo manuſ erant:quibuſ acciperet/non oculi/qbuſ uideret: nõ oſ/lingua/et denteſ/quibuſ loqueretur/nõ primum/aut poſt: erat/quum tempuſ nõ erat/Sed partim hominum/et uerborum conſuetudini indulgent/cum ita loquunt̃ prudentiſſimi autoreſ/ ptim reſ pfundiſſimaſ ad doctoꝝ hominũ intelligẽtiam ducunt: quod a Philõe quoq; iudeo uiro doctrina illuſtri/et grece lingue facũdia celeberrimo actum uidemuſ/ſic enim ſcribit in eo libro/ quem ex ſententia Moiſi de mundi creatione edidit/Nam ſiquiſ cauſam / quare uniuerſum hoc creatum ſit uelit exquirere/non errabit meo iuditio / ſi id exiſtimabit/quod quidam ex ueteribuſ protulit/bonum eſſe creatorem ipſum/et genitorem: et autorem uniuerſi/et bonitatiſ ſue gratia nulli ſubſtantie inuidiſſe/que ſua natura nihil boni haberet/et tamen fieri om̃ia poſſet/Erat enim ſua ipſiuſ natura inordinata/informiſ/inanimata/om̃ino uaria/ incongrua/incõcinna/inconſtanſ apta que in cõtraria mutaret:- et optimarũ rerũ rationẽ ſuſciperet/forme uidelicet/animatiõiſ/ ſimilitudiniſ/congruitatiſ/cõcinnitatiſ/omniũ deniq; rerum idee melioriſ/Item in ſecundo eiuſdẽ libri uolumine/Cum inquit cre-ator ſubſtantiam inordinatam & natura ſua confuſam in ordinẽ ex inordinatione/et in diſcretionem ex confuſione traductam formare cepiſſet/Terram atq; aquam medio loco firmauit/Ita

Hic etiam uir ſapiẽtiſſimuſ loquitur/quum materiam preeſſe uia generationiſ(quod philoſophi omneſ admittunt)ſignificat/ et que ſine tempore/Et uniuerſa creata ſunt a deo diſtinguere/atq; ordine humane conſuetudiniſ explicare commodiuſ arbitratur: Plato uero et corpuſ/ et animum celi conſtitutum a deo dicit/ quanquam non conſtitutum/aut celum/ aut animum opinatur ea conſtitutione/que non a temporiſ motuſq; ratione diſiungi/tur/Quapropter iſ quoq; de materia locuſ/qua eam preeſſe dixit antequam munduſ ſiue crearetur/ſiue generaretur/ſiue condere/tur/ſiue conſtitueretur/nec contentioſe tractanduſ eſt/Nec ſi aduerſariuſ intelligere nolit/idcirco contemnẽduſ uidetur/Per/ſpicuum eſt enim Platonem/ quum prouidentiam dei/ et quot quãtaq; bona in hũc mundũ ex mẽte/anime/ꝗ̃ pſentia influãt uellet oſtẽdere/qua uniuerſa diſponit/moderatur/et gubernat/ primum ipſam ſeorſum per ſe materialem naturam conſideraſſe/ inconditam/errantem/temerariam/atq; etiam maleficam/taleq; poſuiſſe in generatione preexiſtentem/Vt ordinem atq; orna/tum forme/et habituſ/cum diſpoſitione/conſtãtia/et moderatiõe/ a conditore/animoq; ipſo proficiſcente intelligeremuſ:Et natu/ram utranq; propria poſſemuſ ratione deſcribere/quid materia ipſa per ſe anima priuata eſſet/quid forma/ quid uia generatiõiſ precederet/quid ſequeretur/quid generãdo poſteriuſ foret/quod tamẽ natura eſſet priuſ/Hec ut ita intelligerentur Plato mate/riam ſeparauit a forma/eamq; generatiõem et capedinem nomi/nauit/Naturam etiam inordinatam/inconditam/ temerariam/ errantem/tumultuariam/Eandemq; a conditore receptam/diſ/poſitam/inſtitutam/ornatãq; pulcherrima mundi cõpage fuiſſe.

Et Plato igitur ipſe correlatiua eſſe ſimul/ et generationem ab oppoſito ad oppoſitum uiam eſſe/et ſimul eſſe materiã ac formã non ignorauit/quippe q de hiſ omibuſ aptiſſime diſſeruit/Verũ tamen ne quod addi debuit/deeſſet/Ita locutuſ eſt/ut et ratio/ qua materia antecedit/ac preeſt:intelligeretur/et morem ſermo/niſ ciuiliſ/atq; uſitati ſeruaret/Animaduertendum preterea eſt/ quum Plato dicit auctorẽ illum et patrem uniuerſi/inuẽire diſ/ficile eſt/qd ſibi uelit illd uniuerſum/& quomõ q uniuerſũ dicit nihil excludat/Cũ itaq; uniuerſi creatorẽ dicit/nõ minuſ mate/riã ꝗ̃ formã creari/dũ cõpoſitũ creat/affirmat/Quiſ enĩ uſq; adeo rudiſ ẽ/ut cũ uniuerſã hãc mũdi machinã creatã audiat/pfuiſſe

aliq̄m eiuſ partem exiſtimet/ex qua uniuerſum ipſum crearetur/ Ad hec/ſi Plato anime/que multo nobilior atq; diuinior eſt/nō modo habitū/ſed etiam ſubiectum/et quaſi materiam p̄ductam a deo dicit/idem uidelicet/et diuerſum tanq̄ anime elementa cō/ſtituenſ/quomodo materiā corpulētie lōge ignobiliorē minime ab eodem creatore productam exiſtimaret? Iam uero ī philebo materiam non extrinſecuſ queſitā/Sed a p̄mo opifice generatā manifeſtiſſime declarat/Ex uno inquit et multiſ conſtāt ea/que ſemper eſſe dicuntur/et finem atq; infinitudinē habent in ſe ipſiſ generatam/Et alibi deum dicebamuſ duplicem illā naturam rerū in lucem protuliſſe/finitū dico et infinitum/ex q̄buſ tum corpora/ tum cetera oīa conſtituunt/Ad hec/calidum/frigidū/humidū/ ſiccum/maiuſ etiam/et minuſ/et reliqua hiſ ſimilia in infinitum p̄gredi poſſunt/Quod ſi corpora ex fine et infinitudine cōſtant/ finiſ autem nihil aliud q̄ forma eſt/hec enim terminat definitq; materiam/Manifeſtum eſt materiam infinitudinem eſſe/et hoc loco dici a Platone/quapropter cum oīem infinitudinē p̄ducat deuſ/materiā etiam que ultima infinitudo eſt p̄ducere/Quoniā autem reſ naturaleſ per comparationē quandā/et proportiōem intelligibiliū Plato produci exiſtimat/queādmodū a ſubſtātia ipſa ſubſtantiam/et ab equali ipſo equale/et reliq̄ id genuſ eodē modo/Conſtat extremam quoq; materie infinitudinē hoc ipſo autore a prima produci/quam platonici omneſ in rerum intelligibilium ſummitate cōſtituunt/quod Orpheuſ quoq;/quē Plato in pleriſq; ſequitur/uiſuſ eſt probare/Siquidem a tempore/etherē/ et chaoſ prodiiſſe ſcribit/quod etſi profundiuſ dictum/uel forte fabuloſiuſ uidetur/hoc tamē uoluit ſignificare/materiā/formāq;/ a p̄mo euo fluxiſſe/tēpuſ enim pro euo poſuit imaginiſ nomine appellāſ exemplum/etherem uero eſſe cauſam finitudiniſ cēſuit/ que forma eſt/chaoſ cauſam infinitudiniſ que materia eſt/atq; ab hiſ duobuſ principiiſ tum diuinam hanc et intelligibilem mundi machinā ducit/Tum etiam mouētem/et diuerſificā et p̄petuam productionem/Ad hec ab aliiſ quidem terminatam/ab aliiſ uero conſeruatam naturam poſtremo ultimam finitudinem/qua etiā materia ipſa cōtinetur producit/hanc omnium entium primam fuiſſe Heſioduſ tradit/Principio enim inquit factum eſſe chaoſ/ hoc eſt materiā rudem.informem:et uix in intelligentiā cadentē. quod ſacre quoq; littere ſignificare uidentur/cum in principio

creatam tradant terram/inanem/uacuam/tenebriſq; obductam/
hec enim nihil aliud/q̃ materiam indicant rudem/ informem/ et
nondum faciem aliquam rerum habẽtem/ quem locũ nobiliſſimi
quoq; doctoreſ eccleſie ita expoſuerunt/ Verum qd multa per/
ſequor? cum Platõem ſemp ad unum principiũ reducere omnia
perſpicuum ſit: quod certe nõ faceret/ ſi materiam poneret cauſã
deo equalem/atq; alterũ per ſe principiũ/ ſicut aduerſariuſ credit.
¶Sane in libro de republica cauſam rerum omniũ intelligibiliũ
bonum ipſum eſſe dicit/ ſenſibiliũ autem ſolem/ quem etiam bono
ipſo genitum aſſeuerat/ quo fit ut ipſum bonum cauſa in primiſ
ſit omnium intelligibilium et ſenſibiliũ rerum/ Item in epiſtoliſ/
circa omnium regem inquit cuncta ſunt/ et illiuſ cauſa omnia/ q̄
ſi omnia ab illo proficiſcuntur/ et illum repetunt/ atq; in eo qui/
eſcunt/ Ille nimirum rerum omnium cauſa eſt/ atq; principium/
ergo et materie quoq;/ nam et materia illum appetit/ quippe niſi
appeteret/ nulla ratione aliqd aſſequeretur bonitatiſ: parum aũt
aſſequitur: ut ſuperiuſ Platoniſ uerbiſ oſtendimuſ/ quem ſecutuſ
Ariſtoteleſ/ materiam appetere diuinitatem/ et formam ſcp̄ſit/ ut
turpe pulchrũ appetit/ et fẽia marẽ/ qđ ſi appetit/ conuertat ſe
ad illud/ qđ appetit/ et inde dependeat/ neceſſe eſt/ quemadmodũ
hiſ quoꝝ cã ſũt circa cauſaſ euẽire cõſueuit/ In ſophiſta quoq; cũ
eoꝝ ſententiã improbaret/ q uel eẽ plura entia dicebant/ uel enſ
ipm̃ principiũ ſtatuebãt/ oſtẽdit nec a multitudine nec ab uno
ente principium entiũ capi oportere/ ſed ab ipſo uno/ quod ideo
facit/ quia ad primum/ et ſolum unum omnia refert/ Qui igitur
ubicunq; hec ſcribit/ et ita aperte unum ac ſolũ principiũ omniũ
entium facit/ atq; ad ipſum unum omnia refert/ cui tãdem mẽtiſ
cõpoti uideri poteſt materiã pro principio poſuiſſe? Enimuero
Plato principium per ſe primum/ tum ceterarum rerum omniũ/
Tum materie ipſiuſ/ cauſam poſuit/ quod enim a ſecunda cauſa
prouenit/ id multo magiſ cenſendũ eſt a prima prouenire/ ſiqdem
ea cauſa eſt/ ut id a ſecũda proueniat/ Seruat qdem hoc ꝓpoſitũ
Plato ſemper/ ut non primum ꝑ ſe principiũ exiſtimet creatorẽ
ſenſibilium rerum propinquum/ Sed eum qui poſt primum illũ/
quem unum uocat/ ſecũdo loco conſtitutuſ eſt/ cui cum materia/
tum idee a primo tribute ſunt/ quaſ reſpicienſ creator ſecunduſ/
formaſ materialeſ atq; ſenſibileſ materie imp̄mit iam p̄uſ altero
mẽtiſ cõceptu/ et a p̄mo pẽdenteſ/ ſiue enim ſigniſ/ ſiue relatiõibuſ

iſta diſtinguantur nihil refert/ Sed de hiſ aliaſ/ Nam de materia
quam preeſſe generatiōi Plato fatetur/uel eatenuſ tetigiſſe ſatiſ ſit/
ut hinc etiam pateat/nō temere dictum fuiſſe ab illo/preeſſe ma/
teriā/ Ergo materia non caret cauſa apud Platonē/ nec pncipiū
eſt per ſe primum/et ſi enim concedimuſ principium eſſe materiā
earum rerum/que fiunt/quod et Platoniſ et Ariſtoteliſ ſententia
perſpicuum eſt/non tamen ſimpliciter ſed elemētale principium/
tum materiam ipſam/ tum etiam formā materialem ponimuſ/ex
quibuſ reſ compoſite conſtant/ Nec principium hoc elementale
aduerſum eſſe cauſe agenti/aut finali/nec tam cauſam eſſe/ꝗ̄ ille
ſunt/ſed duntaxat eſſe concauſam/ Si enim materia non eſt enſ/
et ultra omne nō enſ degenerat/ut in ſophiſta Platoniſ oſtendit/
profecto nec cauſa quidem eſt/nec ſolum non cauſa/ſed etiam ſi
nō cauſatum quiſ dixerit/haud forte a uero aberrabit/quod enim
nondum eſt/dū non enſ eſt/nec cauſam habet ullam/nec ipſum
rei ulliuſ cauſa eē poteſt/ Verumtamē quia potētia enſ/cōcauſa
eſt eorum/que fiunt/Atq; ut enſ compoſitum/ſit ea materia/que
elementum compoſiti eſt/a deo rerū omniū cōditore producta
eſt/et ratione quidem ante compoſitum mēte pcipitur/ Re autē/
nec eē ſeorſum/nec intelligi poteſt/ Nam ſiquiſ ullo modo/& quē/
admodum Plato inquit inſtar ſomniātiſ comprehendere animo
poterit/quid materia ſit/reperiet eam/ ſentētia preſtantiſſimoꝝ
expoſitoꝝ Platoniſ atq; Ariſtoteliſ/nec corpuſ eſſe ex q̄le/quod
nōnulli ſubiectū ſecūdum dixerūt/ Nec incorporeum quicq̄/ut
determinatā quandā in corporei naturam accipimuſ/Sed ut per
negationem corporiſ dicimuſ eſſe/dimenſionem quandam corpiſ
indeterminatam/que formali magnitudine determinetur/et qua
forme intelligibileſ differūt a ſenſibilibuſ inde deducti/et ī par/
titionem ac diſcretionem de impartibilitate illarum et unitate
diſpoſitiſ/ que etiam(ſequeſtrata omni forma/diuiſione/figura/
magnitudine)poſſit cogitatione comprehendi/aptaq; ſit formā/
figuram/diuiſionē/quātitatē/et quod uiſ eiuſdē generiſ recipere/
Aliter enim intelligere non poteſt/quod omniſ forme experſ eſt/
Quāobrem Timeuſ locrēſiſ et Plato cogitatione ſpuria/Ariſto/
teleſ et idem ipſe Timeuſ per proportioēm intelligi poſſe materiā
uolunt/ Quia enim nō per forme innixum ac firmitatem/ſed per
negationem/ſequeſtrationemq; formarū omniū quaſi uacillante
cogitatione materia intelligitur/ideo cogitatiōe ſpuriā dicitur

compreheḋdi/ Nam ea que per formam/ et habitum fit/ legitima cogitatio eſt/ Rurſus quia primam rerum naturalium materiam ita ſe habere ad ens et ſubſtantiã manifeſtum eſt/ ut eſ ad ſtatuã: et lignum ad lectulum/ per proportionem aſſeueratur intelligi. ꝙ ſi talis/ aut ſimile aliquid/ materia eſt/ quis eã dubitet a deo eſſe/ et diuino intellectu comprehendi/ que a corpibus/ quoꝝ cõditor eſt deus/ & quantitatẽ/ que corpus eſt qualitatis expers duntaxat ſecũda notiõe ſeparetur/ Nec tamen ſit hoc aliqd/ aut ſimpliciter ſubſtet/ ſed que formas reſpiciat/ quarum creator deus/ materiam quoq; ipſam ꝑducit/ eeq; ita ei impartit/ ut a forma inſeparabilis ſit/ hec de materia Platõis opĩo ẽ/ hec Plotini Porphyrii/ Amelii/ Iamblichi/ Syriani/ Procli/ omnium deniq; qui Platõis diſciplinã ſunt ſecuti/ hoc etiã Hermẽ Triſmegiſto placere Iãblicus ſcribit/ quippe uoluiſſe Hermem affirmat materiam ex ſubſtantialitate ꝑduci/ Que cum ita ſint/ non uideo cur Platonem reum peragat aduerſarius/ quaſi materiã deo coeternã poſuerit/ eternam qdem Plato eſſe materiam dixit/ coeternã deo nuſq̃ ab eo dictum re/ peries/ Quod ſi qa eternũ deum & eternã materiã Plato aſſeruit/ Ideo cum coeternam deo poſuiſſe materiã aduerſarius exiſtimat/ equiuocatione decipitur/ Non enim uniuoce eternum de deo et materia predicat/ ſed ut ea/ que ab uno denominantur/ et ad unũ referũtur/ Multi enim apud Platonẽ/ ac uarii ſunt gradus eter/ nitatis/ immutabilitatis/ aliarumq; conditionum/ que de deo atq; entibus communiter predicanẽ/ quam multiplicem rationem/ ſiqs uoluerit/ facile poterit ex eius libris accipe/ Maxime enim differt eternum illud/ quod omnẽ ſimul infinitudinem entis cõprehẽdit/ qualẽ Plato ſtatuit deum/ ab eo eterno/ qd ſuũ eſſe/ nõ abſolute/ ſed cum fluxu generationis connexum habet/ et ut perpetuum eſſe poſſit/ aliunde acquirit/ qualis Platonis ſententia eſt mũdus/ et res omnes naturales ſuo queq; genere/ et ut ſeqtur materia ipſa. hunc de eternitate locum Boetius quoq; nõ aliter q̃ nos fecimus in libro de conſolatiõe expoſuit: quod profecto mirandum eſt aduerſarium latuiſſe/ Adde ꝙ cũ eternitas dei causa ſit eternitatis materie/ atq; mũdi/ lõge hec inter ſe differre neceſſe eſt/ Nam ſiqs etiam Ariſtoteli hoc ipſum obiecerit/ quum ipſe quoq; et eternã materiam/ et deum eternum ſtatuerit/ facilis erit pro eo reſpõſio ex equiuoci ratione/ ꝙ ſcilicet plurimum interſit inter eternum cauſã/ et eternum cauſatũ/ qppe maxima inter cauſã/ cauſatũq;

oppoſitio eſt/nec minor q̃ ſit eoꝝ/que cõtradictõe opponunt̃/
que oppoſitionum omnium maxima eſt/neq; enim fieri poteſt/
ut quod cauſatum eſt/etiam cauſa eius ſit/a quo eſt cauſatum/
quod leuibus ac etiam pene uulgaribus exemplis oſtendi poteſt/
Siquidem ueſtigiũ pedis eternũ foret/ſi pes eſſet eternus/& umbra
baculi eterna/ſi baculus eternus eſſet/Splendoremq; ab eterno
ſole reciperet/nec tamen coeternũ cum pede ueſtigiũ/nec umbra
cum baculo coeterna diceret/Hec propterea latius expoſuimus/
ꝙ plura erant/que deſyderari in hac queſtione uidebantur/et
ratio non magis pro Platone q̃ pro Ariſtotele explicanda erat/
Sed iam finem huic parti imponamus/Nunc uidẽdum eſt utrũ
Ariſtoteles ex non ente ſimpliciter/ſicut aduerſarius refert/ſola
dei uolũtate mundũ productũ eſſe uoluerit/Enimuero Ariſto-
telem nuſq̃ in omnibus ſcriptis ſuis de uoluntate dei mentionem
feciſſe compertum eſt/quum Plato uoluntatem/& bonitatem/&
prouidentiam dei ubiq; predicet/et cauſam productionis entium
fateatur/ꝙ ſi uoluntate dei conditum eſſe mundum non dicit
Ariſtoteles/tum longe minus ex nõ ente ſimpliciter productum
exiſtimat/Res tamen generari ex eo quod aliquo mõ ſit/aliquo
modo non ſit/quemadmodum Plato dixerat/arbitratur/multiſq;
id ratiõibus nititur probare/cum aliis in locis/tum maxime in eo
libro/quem de naturali auditiõe ſcriptum reliquit/Et quaſi hoc
peculiare eius inuẽtum ſit/admodũ gloriari uidet/Sed et Plato
et Timeus/et alii ante eum complures id tradiderant/At uero ex
nihilo ſimpliciter generatum eſſe mundũ nõ modo non probat/
ſed aperte etiam improbat/multiſq; uerbis demõſtrare nitit̃ fieri
non poſſe/ut ex non ente ſimpliciter aliquid generetur/Adiicit
etiam ueterum teſtimonia/quibus opiniões ſuas corroboret/Cõ-
uenit inq̃t hac de re inter omnes/q de natura diſſeruerunt/Tum
expedita ratione/que ad alios ſpectabat/ſuam ipſe opinionem
exponit his uerbis/Nos autẽ et ipſi generari nihil ſimpliciter ex
non ente dicimus/Verum tamen generari ex non ente tanq̃ per
accidens/Nam ex ꝑuatione/que per ſe eſt nõ ens/minime in ex-
iſtente generatur/et paulo poſt/Vnus q̃dem hic modus ẽ/Alter
autem quia dici hec poſſunt per potentiam et actum/Itaq; ſicut
diximus dubitationes ille ſoluuntur/ex quibus infringi aliqua-
que a nobis dicta fuerant uidebantur/Rurſus quoq; cũ oſtẽdere
uellet/quomodo ex cõtrario generatio/et ĩ contrariũ corruptio

fieret/ Et aliquid inquit cōtrariiſ eē ſubiectū oportet/ ꝙ aliquo mō enſ/aliquo mō nō enſ ſit/ex quo pmo in exiſtēte generant= quecūq; generant/hec enim Ariſtotelis uerba nullam excipiūt productioēm/ſed plane ad omnē generabiliū rerū generationē referūtur/nihil enim omnino ex hiſ que fiūt cenſet fieri poſſe= niſi ex aliquo ſubiecto/quod ptim enſ ſit/partim non enſ/quam/ obrem ſiquiſ mundum a deo factum dici ex eiuſ opinioē putat= factum eſſe ex ſubiecto fateatur neceſſe eſt/ alioquin incidet in plura abſurda. ut latiuſ explicabimuſ ſuo loco. Hic ſcripture adducte rationem exponemuſ/ Generantur enim quecunq; ge/ nerantur/ et corrumpuntur quecunq; corrumpuntur/certe ex ſubiecto/et ex cōtrario/ et in contrarium/ſubiecto ſemper eodē manente/contrariiſ inuicē cōmutatiſ/Et enim cum aqua ab igne in ignem mutatur/generatur igniſ ex cōtraria ſibi qualitate/que frigiditaſ eſt/et a cōtraria aque q̄litate/que caliditaſ eſt/Eadem materia utriq; q̄litati ſubiecta/que enim pꝰ erat aqua/mutatiſ q̄litatibuſ factuſ ē igniſ. Cōtrarium enī qđ corrumpit et quod corrūpit/et ſimile qđ generat/ et qđ generat eē oportet/Atq; ut generatio ex cōtrario ī contrariū eodē ſubiecto manēte/ ſic etiā corruptio fit/Corrūpit enī aq̄ ex igne ad ignē/et generat igniſ ex aq̄ ab igne/Eodēq; mō fit in ceteriſ rebuſ/que aut generant/ aut corrumpūtur/ita ut alteriuſ corruptio ſit generatio alteriuſ/ et alteriuſ generatio ſit corruptio alteriuſ/ſublatiſ prioribuſ qua/ litatibuſ/et aliſ contractiſ contrariiſ/Cum enim ex aqua igniſ generatur/qualitaſ frigida et humida remouetur/ calida et ſicca inducitur/eadem materia corporiſ manēte/Solent nanq; corpa que globo lune ſubiecta ſunt/quecunq; naturaliter agunt ad eū agere finem/ut ſe ipſa multiplicent/que autem ob eam rem agūt/ ea que patiuntur/hoc eſt ea in que agunt in ſe ipſa tranſmutant/ quod dum faciūt/corrūpunt neceſſario/que in patiētibuſ ſunt/ et permanere ſecum non poſſunt/hec autem contraria ſunt/que a ſuiſ contrariiſ neceſſario corrūpuntur/Cum itaq; cōtraria que in patiente ſunt/ab hiſ que ſunt in agēte cōtrariiſ/corrūpantur/ fit ut recipiat ſubiectum quantitatem qualitatemq; agentiſ/Pro hiſ quaſ ante illaſ contrariaſ habebat/Itaq; ad agētiſ tranſmutat naturam/et qđ āte erat aqua/ſi forte ſic accidit/fit igniſ ab igne/ Poſt q̄ ui ſue caliditatiſ tantū agere potuit/Hic merito ſequitur/ ut oīſ ſub orbe lune generatio et corruptio mutatio ſit/manēte

aliquatenuſ eo quod mutatur/manet enim ſecūdum ſubiectum/ qđ nō determinate hoc/aut illud eſt/ſed aliaſ fit hoc/aliaſ illud. Quamobrem non ex nō ente/quatenuſ non enſ eſt/ſed q̃tenuſ enſ aliquo modo eſt/generantur omnia/que in tēpore generant̄. Nam ut tempuſ in quo reſ generantur/precedit id tempuſ/poſt quod tempuſ hoc eſt/ Sic et rem que generatur precedit reſ alia/ poſtq̃ et ex q̃ ea extat/que generata ē/ Quapropter mutatioēm tāq̃ genuſ/omniſq; que ſub globo lune eſt generatiōiſ Plato/atq; Ariſtoteleſ poſuére/ Cuiuſ rei teſtiſ ē Platoniſ Timeuſ/q et docet hoc aperte/et cum Platōe cōſentit/ Preterq̃ q Plato/dū materiā in manendo conſyderat/ manet enim(ut dictum eſt)eadem/ eam (hoc aliqd)nominat/ In quo enim inquit generari omnia uident̄/ et rurſuſ pereunt/id ſolū appellare hoc aliqd & hoc certe optet. Ariſtoteleſ autem hoc uerbum formę tribuit/per quā unaqueq; reſ(hoc aliquid)et enſ ſit/ hec de materia rerum/que generationi corruptioniq; ſubiecte ſunt/ Platoniſ atq; Ariſtoteliſ opinio eſt/ principium uterq; ponit eam elementale/ et concauſam rerum/ que generantur/ex eaq;(ut aliquo modo eſt/et aliquo modo nō eſt)generatioēm/ambo cōſtituunt/ Vtpote cū ſua ipſiuſ natura nullam ſortita ſit formā/ne forma propria(ut Plato inqt)ceteriſ formiſ recipiendiſ obſtaret/ut Ariſtoteleſ quoq; Platonē ſecutuſ ait/ſed quaſcunq; formaſ uiciſſim et quaſi per ſucceſſionem poſſet recipere/ Itaq; nulla eſt de hac re inter Platonem atq; Ariſtotelē controuerſia. Precipuaſ uero cauſaſ/hoc eſt agentem/et finalem optime qdem/et clara ut aiunt uoce/queēadmodū ſupra diximuſ Plato ad deum rettulit/ Ariſtoteleſ autem/ quoniam ingenitum omnino/et cauſa/et tempore/mundum ſtatuerat/non immerito p̄buit ſuſpicādi cauſam/ſe opificē deū minime entibuſ tribuiſſe. In qua re/quantū Plato Ariſtoteli religione & pietate p̄ſtiterit/ aliorū ſit iudicium/nobiſ ſatiſ ſit/aduerſarii calumniam detexiſſe.

¶Iam uero de eterniſ et immaterialibuſ ſubſtantiiſ/ Vtrū hę quoq; ex nō ente omnino/an ex ente aliquo modo & aliquo modo nō ente producte ſint/quid Ariſtoteleſ ſentiat perſpicuū eſt/ Nuſq̃ enim de productione huiuſmodi ſubſtantiarum locutuſ eſt aliqd/ ut qui a nullo produci eaſ et neceſſariaſ eē exiſtimauit/ Quippe libro ſeptimo de diuiniſ rebuſ/ Subſtantiaſ inquit materiam non habenteſ/nec cauſam quidem quare ſint/ullam habere/ At Plato bonum ipſum/& unam cauſam eē illarum ſubſtantiarū ingenue

ꝓfitetur/et tū eaſ/tū p̄mam et omnino informē materiā a p̄mo omnium principio infinita eiuſ poteſtate produci/quod Ariſtoteleſ obiicere ei & Parmenidi uidetur/Et enim Plato uniuerſum hoc/ſimul et eternum & a deo productum produciq; arbitratur: et potentia nō enſ ſemper eſſe exiſtimat/Partim ob naturalium rerum materiam/cui potentiam & non enſ tribuimuſ/Partim ob immortalium formarū a primo dependētiam/Sic enim et ꝓduci ac generari et ſeruari contineriq; eaſ Plato cenſet:et eſſe earū a dependenti ratione omnino ſumendum intelligit/Quapropter patrem omnium ad generatoſ deoſ ita loquentem inducit. Voſ quidem non immortaleſ/Neq; omnino indiſſolubileſ eſtiſ/ non tamen unq̄ diſſoluemini/Quaſi dicat eoſ taleſ eſſe/ut poſſint nō eſſe/quando quidem creati ſunt/Verum nunq̄ futurum ut non ſint/quia ut ſemper ſint/ uoluntaſ eſt opificiſ dei/Nam etſi que cōſtituta ſunt deſtrui diſſoluiq; oīa poſſunt/Tamen que recte conſtituta ſunt/et bene ſe habēt ea diſſoluere ac deſtruere uelle: praui animi eſt/et ſibi repugnantiſ/Ita Plato fidei noſtre cōſentanea et ſētit et loquit̄/Siqdem noſ quoq;/celeſteſ/immaterialeſ/ atq; intellectualeſ uirtuteſ/āgeloſ inquā/atq; etiam ratiōaleſ intellectualeſq; animaſ a deo creataſ communi omnium creatore: Natura ſua cēſemuſ poſſe diſſolui/atq; perire/quum om̄e creatū corruptibile ſit/dum iam in potentia eſt ad nō eſſe/Verum immortaleſ et incorruptibileſ ſemp futuroſ diuina uolūtate/Vnde ſemp ſibi hauriūt eē/Ariſtoteleſ aūt creatioēm eſſe in ſubſtantiiſ eterniſ ſiue perpetuiſ omnino negat/nullamq; in hiſ non eſſendi potentiam eſſe concedit/Itaq; eaſ nec generataſ/ nec creataſ/nec factaſ putat/quum ſemper fuerint/nec corruptioni obnoxiaſ/cū nullam non eſſendi potentiam habeant!Ex quo fit ut qui rerū eternarum ſiue perpetuarum cauſam agentem ſiue efficientem nequaq̄ ab eo poſitā dixerunt:nō ſine ratiōe moti eſſe uideant̄/Itaq; minime credendum aduerſario eſt/ cum celum ac mundum produci ac generari a deo ſenſiſſe Ariſtotelem exiſtimat/quia ab eo ſcriptum eſt celum ac naturam a deo depēdere./Errat ꝓfecto uehementer/atq; erroriſ eiuſ cauſa ē/ꝙ non intelligit/dependere: nullam temporiſ rationem exigere:/Creari autem/generari/fieri/ ꝓduci/ceteraq; huiuſmodi ipſiuſ etiam Ariſtotelis ſentētia tēpuſ requirere:quod quia tribui eterniſ rebuſ non poteſt/nihil tale de mundo affirmari poſſe Ariſtoteleſ cenſet.dependere tamē a deo

celũ et naturam fateẽ ſeruari quoq; ab eo et cõtineri: que ſi aduerſariuſ ꝓduci creari & generari eſſe cõtendit ꝑfecto noſtram non ſuam rem agit Noſ enim et concedimuſ hec et ad Platonem referenda eſſe cẽſemuſ ſcilicet altera generandi ratione Ipſe autẽ dum chriſtianum facere Ariſtotelem cupit Platoniſ ſententiam illi tribuit et quod ille aperte negat ac conatur refellere ratione uidelicet nature ac temporiſ id ipſe fruſtra tueri nititur Ratione qua Plato de mundi generatiõe locutuſ eſt Verũ ad Ariſtotelẽ reuertor hic quum de materia et priuatiõe primo naturaliſ auditiõiſ libro diſſeruiſſet inuehitur in eoſ q ex nõ ente ſimpliciter reſ generari uniuerſaſ dixerunt Platonem uidelicet ſignificanſ hic enim qa Parmenidiſ ſententiã ꝓbat enſ unũ eẽ dicẽtiſ & quod ꝑter enſ ẽ id eẽ nõ enſ nõ ab re cẽſere uidetur ex nõ ente ſimpliciter ꝑmam fieri generationẽ. Neq; enĩ fieri põt ut cũ enſ unum ſit et qđ ꝑter enſ ẽ ſit nõ enſ nõ aliquo mõ aut ꝑ accidenſ non enſ ſed non enſ ſimpliciter ut Parmenidi placuit ſeruetur natura materie que aliquo mõ enſ aliquo modo non enſ eſt et potẽtia quidem eſt actu uero minime ꝗ ſi ex eo quod unum et ſolum eſt nihil fieri poteſt quippe immutabile eſt et quod preter ipm eſt nihil omino eſt ſi quid autem generatur id ex alio generari oportet Sequitur. ut q huiuſ ſentẽtie eſt et tamen generatioẽm ponit opinetur eam produci ex non ente ſimpliciter. etiam ſi id uerbiſ minuſ expreſſerit Tam longe ergo abeſt ut Ariſtoteleſ ex non ente quicq̃ ſimpliciter generari exiſtimet ut eoſ potiuſ q id dixerũt reprehendat et in Platonem Parmenidemq; inuehat Atq ſi Ariſtoteleſ propterea illoſ reprehẽdebat ut pleriq; dicũt ꝗ de rebuſ eterniſ Veriſſimeq; entibuſ diſputãteſ que preter illa ſunt nõ eſſe entia dicebant ut que ſunt mutatiõi ſemꝑ obnoxia Profecto Platonem et Parmenidem fatetur reſ eternaſ ex non ente ſimpliciter opinari eẽ productaſ qđ a nobiſ erat ꝓbandum: Siquiſ uero qđ eqdem laudarẽ ita illoſ reprehẽdi ab Ariſtotele putat Vt auditorum ſuorum utilitati cõſuleret ne generationẽ rerum naturaliũ ex nõ ente ſimpliciter fieri poſſe exiſtimarent Iam patet generatioẽm illã ex nihilo ſimpliciter Ab Ariſtotele prorſuſ repudiari quam Plato et Parmenideſ probauerunt ſi mõ uerba illorũ hoc modo exponenda ſunt! Reſ uero eternaſ productaſ a cauſa eſſe ſecũdum opinionem Platoniſ manifeſtũ eſt: queadmodũ ſupradiximuſ ergo ſi Ariſtoteli magiſq̃ aduerſario

de opinione et ſua et Platóis adhibēda fides eſt/Profecto Plato non Ariſtoteles eſt/q ſubſtantias intelligibiles/& celū/naturamq; uniuerſam ex non ente ſimpliciter produci affirmans/Maxime cum noſtra religiōe cōſentit/Poteram alia quoq; permulta huic loco accommodare/Platóis & Ariſtotelis/& expoſitorum dicta. Sed nec dici om̄ia neceſſe eſt/et hec que diximus ſatis/tum quod inſtituimus probare uidentur/tum ueritatis auditores ut ſi plura optāt/inde querere ea poſſint/intelligant. ¶ Iam de anima qd Plato ſenſerit explicabo/Vos in quoꝝ manus hec forte uenient uiri docti atq; preſtātes/figmenta ne ille et fabellas ſcripſerit/ut obiurgator noſter blaterare non deſinit/an digna potius illuſtri magnoq; īgenio/Ita ut neq; melius/neq; ſublimius/neq; diuinius ab homīe dūtaxat/uere fidei lumīe nō illuſtrato/dici potuerit/iudicabitis. ¶ Cum duplex de rebus immaterialibus queſtio ſit/Vna cur ſint/altera quid ſint/et de cauſa quidem cur ſint agatur/quum cauſa ne uacēt nec ne/et ſponte ne/an adeo producte ſint querimus/quid ſint uero/indagemus/tū ſubſtantia ne/an accidēs ſit/ſcrutamur/Primum an producta a deo anima ſit/querendū eſt/Mox quid ſit/Tum inuēto iam genere in quo ſit/quoniam bifariam genus omne diuiditur/aut enim potētia/aut actu eſt/ut ouum potētia animal eſt/ſemen/planta/Sed auis nō potētia ſed actu animal eſt/et arbor planta/Idcirco tertio loco conſiderandum eſt/utrum tanq̄ potentia quedam ſubiecta et ſubſtantie accōmodata/an tāq̄ actu ſubſiſtēs natura exiſtimāda ſit/Ad hec de eius potētia et actiōe cogitādū/om̄is enī ſubſtātia/et potentiā cōſequentē habet et actionē ſimul/Itē cū aīa corpis aīati forma ſit/utrū āte corpus/an poſt corpus/an una cū corpe ſit/inueſtigādum/Et ſi ante corpus/Vtrū poſt corpus etiā pmaneat/an una cum corpore intereat/et ſi permanet/Vtrum poſtq̄ multa ſubiit corpora/ſeq; in diuerſa ſepenumero tranſtulit/Vltimo tandem corpore exuſta ipſa etiam moriatur/an omnino incorruptibilis immortaliſq; ſit/atq; ut ante omne corpus eſt/ſic etiā poſt omne corpus perpetua maneat/Scrutandum preterea an partibilis/nec ne ſit/et ſi partibilis/utrum ut corpus/an ut ars et ſcientia in ptes ſcindatur/Sunt enim & medicine partes/& philoſophie/At ſi impartibilis eſt/ſimplex ne om̄ino natura ſit/et nullius multitudinis capax/an partium quidem multitudinem nullam/potētias uero quas etiā uirtutes dicimus habeat multas/hoc enī plurimū refert/

ſiqdem parſ a pte ſubiecto differt/uirtuſ aūt a uirtute actioniſ ſiue operatiōiſ diuerſitate/Poſt hec utrū omneſ anime ſub eadē ſpecie contineātur/an ſub diuerſiſ/Et ſi diuerſe ſpecieſ ſunt/utrū genere etiam differant/quemadmodum anima hominiſ & anima equi/Si differunt ſpecie/an ſint etiam genere diuerſe/et quanq̄ homo & equuſ ſub uno animaliſ genere cōprehenduntur/anime tamen eoꝝ non ſub eodem anime genere conueniant/Querere etiam dignum eſt/pluresſ ne anime ſint in unoquoq; animali/ut uegetatiua/nutritiua/ſenſitiua/appetitiua/intellectiua/an hec uniuſ anime parteſ/ſeu uirtuteſ dici debeant/Et ſi parteſ uniuſ anime ſunt/utrū & ratiōe et ſubiecto inter ſe differant/an ratiōe diuerſe/ſubiecto eedē ſint/Hec de anima queri maxime ſolent/et cognita perſpectaq; ſcientiam eiuſ abſolute perficiunt/Animaduertendū ergo an Plato de hiſ omnibuſ diſſeruerit/omneſq; huiuſmodi locoſ/quantū gentiliſ hominiſ ingeniū aſſeq potuit: plene perfecteq; tractauerit/Neq; enim ut ſepe dixi/chriſtianū mihi animuſ eſt oſtendere Platonem/Sed inſpiciendum cenſeo/an magiſ cōſentanee ſint noſtre religioni Platōiſ de anima opinioneſ/q̄ Ariſtoteliſ/quem aduerſariuſ conuenire ubiq; cum fide chriſtiana fruſtra nititur oſtendere/Principio igitur uidendum ē quomō ī decimo libro de legibuſ exq̄rat Plato atq; inueſtiget cur anima ſit/quo inuento eſſentiam eiuſ ac rationem abſoluit atq; ita progrediens diuinitatiſ eſſentiam rimatur et confirmat/Dicam autem de hiſ quāto breuiuſ potero/ſatiſ a me factū exiſtimanſ/ſi loca oſtendero/unde cetera/que deſiderari poſſent/qui inueſtigandi cupidi ſunt/accipere facile poſſint/Ex omībuſ inquit rebuſ/aliaſ ſolum moueri/aliaſ inter utraſq; conſtitui/que ſcilicet et mouere poſſunt et moueri/hāc tertiam ſpeciem biptita diſtribuit/ut aut ab aliiſ motaſ mouere/aut ex ſe moueri neceſſe ſit/Itaq; q̄ttuor genera hoc mō conſtituunt/primum qꝺ mouet ſolum/patitq; ab aliiſ potioribuſ cauſiſ/Secundū qꝺ et alia mouet/et ab aliiſ mouetur/Tertium quod ex ſe mouet/ſua natura ſibi exordiēſ motum/et motū alteri affert/Quartum/qꝺ immobile eſt poſtremum omnium/que motu actiuo paſſiuoq; participāt. Depēdere etiā omē quod ab alio mouetur ex eo quod ſe mouet idq; ipſum ex immobili Plato arbitratur/Verum omniſ motuſ initiū eſſe/quod ipſum ex ſe mouetur/Cum enim hoc illud moueat/et illud aliud/atq; aliud ſemper aliud/nullū erit principiū

Pma qō ē Anima cur sit

Ronem platonis cur aīa sit

Mouentium quatuor genera.
- 1m quod solū mouet
- 2m qd mouet et mouet
- 3m qd ex se mouet et alia mouet
- 4m qd nō mouet

motuſ/quoniam ab alio ſemper aliud mouetur/Neceſſe eſt autẽ motuſ principium eſſe/Alioquin in infinitum fieret progreſſuſ/Cum igitur id quod ſe ipſum mouet/alteri motũ affert/et illud rurſuſ alteri/ſicq; alterum ſubinde alteri/profecto id principium motuſ ẽ/quod ſe ipſum mouet/Nam ſi conſiſtere cuncta/et q̃eta eſſe dederimuſ/quem nam ex hiſ quoſ modo enumeraui motum fieri neceſſe erit/aut quod tandem erit quod primũ moueatur/niſi quod a ſe ipſo mouetur/Aliunde enim fieri motum dici non poteſt/quod enim immobile eſt/quoniam natura ſua moueri non poteſt/non eſt primum mouenſ/quod autem ſuapte natura moueri ab alio poteſt/Id porro aliam ad ſe mouendum uirtutẽ requirit/Supereſt igit̃ ut quod ſe ipſum mouet/et a ſe ipſo hunc actum exordit̃/id omnium motuum et mutationum p̃ncipium ſit om̃ium optimum atq; antiquiſſimũ. Secundũ locũ obtinet/quod ab alio motum/aliud mouet/Verum q̃d ſe ipſum mouet/id procul dubio uiuere dicimuſ/uiuunt autem que animam habẽt/Ex quo colligitur animam eſſe/que ipſa ſe ipſam mouet/Cunq; in unaquaq; re tria conſiderari oporteat/Vnũ q̃dem ſubſtantiã/alterum rationem ſubſtantie/Tertium nomen/interdum quidẽ propoſito nomine rationem interrogamuſ/Interdum contra/& tamen ſiue nomini rationẽ/ſiue rationi nomen aſſignemuſ/Idẽ ſemper appellamuſ/quippe idem eſt dicere/parem numerum eẽ/qui in duaſ parteſ equaleſ ſecatur/et numerũ/qui in duaſ parteſ eq̃leſ ſecatur eſſe parẽ. Ita igitur hoc loco de anima cõſiderandũ eſt/Huic enim ſubſtãtie/cui nomẽ anima eſt/nulla ratio magiſ conuenit/q̃ que eam per ſe ipſam moueri ſtatuit/de qua modo diximuſ/Nam formã eſſe hanc ſiue actum corporiſ uere q̃dem affirmamuſ/nõ tamen cõmune hoc cuiuſcũq; anime eſt/ſiq̃dem intellectiuam animam corporiſ actum eſſe nemo diceret/Communiori ergo ratione animam id eſſe dicimuſ/quod ſe ipſum mouere poteſt/et uiciſſim/q; ſe ipſum mouere poteſt/id animam eſſe/Ex quo ſeq̃tur animam eſſe primã generationẽ/et primum motum rerum omniũ/que ſunt/que fuerũt/queq; future ſunt/et omniſ motuſ ac mutationiſ cauſam prebere/omnium motuũ antiq̃ſſimum eſſe/omniſ motuſ principium/et omnibuſ corp̃ibuſ priorem/Corpuſ enim natura ſecundum eſt/et anima poſteriuſ/Quippe corp̃a om̃ia dũtaxat mouenẽ/nec ipſa quicq̃ efficiunt/Quicquid enim efficiẽſ mouẽſq; alioꝝ eſt id uirtute incorporee

eſſentie ad effitiendum mouēdumq; inducitur/Incorporearum autem eſſentiarum alie cum corporibuſ diuidūtur/ut qualitateſ et forme materialeſ/que et aliunde mouentur/et aliud mouent/alie ſe a naturaliū rerū diuiſione ſequeſtrant/q̄liſ eſt ſubſtantia/que a ſe ipſa mouetur/nec in aliiſ ſed in ſe ipſa conſiſtit/atq; oīm concretione corporiſ uacat/a qua prima omniſ mouendi ratio corporibuſ preſtatur/quam diximuſ eſſe animam omni corpore antiquorem/Hec uia Platoniſ & ratio eſt ad inueſtigandā cauſā/et eſſentiam/& diffinitionem anime/qbuſ ſimul/actu/nō potētia/eſſe animam demonſtratur/tum operationem eiuſ uitalem eſſe et precedere eam omne corpuſ natura/et ſubſtantiā eſſe impartibilem/quin etiam ulteriori progreſſu eſſentiam diuinitatiſ ex hiſ demonſtrari/de qua non eſt hoc loco dicendū/Sed cū uterq; philoſophuſ/Plato ſcilicet/atq; Ariſtoteleſ/cur anima ſit/qd ue ſit conqueſierit/operepretium eſt uidere quomodo Plato id ex motuſ ratione inueſtigarit/quem imitatuſ Ariſtoteleſ libro naturaliſ auditioniſ octauo/ex motu ī dei cognitionē fertur/quē primum mouenſ immobile nominat/ſiue id mētem ſtatuat/ſiue animum/Incipit enim pene a ſimili diuiſione/quanq̄ interim ab eo diſſentit/et preſertim in incorporeorum/que per ſe mouent ratione/Primumq; illud mouenſ quidem ſed immobile ſtatuit/Nam cum motuſ dūtaxat corporeoſ pro diffinitiōe/quā motui dederat pertractet/merito nullum motū paſſiuum in ſubſtātiiſ incorporeiſ probat/Sane motuſ paſſiuoſ naturaleſ et poſteroſ ne Plato quidem animo tribuit/quod tam apertū eſt/ut nemo ſit/qui cōtradicere audeat/Sed quoſ ille motuſ tribuerit anime ex uerbiſ eiuſ intelligamuſ/Gerit quidem inquit animuſ celū/terram/mare/mūdum ſuiſ motibuſ/quorum nomina ſunt/uelle/intelligere/curare/cōſultare/recte aut falſo opinari/tū gaudere/dolere/audere/metuere/diligere/odiſſe/omnibuſ deniq; motibuſ/qui hiſ cognati/aut primi ſunt/Hi ſecundoſ.ſibi aſſumēteſ corpiſ motuſ omnia ducunt in augmētum/diminutionē/cōcretionem/diſcretionem/et que hec conſequūtur/Aperte hic Plato de corporeiſ motibuſ mentionem faciens/quoſ ſoloſ motuſ Ariſtoteleſ uocat/eoſ duntaxat corpori tribuit/Anime uero motuſ/ut ſunt uelle/intelligere/& ſimilia/que ipe quoq; Ariſtoteleſ cōcedit/aīe: communiori uocabulo motuſ uocat/cū id in aliiſ lociſ tam ipſe/q̄ Ariſtoteleſ energian hoc eſt operationem appellent/uti enim

Anima eſt prior corpore 7 antiquior – Quid Anima

Qui ſint Motus Anime

Energia .i. operatio

nominibuſ licet pro uoluntate ſcribētiſ et preſertim nominibuſ ſpeciei pro nominibuſ generiſ. Quippe operatióiſ ſpecieſ motuſ eſt. Nam omniſ motuſ operatio eſt: ſed non omniſ operatio eſt motuſ: quo fit ut Plato ſepiuſ alterū pro altero nominet. Quē admodum Ariſtotelem quoq; facere uidemuſ: quum ſenſum aut intelligentiam dicit moueri et pati: quod ipſe etiā minuſ proprie a ſe dictum fatetur: cum ſenſum et mentiſ mutationē aut motū nō eſſe: aut aliud genuſ eſſe motuſ affirmat. ſed de hiſ hactenuſ: Eternitatem uero immortalitatemq; animi: cum aliiſ pleriſq; in locíſ. Tum maxime in Phedro et Phedone Plato demóſtrat: ex ipſo illiuſ per ſe motu: et ex ꝑncipio motuſ: qđ illi tribuit argumenta deducenſ: quibuſ et ingeneratum eum et incorruptibilem eſſe declarat. Animuſ inqt in Phedro ſe ipſum mouet: quod autē ſe ipſum mouet: id ſemper mouetur. Cum enim ſemper in ſe ſit: & nuſꝗ ſe deſererat: ſemper ſui ſimile eſt: ergo ſemper ſe mouet. Immortale igitur eſt. Quo enim pacto ſemper moueri poſſet: quod mortale eſt. Nam ſimul ac interierit: fiet in motum. Et rurſuſ ſi animuſ ſe ipſum mouet: principium omniſ motuſ ac fontem eē neceſſe eſt: quicqd enim mouetur ab eo quod ex ſe ipſo mouet motuſ cauſam ſumit: quod cū principiū motuſ ſit: etiā ingenitū eſſe oportet: quod enim genitum eſt principium eſſe nō poteſt. Cum autem ingenitum ſit: incorruptibile etiam eſſe neceſſe eſt: Quippe ſentētia Ariſtoteliſ ingenitum et incorruptibile cóuertūtur. ¶ In Phedone autem cum duplex queſtio ſit: Vna utrū anima corpuſ antecedat: altera an poſt corpuſ permaneat: ꝑma dubitatio ex hiſ manifeſta fit: que āte dicta ſunt: et ſatiſ quidē quatenuſ ad noſtrum hoc de Platone inſtitutum ꝑtinet: ut niſi diuinituſ animi quoq; in tempore procreētur: preeſſe quod immortale permaneat oſtendat: ſatiſ etiā ad homineſ illoſ gētileſ apud quoſ Plato de animorum immortalitate diſſerebat. Nam q mundū ingenitum atq; incorruptibilem: et nihil actu infinitū ponit: hunc Platoniſ ſententiam probare de tranſitióe animarū neceſſe ē: ſi animā hominiſ eē immortalē fatet. Nec Ariſtotelē hoc negaturū fuiſſe exiſtimo: mó (quod eqdem reor) immortalē eſſe hominiſ animā cēſuerit: ꝙ niſi hūc teneat animatióiſ modū: nepharium illud amplexetur neceſſe eſt: quem eiuſ expoſitoreſ q ꝑſertim doctioreſ habiti ſunt: Alexander aphrodiſiēſiſ grecuſ et Aueroeſ arabſ ei māifeſte tribuerunt. Vt unuſ communiſq; ſit

omnium hominum intellectuſ/ Noſ ex fide religióiſ noſtre oĩa rite tuemur / quum principium finemq; uniuerſi ſtatuamuſ/ At gentileſ/ qui mundũ eternum poſuere fieri non poteſt/ Vt hanc Platoniſ opinionem aſpernẽtur/ Sic igitur animam priorem eẽ corporibuſ probat/ Quemadmodũ uero poſt corpora maneat/ ita oſtendit/ Cum formaſ quaſdam/ quaſ ideaſ uocat eſſe demõſtraſſet/ earumq; participatione cetera et eſſe/ et appellari/ Tum illud docuit/ nullam unq̃ earum ſui cõtrarii fieri poſſe participẽ/ quippe magnitudinem nunq̃ fieri poſſe paruitatem/ Rerũ autẽ que ideiſ participant/ aliaſ eſſe/ que contrarii participeſ ſint/ ut eã que magnitudiniſ particepſ ẽ/ paruitatiſ quoq; cõtingit pticipem eſſe/ uerbi gratia/ Simmiam maiorem Socrate/ Phedõe minorẽ dici poſſe/ aliaſque nunq̃ poſſint cõtraria ſimul capeſſere/ Niuẽ enim calidam/ aut ignem frigidum dum nix/ aut igniſ eſt fieri non poſſe/ Siquidem qualitateſ prime adueniẽte contrario faceſſunt et pereunt/ Ternariuſ etiam/ quum non imparitaſ ſit/ ſed impitate pticipet/ Nunq̃ fieri poſſe ut uel pitaſ/ uel par efficiatẽ/ Mox addit non modo in contrariiſ fieri/ ut alteruno ſubeunte permanere alterum non poſſit/ uerum etiam in hiſ/ que q̃uiſ non ſint ipſa contraria/ ſemp tamen contraria ſecum habent/ Et enim que ternarii idea participant/ hec non ſolum tria/ ſed etiã impia neceſſario ſunt/ et nunq̃ pariſ formã/ que cõtraria eſt/ ſortiunẽ/ Hiſ itaq; diſtributiſ/ ſubiũgit oportere intelligi animam/ nõ mõ ut formam ſiue ideam ſimplicem/ uitamq; ſimplicẽ/ cui nihil unq̃ contrarium unde minuatur/ uel pereat accidere poſſit/ ſed talem etiam que ſuam ideam hiſ communicet/ quibuſ ſe abſq; ullo cõtrarii cõſortio iũgit/ que certe eo tendũt/ ut animi immortalitaſ ſeruetur/ ſiue eam per ſe formam/ & uitam ſimplicem tãq̃ ideam/ ut caliditatem ac frigiditatem contemplemur/ ſiue ſubſtantiã uita contentam/ queẽadmodum igniſ ſua eſſentiali caliditate cõtinetẽ/ utrunq; enim de anima dici rectiſſime poteſt/ Nam ſi animam afferre corporibuſ uitam cernimuſ/ profecto manifeſtum eſt/ eã cõtrarium uite hoc eſt mortẽ/ Neq; hiſ que ſubierit corporibuſ afferre/ neq; quod abſurdiuſ eſſet eam excipere/ Itaq; reliquũ/ ut incorruptibiliſ immortaliſq; ſit/ Colligi etiam id ſyllogiſmo põt. hoc modo/ Formaſ/ que ita applicantur ſubiecto ut nunq̃ illi cõtrarium afferant/ ſemper eaſdem manere neceſſe eſt/ Atqui aĩa ita corpori applicatur/ ut uite/ qua corpuſ afficit cõtrarium/ hoc

eſt mortem nunq̃ afferat/Animam igitur ſemper uitam: ſempq;
uite nunq̃ mortiſ participē eſſe oportet.quemadmodū ternariuſ
imparis ſemper/pariſ nunq̃ particepſ eſt/cū ea que complectitur/
non modo tria/ſed etiam imparia ſint/Item quicquid alicui rei
aliquid affert/ipſam cui affert rem precedenſ/contrarii eiuſ quod
affert/impatienſ eſt/At anima corpori/quod natura p̃cedit/uitā
affert/impatienſ igitur contrarii eiuſ eſt/Id autem eſſe mortem
conſtat/Ad hec cum anima inter formaſ connumeraretur/quarū
participatio nomē etiam earundem recipit/nulla autem earum
formarum cōtrarium patitur/qppe magnitudo nunq̃ paruitaſ
effici poteſt/ſequitur ut anima que uita eſt nunq̃ mortē patiat̃/
que uite contraria eſt/Ergo anima corporibuſ exui omnibuſ in
offēſa immortaliſq; poteſt/Hi certe Platōiſ ſyllogiſmi ſunt/quē
obiurgator noſter nunq̃ ſyllogiſmo uſum fuiſſe affirmat/quia.ſ.
que ipſe redigere ad formā nequit/hec ſine ſyllogiſmo dici ex/
iſtimat/Paulo quidem longiuſ Plato interdum ſua protrahit
argumēta/et quaſi preparat locis/terminiſ/propoſitionibuſ/ſyl/
logiſmiſ preuiiſ/quod demonſtraturuſ eſt/anteq̃ inferat/Sūme
concluſionē/Verum tñ nihil ſine ſummo artificio/exq̄ſitiſſimiſq;
ratiōibuſ loquitur/Quin etiam ex ſimilitudine/quam anima cū
ſubſtātia magiſ q̃ cum generatione habet/immortalem eſſe pul/
cherrime oſtendit/Cum enim que propria ſunt tum ſubſtantie/
tum generationiſ enumeraſſet/et ſubſtantie quidem diuinitatem/
immortalitatē/intelligibilitatē/indiſſolubilitatē/uniformitatē/
identitatem/et perpetuitatem incommutabilem/ac pſeuerantem
tribuiſſet/generationi autem/oppoſita omnia/atq; hominiſ cō/
ſtitutionem diuiſiſſet in corpuſ/Tandem querit/ſimilior anima
q̃ corpuſ/ſubſtantie/rebuſq; indiſſolubilibuſ ſit/ac tribuſ mediuſ
ſimiliorē eſſe animā ratiocinatur/hoc eſt inuiſibili intellectiuo/
impio in corpuſ/et ob eam rem corpe diuturniorē cōſtantioremq;
oſtendit/quem locū Ariſtoteleſ imitatuſ ſecundo libro de anima/
quid anima ſit per diuiſioēm perquirit atq; diffinit/Adde ꝙ cū
animam Plato ab immobili cauſa produci affirmet/hinc etiam
ſubſtantiam eiuſ immortalem eſſe demonſtrat/Quicquid enim
p̄mo/ab immobili cauſa prouenit incōmutabilē habere eſſentiā
teſtat̃/Sic enim apud eum creator loqtur/Que a me ipſo facta
ſunt/deoꝝ uitam poſſunt adequare/Contra uero/quod a cauſa
mobili eſt/id mutabile eſſe neceſſe eſt/quod enim immobile eſt/

non per motum/ſed ſuo eſſe id agit/atq; ita quod producit/ſibi familiariuſ habet/& naturam alteram/quaſi comitem conſtituit/Vnde fit ut ſemper illud producat/cum ſemper ſit ipſum/et qđ producatur ſemper ſit/cũ ſemper ſit/quod producit/Decimo etiã de re publica libro habetur: uniuſcuiuſq; rei tum bonum eſſe tũ malum/ac bonum quidem ſeruare/malũ uero corrumpere eam rem cui utrunq; tribuitur/quippe morbum/qui malum corporiſ eſt/corpuſ corrumpere/Sanitatem/que bonũ eſt/ſeruare/Tum unamquanq̃ rem ſuo non alieno malo interire/Cibi enim uitiũ nequaq̃ corpuſ perimere/niſi morbum in eo contraxerit/quod ipſiuſ malũ ẽ/Atq; ita colligit/mĩme id numerari debere inter ea que pereunt/quod malum habenſ/quo deprauetᷓ/non diſſoluitᷓ/ab eo neq; interiit/Quibuſ ita poſitiſ animam dicit habere aliqđ mali/quo deprauetur/utpote iniuriam/intemperantiã/auaritiã/inſcitiã/et reliqua huiuſmodi uitia/que deprauare qdem animã poſſunt:non tamen diſſoluere eam atq; perimere/Ita ut anima non ſit:quemadmodum morbuſ/qui malum corporiſ eſt/male corpuſ afficit/demumq; extinguit/ita ut corpuſ preterea nõ ſit.

Nec uero corporiſ morbo/quod malum alienũ eſt/perire inq̄t animam poſſe/quãdo ne deprauari qdem/niſi ſuopte uitio põt/Ergo non febre/non dolore/non ipſo corporiſ interitu animã poſſe uitiari nedum interire/Quiſ enim deteriorem factam eſſe animam uel morbo uel morte dicat/cum cõtra uideamuſ corrigi potiuſ/atq; emẽdari hoĩm moreſ/morbiſ et cruciatibuſ corpum. ꝙ ſi anima nec aliẽo malo interit/quod commune omnium eſt/neq; ſuo/ſemper ſit neceſſe eſt:quod autem ſemper ẽ:immortale eſt/animam igitur immortalẽ eẽ manifeſtũ ẽ/In Timeo quoq; diffuſiuſ explicatur ꝓductam a deo animam eſſe/tum noſtram:tum mundi uniuerſi/Subſtantieq; & uirtutiſ eiuſ ratio redditur/Qui locuſ et ſi non facile percipitur/Tamen ingenii bonitate/& ope ſcriptoꝝ qui libroſ Platoniſ expoſuere/ſatiſ intelligi põt.

Verum nequiſ Platoniſ hoc eſſe proprium crimen exiſtimet/ꝙ celum et uniuerſum mũdum animatũ atq; animal eſſe poſuerit: Ariſtotelem quoq; idem ſenſiſſe et ſuperiuſ dixi/et nunc repeto. Dicit enim celum animatum eſſe/& animam/& corpuſ diuinum. Theophraſtuſ quoq; nobiliſſimuſ Ariſtoteliſ diſcipuluſ aĩmã eſſe principium motuſ/et celum eſſe animatum in libro quem de celo edidit:ſcribit hiſ uerbiſ/Nam ſi diuinum eſt/& optime degit/

Celum et uniuerſũ mũdũ aĩatũ eſſe et plato et Ariſt. uoluit

Theophraſtus Ariſt. diſcipulus nobiliſſimus.

animatũ eſt/ Nihil enim p̄clarum eſſe ſine anima poteſt.(Plato igitur cum ſubſtantiã atq; originẽ anime a deo eẽ cõmemorat ⸗ Ex/eiuſdem inquit/et alteriuſ/ et ex diuidua indiuiduaq; natura conſtituit eam/qui conſtituit/Que certe ita dicit/quoniã rebuſ ſenſibilibuſ/ac materialibuſ/quibuſ & alterum & diuiduũ ceteraq; huiuſmodi cõpetunt longe ſuperior anima eſt/ Intelligibilibuſ uero et in materialibuſ ſubſtantiiſ/quibuſ idem et indiuiduum conueniunt/inferior/Cũ enim uniuerſum hoc in mentẽ/animã/ ac corpuſ diſtribuatur/mediũ anime tribuit locũ/ Vt neq; inſtar corporum diuiſibiliſ ſit/neq; inſtar intellectualiũ ſubſtantiarũ indiuiſibiliſ/quãdo nõ ſimpliciſſia ẽ/ſed uariaſ cõtinet uirtuteſ/ et neq; generabiliſ eſt modo ſenſibiliũ/que in tẽpore generabilia et corruptibilia ſunt/neq; ingenerabiliſ mõ intelligibilium/que ſempiterna ſunt/et intra ſe totũ ſuum eſſe omnino cõplectunẗ. Verum ingenerata et ingenerabiliſ tẽpore/et incorruptibiliſ ſua quidem ſubſtantia eſt/ideoq; quodammodo eterna/quum tamẽ ſuaſ operationeſ in tempore agat/quemadmodum Socrateſ in Phedro/quaſi numine quodam/ut Plato inqt afflatuſ/eloquiẗ/ Cauſa tamen/ſubſtãtialiq; ab intelligibilibuſ cauſiſ ortu/genitã et generabilem eſſe/quod omnium intelligibilium ſubſtãtiarum commune eſt/Sed proprium anime/ꝙ infinitudinem entiſ haud uniuerſam cõplectitur/ſicuti ĩtelligibileſ ſempiterneq; ſubſtãtie faciunt/ ſed ſubinde manantem recipit ſemper/quam Plato ipſe in politico aduentitiã immortalitatẽ appellat/Vt enim naturã corporeã generabilẽ dicit/ ꝙ ſemper gigniẗ/ & ſubinde infinitã eẽndi potentiã recipit/ſic aĩam generabilẽ dicit/ꝙ nõ ſimul totã infinitudinẽ entiſ poſſit accipere/Sed ſubinde manantẽ recipiat ſemp/et queadmodũ corpuſ/celũq; uniuerſũ/quãq̃ finitũ/tamẽ mouetur/auctore etiam Ariſtotele/in infinitum a primo ſemper potentiam/qua ſemper moueatur recipienſ/nec ſimul infinitam complectenſ potẽtiam/Sic anima cum per tranſitum operetur et uarie promenſ aliaſ aliter agat/Idcirco temporiſ particepſ eſt/ Omniſ enim tranſitiuuſ motuſ tempuſ ſibi habet adnexum/nec uniuerſam cõplectitur infinitã potentiã/a qua ſemper operaẗ/ ſed ſubinde eam recipit ſemper/Quocirca non ſemper eodẽ mõ/ Sed aliaſ aliter agit/ Quatenuſ igiẗ taliſ anima eſt/generata/ſiue generabiliſ/et nuncupaẗ/et eſt/Quid igitur per deũ immortalẽ fabule/quid figmenti in hiſ dictiſ Platoniſ animaduertimuſ/ut

aduerſariuſ obſtrepit? uel potiuſ quid nõ optime et ſapiẽtiſſime dictum? Si eum cum Ariſtotele ceteriſq; gentilibuſ cõtulerimuſ: Nam quod ſepe dixi/ Platonem illiſ dũtaxat comparamuſ/ nõ cum fide et religione chriſtiana conferendum cenſemuſ/ quanq̃ cum noſtriſ plerunq; cõueniat magiſ q̃ Ariſtoteleſ/ etſi in pleriſq; etiam diſcrepet/ quippe de animarum preexiſtentia eiuſ opinio a noſtra fide prorſuſ aliena eſt/ quanq̃ a ceteriſ gentibuſ/ atq; ipſo Ariſtotele teneri oporteat/ Et enim ſi omne qđ in corruptibile eſt/ ut ipſe etiam Ariſtoteleſ demonſtrat/ id etiam ingenitum eſſe oportet/ Incorruptibilem autem mentẽ hominiſ eſſe Ariſtoteleſ exiſtimat/ Malo enim ita de eo ſentire q̃ eoſ ſequi/ q cõtrarium de illo ſentiunt/ et eum affirmant mortalem animam opinatum fuiſſe/ quanq̃ doctiſſimi illi ſunt/ Partim gentileſ/ partim noſtre religiõiſ uiri/ Ergo ſi incorruptibilem/ profecto etiam ĩgenitam eſſe animã fateatur neceſſe eſt/ Eodem pertinere uidetur quod in libro de generatiõe animaliũ dixit/ mentẽ de foriſ poſteriuſq; ſuperuenire/ Vtrunq; igitur priuſ animã eſſe/ q̃ corpuſ generetur/ cuiuſ anima eſt/ exiſtimat/ cõtra chriſtianorum opinioneſ/ Sed uiam ac modũ Platoniſ: q̃buſ ex ratione motuſ ad oſtẽdendam anime immortalitatẽ uſuſ eſt/ Iam uidimuſ/ nunc uideamuſ ſiqſ reprehendat que numeriſ/ proportionibuſ/ medietatibuſ/ circuliſ rectiſ lineiſ/ Plato anime tribuit/ et ſiue naturalẽ/ ſiue mathematicam ſumpſerit lineam/ improbet atq; etiam magnitudinẽ aĩe/ ꝑpter circulũ ſtatuere eum exiſtimet/ Que ſcilicet ab Ariſtotele diſputantur aduerſuſ Platonem/ ꝙ ſiquiſ taliſ ẽ/ uelim animaduertat/ non ita Ariſtotelẽ reliquiſ Platoniſ auditoribuſ ingenio tardiorem fuiſſe/ ut que tam multi intellexerunt/ tenueruntq; & tutati ſunt/ ea ſoluſ uel non intellexerit/ uel parum probauerit. At certe uir doctuſ dũtaxat uerba/ quoꝝ ꝓfundiorem ſententiã probabat/ ad uſum communem uulgareq; referenſ/ reprehendit/ ne quod ſignificare primo aſpectu uidebant/ Id ita eẽ putaret/ Quemadmodum ſiquiſ noſtrum reprehendere uelit Ariſtotelem ꝙ deum animal dixerit/ aut genituram quod ille ſperma uocat generationem aut uirtutem/ ſubſtantiã/ aut formã/ operationẽ/ aut aliud huiuſmodi/ ne quod uerba uidentur pre ſe ferre/ id parũ cõſyderate aliquiſ ſeq̃tur/ Sed neq; hec ſine cauſa ab Ariſtotele/ nec illa ſine ratione a Platone dicta ſunt/ licet tamen aduerſuſ hec et illa obiicere/ ſiquiſ auditoreſ ſuoſ attentioreſ reddere uelit:

quomó aut uerborũ improprietatem uitaret: aut ſono uocabuli nõ facile arripi debeant/ Quanq̃ nec Ariſtoteles reprehendẽduſ ẽ/ nec Plato/ eoq; minuſ Plato/ quo magiſ ei licuiſſe uidetur/ ad alium uſum uocabula tranſferre/ cum de rebuſ intelligibilibuſ/ et earum cauſiſ agẽtur/ Et enim ſubſtantiarũ huiuſmodi/ ut nulluſ ſermo eſt/ Ita nulla uocabulorum haberi proprietaſ poteſt/ ſed ſi noſ loqui de illiſ aliqd conamur/ a rebuſ noſtriſ hoc eſt nature uernaculiſ uerba mutuemur oportet/ Purioribuſ tamen/ quoad eiuſ fieri poteſt/ qualeſ mathematice ſunt/ que a materia prorſuſ abſtrahũtur/ Quod ſiquiſ ita eſſe/ ut dicimuſ/ exiſtimat/ et nihil/ ominuſ fallacibuſ captioſiſq; rationibuſ infringere/ ac debilitare ſapiẽtiſſimi hominiſ auctoritatem nititur/ hic a boni uiri officio longiſſime abeſt/ Accedit ad hec rerũ diuinarũ decenſ occultatio/ quaſ Plato uerbiſ mathematiciſ adumbrare pulcherrime conat: quemadmodum alioſ quoq; gẽtileſ theologos & fabuliſ alioſ/ alioſ enygmatibuſ/ ſiue allegoriiſ uidemuſ feciſſe/ quid pncipeſ noſtre religioniſ commemorem? quoſ quiſ nõ uidet quantiſ uerborum uelaminibuſ diuinarum rerum precepta cõtexerint/ Pleni ſunt huiuſmodi arcaniſ libri prophetarũ/ plena uetuſ omniſ ſcriptura ſacra/ allegoriiſ ſcilicet/ ſuſpectiõibuſ/ relatiõibuſ/ tranſlatiõibuſ/ et tamen nemo hanc niſi impiuſ reprehendit/ Nemo doctrinam ita opertam quaſi fabellaſ irridet/ Sed omẽſ admirantur/ colũt/ uenerant/ Propter quod pleriq; ſapientiſſimi uiri: Sanctiſſimiq; eccleſie doctoreſ multum laboriſ/ opere/ ſtudii/ in hiſ exponẽdiſ cõſumpſerũt/ Sic olim Pythagorei philoſophi docere reſ diuinaſ ſolebant/ Sic Plato facere uoluit/ non modo Pythagoreoſ/ et etatiſ ſue morem ſecutuſ/ ſed etiã chaldeoſ/ et iudeoſ quoſ adierat/ et prophetaſ e noſtriſ aliquoſ uiderat/ a quibuſ pleraq; fuerat e/ doctuſ que eodẽ ritu tradenda ſuiſ hominibuſ cenſuit/ Credendũ eſt enim doctoribuſ noſtriſ/ qui hec de Platone pdiderunt/ Quo pacto igitur/ qui chriſtianam fidẽ nõ ficte ac ſimulate/ ſed uere conſtanterq; profitetur/ hec apud Platonẽ reprehendat/ atq; ir/ rideat/ que in ſua religione magnopere probat et laudat? Ergo quod diuini illi prophete rectiſſime ſanctiſſimeq; fecerunt/ Id a Platone factum non modo improbandum nõ eſt/ ſed potiuſ ſummopere laudandum/ Ceterum quid abſurdum dici a Platone uidemuſ? quum aut circulum/ aut rectam lineam tribuit aĩme? Sane Ariſtoteleſ quoq; ita docet/ Ut animã ſimplicẽ rei rationẽ

inſtar recte linee/ Ipſum uero cõpoſitum inſtar fracte iudicet
atq; intelligat/ Sed Ariſtoteles in formã rectam potius probat:
Plato flexã in circulũ/ Id enim uiſum eſt ei cõuenientius quãdo
intelligentia/ que ſe ad materiam flexerit/ reuertit ad ſe/ Suamq;
naturam uel tale aliqd repetit/ Itẽ Ariſtoteles in materia fractã
maluit/ Plato rectam/ ut tranſitiuus aĩme motus id eſt operatio/
promẽda ſignificaretur/ cum eiuſmodi motus inſtar recte linee/
terminos unde/ & quo habeat ſibi pſcriptos/ Cumq; anime duplex
uiuendi ratio ſit/ Vna per intelligentiam/ altera per opinionem/
Idcirco Plato duplicem circulũ et duplicẽ rectam lineã ſtatuit/
Primordia item cõtineri in anima putat ꝓportione/ medietateq;
tũ geometrica tũ arithmetica/ aut muſica/ qbus iuſticie munus
prodeat/ et amicicie/ ſocietatiſq; officia naſcantur/ Cur aũt harmoniam quandam/ atq; concentum anime concedendum non
cẽſeamus/ q̃n ſenſus ipſos ſeruari/ oblectari/ et deliniri ſenſibilium
rerum conſonantia/ et uaria partium compoſitione uidemus? At
enim aduerſarius quid ueritas habeat/ quidq; ex equo ſpectari
oporteat parum attendens/ Platonis ſcripta ad uſum uulgarem
accommodat./ Nec unq̃ potuit audire/ quod fuerit ſanctiſſimi
doctoris Thome aquinatis de Platone iudicium/ Hic libros de
anima Ariſtotelis exponẽs/ Reprobat inquit/ Ariſtoteles uerba
Platonis/ Sed attendendum non id improbari quod Plato ſenſerit/ ſed qđ uerboꝝ cõſuetudo oſtẽdat/ Quod ita ab Ariſtotele
fit/ ne quis propter uerborum improprietatem/ et profundiorem
atq; opertum Platonis ſermonem ĩ errorem labatur/ cũ animam
circulum/ aut numerum eſſe audiat/ Hec enim etſi aliter q̃ ſonẽt
ſignificare uidentur/ tamẽ ut cautiores eſſent q legerent/ placuit
contra ſcriptũ/ omiſſa auctoris ſententia diſſerere/ Ita hic quoq;
uir plane peripateticus/ nec minus inter doctos ſanctiſſimus/ q̃
inter ſanctos doctiſſimus. Platonis opinionẽ ꝓbat/ quanq̃ uerba
eius magis accommodata/ ad profundiorem illam/ et implicitam
uetuſtatis philoſophiam/ q̃ ad ſimplicem et perſpicuã traditionẽ
intelligat/ His ergo atq; aliis huiuſmodi ratiõibus motus Plato:
naturam anime talem a creatore deo factam ſcribit/ que innata
ſibi principia habeat/ et quaſi rationes mathematicas digne proportionales ad rerum omnium bonarum delectum/ et actum/
et effectum/ ꝙ ſi quis male egerit/ culpa hominis q delegerit/ inqt
Plato/ nõ dei eſt/ Hec et plura alia lõge ſubtiliora ratio indicat

Mathematicarum rerum/quam Plato repetẽſ altiuſ rerũ cauſaſ cõtemplat᷑/et rebuſ creatiſ om̃ibuſ tribuit/Exercet etiã ingenia auditoꝝ et mathematicarum diſciplinarum ratione ad ſupiora intellectuq; difficillima mẽtem dirigit/more eoꝝ pythagoreoꝝ qui nihil exiſtimarunt aptiuſ ad inſitam in nobiſ recordatioẽm diuinarũ rerum q̃ mathematicaſ diſciplinaſ/Quocirca hiſ mediiſ ad illaſ tranſeundũ cenſebant/quando q̄dem inter reſ naturaleſ atq; immaterialeſ locum tenent medium q̄ppe/nec cum materia cõſyderantur/nec eſſe ſine materia poſſunt/Sed p abſtractionẽ quãdam intellectuſ ſumuntur/Non hec pedaliſ/que ſcripta eſt linea ſumitur/Inquit Ariſtoteleſ/Sed illa que ĩtelligitur experſ latitudiniſ et pedaliſ etiam ſi maior preſcripta eſt/Hac uia et pythagorei omneſ et Plato ad immaterialem diuinãq; naturam eundum iudicarũt/et q̄cunq; aliam aggredit᷑ uiam/hunc magiſ propitiam ſibi fortunam Plato inquit optare oportere/Viſuſ interdum fabula Plato eſt/ſed non more poetarum/quoſ apte improbat/et e ſua repu. prorſuſ expellit/Verum id fabularum genuſ probare uidetur/q̄d ad honeſtatẽ ſpectat/et ad uirtutem hortatur ac diuine nature rationem figmentiſ quibuſdam non ineptiſ modeſtiſſime indicat/Plerunq; etiã que palã pnunciare non decet/quaſi ſubtilioribuſ quibuſdam ueliſ obtecta oſtendit/Hoc genere quemadmodum Socrateſ in cõſtituenda republica docet eſſe faciendum Sapientiſſimuſ Plato nonnunq̃ utitur/ut rude uulguſ atq; ĩdoctum faciliuſ percipiat/Diuinam naturam bonorum omnium cauſam eſſe/mali nulliuſ/Eundem preterea ſemper ſibi locũ ſeruare/nullã omnino pati mutationẽ/ueritatiſ fontẽ in ſe cõplecti/nihil fraudiſ cuiq̃ moliri/Que cũ ignoraret Platoniſ obiurgator/quanq̃ dilucide genera fabularum apud Macrobiũ in expoſitiõe. M. Tullii de ſomnio Scipioniſ uidere potuerat/figmenta Platoni/et fabulaſ obiecit/Surduſ uidelicet tum ad ea que mõ retuli dicta Platoniſ/Tum ad alia permulta/que in Timeo/in Parmenide/in Phedone/in philebo/in ſophiſta/atq; ĩ aliiſ pleriſq; lociſ exquiſitiſſime pfectiſſimeq; diſſeruit/Sed quid de tranſitu animarũ in brutoꝝ corpora aduerſariuſ dicet? Ad hoc quoq; faciliſ reſponſio eſt/& cognita omnibuſ/Solo aduerſario excepto/qui omnia in deteriorẽ ſemper accipit partem. Sentẽtia certe Platõiſ hec eſt/animã ſi ex hoc loco intemerata ac uirtute predita abierit/Sedem ſupne immortalitatiſ recipere:

Vbi felix & diuinitatiſ cõpoſ ſapientior degat/Sin minuſ penaſ luere/Peniſ aũt delegata ſunt inquit loca hec nature inferiora/ et corpora hominum/Itaq; redit anima/que ſede illa ſuperiore digna non eſt ad generationiſ labem/corpuſq; aliud induit/ut uita altera meliuſ agat/quo poſſit deorũ ſedem/unde profecta eſt purificata repetere/De beluarũ autem corporibuſ reliquiſq; huiuſmodi non modo a Platone/ſed etiam a Timeo deterrendi cauſa uulgo ꝓditum fuit/ut hoĩeſ pene formidine a uitiiſ retra/ herentur/quod aperte Timeuſ ait in eo libro quem de mundo et anima ſcpſit/quẽ poſtea imitatuſ ẽ Plato/Cũ enim expoſuiſſet: quomodo anima boniſ moribuſ inſtituereť/addit./Pertinacibuſ autem:proteruiſ/et obduratiſ ſupplicia adhibeantur a legibuſ/ac etiam timor uite future a ſermone qui perterreat peniſ ſuperiſ inferiſq; grauiſſimiſ et indeprecabilibuſ niſi uirtutem coluerint/ Vt enim corpora interdũ egrota in ſalubri aliquo cibo ſiue me/ dicamento priſtine ualitudini reſtituimuſ/Si primo ſalubribuſ rebuſ exhibitiſ nõ bene ceſſit/Sic aĩmoſ ſepenumero coercemuſ. retinemuſq; falſo ſermõe/ſi uero minuſ obtemperant quo q̃dem in loco neceſſaria eſſe uideo penarum genera quedam inaudita. Vtputa uicioſaſ animaſ uaria pro uitioꝝ ratiõe induere corpa/ & timidi hominiſ animam muliebri corpori tradi/Turpiſſimi de/ decoriſ gratia:homicide/ferino ad erumnaſ et cruciatuſ/ſalaciſ/ ſuillo/leuiſ atq; ſuperbi/uolucri/ocioſi et ignaui/aquatili/Hec Timei uerba ſunt/quibuſ perſpicue fatetur rem ĩauditam fingi ad hominũ utilitatẽ/ut metu perculſi abſtineãt a uitiiſ uirtutiq; incumbant/Atqui aduerſariuſ/qui plane omnia puertit/beluaſ dicit apud Platonem humana anima formari/ꝙ etiam ſi animã hominiſ beluinum corpuſ ingredi Plato concederet/non tamen ita intelligendũ eẽt/ut aduerſariuſ ſentit/Neq; enim ſi hominiſ anima bruti induit corpuſ/cõſtitui propterea brutũ ex materia et anima hominiſ Plato opinatur/ſed animam corpuſ alienum ſubire/iſinuariq; ſpiritu imagĩario bruti/atq; ita coercitã plecti/ et penam pẽdere ſcelerum/nec ullum opuſ ſuum exercere poſſe: Inſtrumẽtiſ eiuſ ĩ quo detruſa eſt animãtiſ/donec lõgo tẽporiſ curriculo purificata:ad celeſtẽ demũ digna redeat ſedem:Hoc genuſ pene haud inepte a Platõe adiũgi põt ceteriſ illiſ/q̃ſ apud inferoſ eẽ meorat/igneſ dico tartareoſ/fluuioſ flãmiferoſ/lucti/ ficoſ/triſtifluoſ/quoſ ille pyriphlegetontaſ/cocytoſ:acherontaſ

uocat. Sequit alter error aduerſarii. Nã cũ Platonẽ audiuiſſet omnem animam immortalem poſuiſſe Brutorum quoq; animaſ ab eo immortaleſ conſtitutaſ exiſtimat. Et enim quomõ Plato genera animarum diſtribuerit: ut anime nomen acceperit: non ſatiſ audiuit. uel ſi audiuit haud ĩtellexiſſe ſe ſimulat. Etſi enim Plato eodem nomine tam bruti q̃ hominiſ aĩmam ſepenumero uocet: de hominiſ tamẽ uniuoce de bruti anima equoce loqtur. Nec animaſ dici brutorũ cenſet. Sed uitaſ q̃ſdam et ſimulachra animarũ. anime autem triplex genuſ eſſe conſtituit celeſte geniale humanum. Primo generi omnium rerum ſciẽtiam tribuit quod in celeſtibuſ locat. Secundo opinionem rectam quod in geniiſ (demõeſ enim hoc nomĩe latini uocant) Tertio generi ancipitem opinionem que partim recte partim nõ recte habetur aſſignat id hominibuſ pſcribit. hactenuſ nomẽ anime in ppria ſignificatione diſtribuit. Brutorum animam ut modo dixi uitã quãdam appellat et metaphorice animam. Quapropter quum animã omnẽ immortalẽ eẽ affirmat nequaq̃ de brutiſ ĩtelligit licet hoc ex ipſiuſ Platõiſ uerbiſ accipe. Quippe ĩ Timeo de aĩa ſenſitiua q̃liſ brutoꝝ ẽ Ita loqtur hi uero initiũ aĩe qđ immortale acceperant corpuſ attexuerũt mortale aſtruxerũtq; alteꝝ aĩe genuſ mortale. Poſt hec affectuſ anime ſenſitiue enumerat, deĩde ſenſu aũt inqt rõiſ expte oĩni libidini expoſito tẽperãteſ mortale aĩe genuſ cõſtituerunt. Poſtremo ĩ pectore: ac thorace mortale anime genuſ uincire uoluerũt. Quiſ igit tam impudẽſ ſit ut Platonem auſit aſſerere animam ſenſitiuam & cum brutiſ communem opinari eẽ immortalem quum tam ſepe tanq; apte affirmet eam eſſe mortalẽ. plura a peripatheticiſ contra hec dici ſolere non ignoro ſed argumenta eorum omnia diſſolui facile poſſunt. Quamobrem cum ſatiſ dictũ de anima ſit: nũc de prouidentia diſſeramuſ: ¶ Prouidẽtiam aduerſariuſ ſcribit omnino negaſſe Platonem et fato ac neceſſitate uniuerſa fieri ſtatuiſſe: Equidem magnam pietatiſ partem in diuina puidentia cõtineri fateor faciliq; hoc aduerſario cõcedo. Sed hãc pietatiſ partẽ cũ tollere Platonẽ affirmat aperte mentit. Plato enim pietatẽ hiſ tribuſ rebuſ cõtineri maxĩe docet in opinãdo deoſ eẽ puidereq; rebuſ omnibuſ & iuſte ac ſine ulla mutatione puidere. Sic enim decimo de legibuſ libro. loqtur. Qui ĩ deoſ peccat ſiue rem impiã uel agit uel loquitur aliquod ex hiſ tribuſ facinuſ patrat. Aut

certe eoſ non eſſe exiſtimat aut eē quidem Sed humanarū rerū nullam curam habere aut quod tertium eſt facileſ eē q̄ p̃cibuſ ſacrificiiſq; flectantur atq; mutentur Qui igitur fieri poteſt ut Plato qui eum impietatiſ reum peragit qui prouidentiā negat ipſe diuinam neget eſſe prouidentiam? Nihil profecto apud eū reperieſ quod facinuſ hoc affirmet Nec uero fato aut neceſſitate agi om̄ia uel factiſ unq̄ uel dictiſ oſtēdit qn et diiſ munera obtulit et ſacrificiiſ eoſ placauit quod ei ab aduerſario obiicit̄ familiaribuſ que uiderētur profutura cōſuluit ſuāq; ipſe ad ea que agenda probaret operam preſtitit precibuſ quoq; nō modo ipſe a diiſ quod optabat petere conſueuit Verum etiam ceteriſ ut idem facerent ſuadere Itaq; Timeuſ apud eum de rebuſ quaſ tractandaſ propoſuerat dicturuſ precatur deoſ ut ſibi adſint quo ex ſententia uoluntateq; eorum agere poſſit idq; nō ſemel tātum ſed biſ etiam facit Admonet p̃terea ut ſiue paruū aliqđ ſiue magnū opuſ aggredimur a deo ſemper initiū ſummamuſ. Et in legibuſ quidem ſuiſ cū de diiſ agere ſtatuiſſet Age inquit ſi unq̄ uocanduſ eſt deuſ nūc maxime auxiliū eiuſ implorandū eſt om̄i igitur ſtudio deorum opem queramuſ quorum reſ agit̄ ſiqdem deoſ eſſe demonſtrare inſtituimuſ Ad hec homineſ quoꝝ uita ſcelerata fuerit ſuppliciiſ et peniſ obnoxioſ oſtēdit Contra uero qui recte et cū uirtute uixerint: iiſ beatoꝝ īſulaſ et elyſioſ campoſ et ſapientium uirorum ſocietatem et beatoꝝ uel potiuſ deorum feliciſſimum conſortium pollicetur Nec uero Socratiſ p̃ceptoriſ ſui ſentētiam ignorabat quē cū Zopyruſ q ſe naturā cuiuſq; ex forma perſpicere profitebat̄ multiſ īquinatum uitiiſ iudicaſſet proptereaq; a ceteriſ qui illa in Socrate uitia nō cognoſcerēt: deriſui haberetur: Soluſ ipſe Socrateſ laudauit. Nolite mirari inqenſ uere enim Zopyruſ iudicauit: Taliſq; eēm p̃fecto: niſi ratione et preceptiſ philoſophie naturam ſuperaſſem: Patet igitur non omnia fato ſubieciſſe Platonem: nec fieri neceſſitate omnia uoluiſſe. Maxime enim inter ſe diſtant fataliſ neceſſitaſ et libertaſ arbitrii: quā ſemper tueri conatuſ eſt Plato. Et quidē in gorgia effeminati animi: et ignaue muliercule eſſe dixit: non credere fatum poſſe deuitari: q̄ ſi uitari ab homine fatum poſſe affirmat: iniuſta profecto eſt obiurgatoriſ reprehenſio. hoc etſi plane manifeſtum eſt: tamen quid Plato de diuina prouidentia et fato ſenſerit: explicare decreui: ut non modo opinio eiuſ: ſed

·II· c· VIII·

9

etiam ratio: cur prouidentiam cum fato cōiunxerit intelligat̃:
Quo in loco quid Ariſtoteleſ de eiſdem rebuſ ſenſerit: iudicare
difficile eſt. Nihil enim tale ab eo ſcriptum legit̃: ut Alexander
aphrodiſienſiſ teſtatur: qui libroꝝ eiuſ diligentiſſimuſ indagator
fuit. Hic cum de prouidentia diſſerendum eſſet: difficilē ſibi eam
materiam eſſe dixit: ꝙ nihil de ea certi ab Ariſtotele cognitum
haberet. Nec ipſe duntaxat plureſq; alii gentileſ: Sed etiam ex
noſtriſ pleriq; doctoreſ ſancti Ariſtotelem prouidentiam dei
tollere putauerunt: ob ea fortaſſe uerba: quibuſ duodecimo de
rebuſ diuiniſ libro uſuſ eſt: ꝑ que diuinam ītelligentiam a rebuſ
humaniſ naturalibuſq; excludit: Nihil enī ex hiſ a mēte diuina
intelligi poſſe affirmat: cū ſūma ſit: et diuinitatiſ ratiōe ſuprēa:
ac proinde ſe ſolam intelligat. Nam ſi aliud intelligeret: moueri
profecto neceſſe eſſet: in deteriuſq; mutari. ꝙ ſi humana nequaꝗ̄
intelligit: ne ꝓuidere quidem hiſ poſſe dicendum eſt. Nemo enim
ea curare pōt: que ignorat: Verum quid ex ſentētia Ariſtoteliſ
Alexander dicere uideatur: exponā: ut latini homineſ: q̄ grecoſ
libroſ non legerint: intelligere poſſint et iudicare. hic quum de
prouidētia iuxta opinionē Ariſtoteliſ ſcribere ſtatuiſſet: p̄mum
de incorporea immaterialiq; ſubſtantia: et forma que ſemper in/
telligit: conſyderat: quam proprie mentem agentem et omnium
primum: auctore Ariſtotele uocat. Mox cū de diuino: ſic enim
appellat: et uolubili corpore: atq; animato: et per animā mobili
diſſeruiſſet: appetitu q̄dem id moueri dicit: ſed nō appetitu cor/
poriſ alicuiuſ: nullū ſiquidem corpuſ aut priuſ celo aut nobiliuſ
eſſe: ſed prime: de ꝗ̄ dictū ē: et ſempiterne immobiliſq; ſubſtantie:
Nec uero: ut quicꝗ̄ ab ea accipiat appetere: Sed ut ꝗ̄ ſimillimū
illi fiat: hoc aūt eſſe: ut eadē motuſ eternitate moueatur: Quieti
enim quodammodo ſimilem eſſe celi conuerſionem: quando per
eadem eodemq; mō agit̃ ſemper: Qua una et ſimplici conuerſiōe
primū ipſum corpuſ moueri: Tum ſeptem ſpheraſ illi ſubiectaſ:
duplici motu agitari: Altero ſuo: ſcilicet per appetitū quo mo/
uentur appetenteſ quādam certam ſubſtantiam: ut prima altero
alieno uidelicet: quo a prima circunferunt̃ Cuiuſ duplicíſ motuſ
cauſam eſſe: quod preter diuinum illud atq; eternum corpuſ eſſe
alterum oportet in generatione ac corruptione poſitum: quod
niſi uario ſuperioriſ corporiſ motu regatur: eternum ſua ſpecie
manere non poſſit. Hactenuſ prouidētie proprie dicte nullum

Ari.les nihil de prouidentia certe scripsisse legitur ./.

celi septē speras subiectas: duplici motu agitari ./.

eē locū faceᷓ. Sed rebuſ deīcepſ generabilibuſ et corruptibilibuſ tātummodo eam preficit. hec cum ita ſint inquit: ſiquiſ ꝓuideri dicit: quociēſ aliqd propter aliquid: et ab aliquo: quocunq; mō mutatur moueturq;: Sic porro omniſ corporea ſubſtantia tam ſuperior & eterna: q̄ īferior: & generatiōi corruptiōiq; obnoxia: a prima ſubſtātia ꝓuidetur: que ſēpiterna immortaliſ incorꝑea eſt. hic nullam ſubſtātiam intelligibilem et immateriale ꝓuideri ne improprie quidem dicta ꝓuidētia exiſtimat: poſt hec addit. At ſiquiſ ea ſolum prouideri dicit quorū gratia id quod ꝓuidere dicitur mouetur et fungitur aliquibuſ operationibuſ ſuo motu: Ita corpuſ lune ſubiectum unum ac ſolum ſentētia Ariſtoteliſ erit: cui ꝓuideatur. Hoc aūt eſt corpuſ materiale: et generatiōi corruptioniq; expoſitū. quoniā mutatiōiſ eiuſ ordinate: eterneq; ſecundum ſpeciem perſeuerationiſ cauſa moueri motu ſecundo ſtatuitur ſperaſ ſeptem: que poſt primā: que firmamētum diciᷓ: diſpoſite ſunt. Cum enim rebuſ: que generantur et corrumpunᷓ uariuſ motuſ deberetur: fieri nō poterat ut eodem modo diuiniſ corporibuſ conſtitutiſ: Simul et generationiſ et corruptioniſ ordinate cauſa hiſ rebuſ proberetur: quibuſ generatione ſcilicet et corruptione ad hunc modum uiciſſim ſuccedentibuſ: eterna hec ſecundū ſpeciem manent: quando quidem uariuſ illiſ motuſ ſemper ſeruatur. Idem alibi interrogatuſ utrum precipue: et per ſe: an per accidenſ ſecundum Ariſtoteliſ ſententiam prouidentia ſit: Neq; per ſe reſpōdit: neq; ꝑ accidenſ. Eſt enim per ſe ꝓuidere inquit: quum quiſpiam ſpectanſ commoditatem eiuſ: cui ꝓſpicit: operatur: et agit eiuſ cōmoditatiſ gratia: ea quibuſ cōſecuturum ſe id quod ſpectat exiſtimat: finem ſibi ſtatuēſ actionum ſuarū cōmoditatem eiuſ: cui dat operam. quod quidem diiſ nō cōuenit: Talem enim diuinituſ ꝓuidentiam exhibendā rebuſ generatiōi corruptioniq; obnoxiiſ fateri: deoſq; arbitrari actionibuſ fungi ſuiſ propter mortalium ſalutem: a diuina natura prorſuſ alienū eſt. Perinde enim hoc eſſet: ac ſiquiſ diceret: liberoſ et dominoſ ſeruorum ſuorum gratia eſſe: et ſuiſ idcirco officiiſ fungi: ut ſerui incolumeſ fortunatiq; agere uitam poſſint: Atqui alium quoq; modum prouidendi expoſiturū ſe ſecundū Ariſtoteliſ opinionē pollicetᷓ. utrum id fecerint: neſcio. Nullam enim aliam ꝓuidēdi rationem ſcriptam ab eo legimuſ: niſi quatenuſ hoc loco tetigit inter modum per accidēſ: et per ſe: eſſe alium modū: quū q̄ſpiam

Secūdum Ariſtotelem ꝓuidentia neq; per ſe neq; ꝑ accidens eſt.

agenſ alteriuſ gratie:ſequatur:ut alteri proſit:idq; ipſe qui agit ſciat:ac etiam uelit. In hoc fortaſſiſ diuine prouidentie ratioẽ conſtituit. Sed parum digne. quando qdem tantũ dei beneficiũ rei ſuperuacue aſcribendũ cenſet. Idem alibi perſpicue negat eã: quam noſ in preſentia querimuſ: prouidentiam. Nam ſi munduſ inquit natura ſua eternuſ eſt: Mundi aũt eſſentia non niſi certo ordine cõſtat: Sequit̃ ut ordinẽ etiã ip̃m natura ſua poſſideat. Quod ſi ita eſt: non eget munduſ: uel ad ſuam eſſentiam uel ad eum: quem habet ordinem: altero: qui prouideat. Adde ꝙ omne qd̃ prouidet: uel ut ſit aliqd ꝓuidet: uel: ut bene ſit. At munduſ neq; ut ſit: neq; ut bene ſit indiget aliquo: qui prouideat. Ergo a nemine dicendum eſt mundum prouideri. An ipſe qdem mũduſ uniuerſuſ nõ eget altero: qui prouideat: neq; ut ſit: neq; ut bene ſit? prouidẽtia autem que in ipſo deſyderatur: proficiſcitur a pte eiuſdem mũdi ad partem: Ita ut parſ prouideat: parſ prouideat̃. Parſ enim eiuſ corporea. que ingenita et ĩcorruptibiliſ eſt: ſuaq; natura: animaq; ordinata ſuũq; motũ exercẽſ: appetitu imitãdi primi dei: hec nihil alteriuſ indiget: qui prouideat: quum ſuapte natura perfecte et ſit: et bene ſit. Parſ autem: que generabiliſ et corruptibiliſ eſt: Atq; aliũde adiumẽto egenſ: ut et ſit: et eterna ſecundum ſpeciem ſit p ordinatam apte mutationem: hec eſt: que ꝓuidetur a motu ordinato: certoq; diuine partiſ mũdi reſpectu et regitur et gubernatur. Ita enim parſ mortaliſ ordinem: cuiuſ particepſ eſt: conſequitur. et quoad eiuſ fieri poteſt: ſecundum ſpeciẽ ſeruat immortalitatẽ: hec atq; hiſ multa ſimilia. Alexãder ex ſententia: ut ipſe inquit: Ariſtoteliſ de prouidentia tradit. in qbuſ qnq; animaduertenda ſunt. Primum: Nullam oĩno pro/uidentiam rerum intelligibiliũ & immaterialiũ poni uel actiuã: uel paſſiuam: Secundum celum et uniuerſum hunc mundum: quem deum eternũ: ingenitum incorruptibilem opinatur nulla: uel ut ſit: uel ut bene ſit: ꝓuidentia egere. Tertiũ: quod ex dictiſ ſequi uidetur: mundum nullam cauſam efficientẽ aliũde habere: ſiqdem neq;: ut ſit aliquo egere: qui ꝓuideat. Quartum: dũtaxat generabiliũ et corruptibiliũ rerum ꝓuidentiam haberi. Quintũ atq; poſtremum: Ne hanc quidem prouidentiam precipue atq; per ſe: ſed conſequenter atq; per accidenſ fieri: quãdo operationẽ deorum ad alium ſenſum pertinentem: hec cõſequitur quanq̃ nõ preter eorum uoluntatem. Hec utrum religioni noſtre et fidei

quoad ſpetiem earum pertinet

II C XIII

chriſtiane conſentanea ſint: ut aduerſariuſ optaret: iudicēt iam: qui Ariſtotelis opinionē auide pceperunt. Que enim Alexāder tradit: non ſecuſ q̄ ſi ab Ariſtotele acciperemuſ: iudicanda ſunt: quum nemo omnium ſit: qui libroſ Ariſtotelis: uel diligētiuſ in/dagarit uel exq̄ſitiuſ ac certiuſ expoſuerit. Plato uero quid de diuina prouidētia cum aliiſ pluribuſ in locis: tum duodecimo de republica libro ſcpſerit: et q̄ digna ſua ſapiētia: et noſtre religiōi conuenientia illa ſint: audite queſo breuiter a me nunc: latiſſime ab illo: ſiquādo libebit: libroſ eiuſ in manuſ ſumere atq̄ plegere. Fuerunt certe nonnulli: qui etſi deum quidem eſſe confeſſi ſunt: Vtrū tamen humanarū rerū curam habeat. uiſi ſunt dubitare: Cuiuſ rei cauſa eſt: ꝙ homineſ plerunq̄ uident: impioſ: ſceleſtoſ: facinoroſoſ fortūe benignitatē experiri: et ut ipſi putāt: feliceſ eē: uidelicet qa diuitiiſ affluūt: impia obtinent: recta ualitudine fruuntur: ad ultimā ſenectutē puenuint liberoſ ſummiſ functoſ honoribuſ heredeſ ſibi relinquūt: Cōtra uero: optimoſ atq̄ ſanc/tiſſimoſ uiroſ inopeſ: afflictoſ: calāitoſoſ: egritudibuſ debilitatoſ: acerbe atq̄ immature morti propinquoſ: nulloſ ſibi liberoſ: uel abiectoſ eoſ: atq̄ ignobileſ reliquere: et quod omniū grauiſſimū ac moleſtiſſimū ē. uexari impune ab impiiſ tyranniſ: dilacerari: excruciari: opprimi. Hec itaq̄ cernenteſ: et ſepenumero etiam experti dolent: perturbantur: anguntur: decidunt animiſ: atq̄ ſuccumbunt: deumq̄ nulla erga humanū genuſ charitate teneri exiſtimāt: nulla prouidentia mortaliū rebuſ conſulere: Nullū uirtuti meritum: nullam ſceleri penam ſtatuere: Ob eam cauſam nullā omnino eſſe puidentiam rentur: et oīa inſtabili q̄dam fortune temeritate uolutari. Hoſ igitur: quū admonere erroriſ ſui: et ad meliorē frugē trahere uir ſapienti ſſimuſ uelet: Primū ea que de deoꝝ bonitate: de prudētia: de fortitudine: de tempe/rantia: de oīni genere uirtutiſ: Tū de uitiiſ etiā et rebuſ turpibuſ dicta ab eo fuerant: repetit. Quibuſ ita poſitiſ cum rerum turpiū auctoreſ interdū homineſ ſint: honeſtarū ſemp dii: Neglīgētia: odio: deſidia: uoluptate: que uitii pteſ ſunt: uacare deoſ oſtendit. Et quia qui ſuiſ rebuſ non cōſulunt: hac parte uitii peccāt: ideo qui uacare hoc uitio uolunt: ſuiſ conſulāt neceſſe eſt: et oībuſ tam leuioribuſ q̄ grauioribuſ rebuſ prouideāt. Nam ſiquiſ illoſ: loquar enim uerbiſ Platoniſ: prouidere negat rebuſ humaniſ: certe ita euenire neceſſe eſt fateantur: uel quia nolunt: uel quia

a uare ab aliquibus dubitatur deus humanarum rerum prouidentiam nō habere

nequeunt:uel qa officiú ignorant: Primũq; bip̃tito diſtinguit:
aut enim ideo nolunt:quia uoluptatibuſ et turpi otio dediti id
neglıgũt:aut ob uilem rerũ atq; abiectã conditionẽ aſpnantur:
quaſi curam tãtorum principum indignũ ſit ad regulam nature
deſcẽdere. Atqui diuinã naturam cognoſcere queq; exqſitiſſime:
poſſe ualidiſſime:uelle optime:et queq; ex ſe producere:latiſſime
a Platone demõſtratum eſt. Ergo dii nec ignorant officium eẽ
ſuum:ut hiſ: que produxerunt: et quaſi domum quandam atq;
familiam ſibi conſtituerunt:prouideant:neq; non poſſunt:nihil
enim diuinam ſuperat facultatem:et q ꝑduxerunt: quod maiuſ
eſt:iidem prouidere etiam poſſunt:quod eſt longe minuſ: Neq;
nolunt: ſiquidem non uoluptate: ſiue ignauia negligunt:quaſi
ueternoſi quidam: et ad nulliuſ rei uſum accõmodati: nec rerum
nature paruitatem aſpernantur: Quippe homo ſummum inter
omnia nature animantia locum tenet: et nature ſue nobilitate
cuncta excellenſ: mentiſ ſue iudicio deũ cognoſcit: et colit. Qua/
propter merito curam: charitatem: gratiam: cõſequi apud deum:
dignuſ eſt. Tum ſi deuſ mũdum uniuerſum tuet̃ et curat: ꝑtibuſ
etiã conſulat oportet. Ita enim natura cõparatum eſt: ut bene
eſſe uniuerſo non poſſit: niſi parteſ etiã ſint recte diſpoſite. Nõ
medicuſ: non gubernator nauiſ: non dux exercituſ: non pater/
familiaſ: nõ rector moderatorq; reipublice: nõ quiſ aliuſ ratiõe
conſilioq; aliquid agenſ: grauiora negocia adminiſtrat: leuiora
contemnit. Sed tum demum ſuo quiſq; officio fungi arbitratur:
cũ ſingulis ſtudio & diligentia: ut cuiuſq; ratio poſcit: incumbit.
ꝙ ſi homineſ ne leuiora quidem pretereunt: Profecto nec deoſ
exiſtimandũ eſt exigua queq;: ac minima negligere. Neq; uero
animiſ laborant: aut a beatiſſima: quam degant uita declinare
uidentur: quum munere diuine prouidentie funguntur. Nam
difficultateſ: que hoĩbuſ in adminiſtrãdiſ rebuſ ſuiſ occurrũt:
et non mediocreſ ſepe dubitationeſ afferunt: Ita ut poſt longã
diuturnãq; cogitationẽ uix quid cõmodiuſ ſit ſtatuere aliquãdo
poſſint: in diiſ non ſunt. Omnia apud eoſ facilia ſunt: nulla illic
dubitatio: nulla difficultaſ. agunt ſemper: que ſciunt meliora eẽ.
qppe omnium rerum cognitionem habent: quando et creatoreſ
omnium ſunt: & ipſi ſeſe intelligunt: et ad ſe uertũt. Non exitũ
rerum ſpectant: non ſedulo negotiiſ: ut noſ facimuſ: incumbunt:
donec finiſ ſeq̃tur. Sed ut auctor reipublice cõſtituende: cõditiſ

Homo int[er] o[mn]ia nature animantia locum ſummum tenet /.

ac promulgatiſ legibuſ: que quid cuiq; tribuendum ſit: iubent: & negocio om̄i magiſtratibuſ delegato: quieſcit: Sic deuſ: qui hanc mundi compagem: et genuſ hominum condidit: Longe quidem digniuſ: cum om̄em actionum noſtrarũ ratione anímo ꝑſpiciſſet: et partim uirtutibuſ: partim uitiiſ ſuperare ꝑſpexiſſet: adhibuit curam: ubi et quomõ: queq; parſ poſita uirtutẽ uitio ſuperiorem facillime exhiberet: & qualiſ queq; facta: quem locum reciperet: quam ſedem quã iuriſ actionem mereret̃. Morũ aũt officiorũq; cauſaſ uolũtatibuſ hominũ dedit. atq; arbitrium inſtituit liberũ: ſcilicet boni mali ue auctorẽ: ut cunq; ſpõte elegerit. Non enim inſtar tabelle in qua nihil ſit ſcriptum: animã Plato conſtituit: Siquidem hac ratione libertaſ arbitrii tolleretur. Sed ita ut a primo rerum obtutu: poſſit ipſa ſuo actiuo principio aſſentiri obiectiſ: et utri ꝑti maluerit herere: ſicq; in ea facultaſ ſit eligẽdi ſeu uirtutem uoluerit: ſeu uitium. Immutãtur igitur ſua ſpõte: que uim hanc anime poſſident: quum intra ſe cauſam habeant: quare mutent̃. immutataq; tendunt fatali ordine: atq; lege uel ad locum ſuperũ: honeſtũ: & felicem: uel ad maneſ & loca infera: ut cũq; pro uirtute: aut uitio digni fuerint. Atq; hec iuſticia eſt deorum ſuperum: quam nemo unq̃ uitare poteſt. Nec eſt quiſ q̃ uel humilitate ſua ita humi defixuſ: uel excellentia ita in celum erectuſ: ut eam diffugere potẽſ ſit. Voſ qui deoſ humana curare minime putatiſ ſic habetote. Nullum locum diiſ immortalibuſ incognitum: nullum inexploratũ eſſe: ꝙ ſiue hic manſeritiſ: ſiue ꝓfundiſſimaſ terre cauernaſ ſubieritiſ: ſiue aliud qđ uiſ diffugium atq; latibulum queſieritiſ: haud quanq̃ latere poteritiſ diuinum illum oculũ: eternũ atq; ꝑuigilem nec penaſ uobiſ iuſte debitaſ euitare. Hec Plato iiſdẽ fere uerbiſ: Quibuſ Dauid noſter diuinuſ prophheta locutuſ ẽ. quo ibo a ſpiritu tuo: et quo a facie tua fugiam. Si aſcendero in celum: tu illic eſ: ſi deſcendero in infernũ adeſ. Quid igitur ab ore hominiſ gẽtiliſ accipi poſſet ad noſtram religionem: accõmodatiuſ? Quid ea ꝑ̃ſertim etate dici potuiſſet preſtantiuſ atq; diuiniuſ? Nam cum ceteri deoſ immortaleſ ſua duntaxat curare: reſ uero humanaſ ui quadam nature regi gubernariq; exiſtiment: quod crimen etiam peripateticiſ obiicitur ſoluſ Plato nõ aliter fere q̃ noſtre religiõiſ doctoreſ fecerĩt: loq de ꝓuidẽcia uidetur: Improborum inquit hominum cõmoda: proborumq; incommoda: quomodo poſſunt opinionẽ ꝓuidẽtie

iuſtã intemeratãq; infringere? quãdo ꝓ̇mum nulla reſ humana dici propė bona: aut noſtra poteſt: niſi que in noſtra poteſt cõ/ ſtituta ſit. Tum ſingula ordı́ata ſunt ad ſalutẽ pulchritudinẽq; uniuerſi: ex quo fieri põt: ut parſ uario mõ faciat: aut patiatur. Quotienſ id ꝑ totiuſ commodo fit: cuiuſ cura apud deũ ꝓ̃cipua ẽ. Partibuſ autem ſingulıſ ſinguli rectoreſ et q̃ſi tutoreſ delegati ſunt: qui omnia ad unũ finem dirigant: hoc eſt ſalutẽ uniuerſi Ita enim partibuſ quoq; ſimul cum toto cõſulitur. Nec iactura huiuſ: aut illiuſ particule facere poteſt: ne partibuſ bene ſit: cum toti optime cedat. Finiſ tamẽ ut dictũ eſt ſaluſ ẽ: et cõſeruatio totiuſ. & parſ queq; quãtacũq; ẽ: eo ſpectat: ut ſeruet̃ uniuerſũ.

Siquiſ ergo fortune aduerſitatem conqueritur: meminerit ſe nõ ſibi ſolum natum eſſe: Sed rerum uniuerſitati immo potiuſ illi q̃ ſibi: naturaq; ita cõparatum eẽ: ut que nobiſ incõmoda accidũt: hec uniuerſo cõmoda ſint: quod ortuſ noſtri precipuã ſibi ꝑtem merito uẽdicat: Itaq; equo ac tranquillo animo ſua incõmoda ferat: Ne cum deo pugnare more illorum gigantum uideatur: Commoda autem improborum hominum non magiſ preſenti ſolatio q̃ futuro dolori aſcribenda ſunt. Que enim uel fortune facilitate: uel aliq̃ ı́duſtria poſſedere: miſerabili ſepe exitu amit/ tunt: Nec diffugiunt penaſ illaſ: quaſ diuina ꝓuidentia comiteſ: et quaſi ſatelliteſ quoſdã: atq; lictoreſ ſecũ habẽſ oĩa ꝑluſtrat: Patitur quidem ſepenumero diuina ꝓuidentia: plura improboꝝ hominum commoda ſic enim agi neceſſe eſt: ne quod uniuerſo ſancitum a deo atq; decretũ eſt: irritum fiat: et quaſi improbet̃: quod optime conſtitutum fuit. Sed rependitur tandem fatali neceſſitate primum bonum ultimo malo: et quo pleniuſ bonum preceſſit: eo grauiori ſupplicio compenſatur: Nihil igitur a deo negligitur: nihil fortune temeritati relinq̃tur: Sed oĩa diuina ꝓuidentia gubernant̃. hec ſunt: que Plato de ꝓuidẽtia diſſeruit. Aduerſariuſ uero tantum uirũ maledictiſ inceſſere nõ erubeſcit: quaſi prouidentiam negarit: et Ariſtotelẽ ita laudare: quaſi nõ ſecuſ de ea ſenſerit: q̃ noſtra religio. Atqui platõici illud in ꝓ̇miſ Ariſtoteli obiicere cõſueuerũt: ꝙ male de ꝓuidentia iudicauerit: Qua in re dum Ariſtotelem tueri peripatetici uolunt: nõ audẽt dicere Platonem ꝓuidentiam negaſſe: Quiſ enim in re tam aperta mentiri auſit? Sed Ariſtotelẽ modo quodã poſuiſſe ꝓuidentiam conantur oſtẽdere: Quippe Alexander peripateticorum facile

poſt Ariſtotelem princepſ ita loquitur.Conabor oſtendere eoſ
qui Platōiſ diſciplinam ſequuntur.ſibiq; perſuaſum habent nihil
ab Ariſtotele de prouidentia dici:parum explorate de hoc phi/
loſopho iudicare: Et nihilominuſ obiurgator noſter:q̄ſi oībuſ
doctior ſit: Platonē nec dixiſſe quicq̄ de prouidentia:nec eam
ꝓbaſſe contendit et clamat. Maxime uero auget calumniā ſuā
cum Platonem de fato reprehendit.quaſi fatali neceſſitate fieri
cūcta uoluerit. Enimuero Platonem fatū ponere nō diffiteor:
quēadmodum etiam Ariſtotelem facere manifeſtū eſt. Neuter
tamen eorū ita de fato ſentit/quaſi omnia neceſſario fieri uelint:
ſed locum poteſtati noſtrę ampliſſimum relinquūt: Permultaq;
eſſe/que fieri poſſint arbitrantur(nulla fati neceſſitate obſtāte)
(hinc poſſibiliſ/contingētiſq; nomen uſurpatū eſt(hinc honoreſ.
premia.merita hiſ/qui uirtuti operam dederint/ ꝓponūt: Cōtra
uero/hiſ/qui uitā improbe egerint/cōtumeliaſ/damna/ſupplitia.
Quibuſ rebuſ refertum eſt opuſ Platoniſ/quod de legibuſ lucu/
lētiſſime ſcpſit. Vult enim eū/q ultro peccarit/nulla neceſſitate
actum peccaſſe. Alioquin quo pacto pena afficienduſ eſſet:qui
aliunde cogeretur ad peccandum ? De conſilio etiam capiendo
plura precipit. Vt dictū iam eſt:et precibuſ uotiſq; locū tribuit:
quibuſ deuſ placatur/conciliatur/inuitatur: Quapropter liberū
ſeruat arbitriū: et poteſtaſ uolēdi nolēdi ue nō tollit. Priuatiōi
uero accidenti fortūe:caſui:cauſam ī rebuſ materialibuſ tribuit.
At in rebuſ diuiniſ intelligibilibuſ immaterialibuſ et ꝑpetua illa
eternarum et immutabilium cauſarum et rerum ſerie: in ratiōe
etiā nature uniuerſali:qua ſemper eodē mō quecūq; ꝓueniunt:
tū in ꝑfecto atq; ordinato adminiſtrandi modo:et lege diuina:
qua optime oīa:& ꝑ ſua natura abſolute ſeruant̄ atq; regunt̄:
In hiſ inquā:ſi fatum quiſ eē dixerit abutenſ nomine q̄uiſ ſupra
omne fatū ſit:nequaq̄ ab utriuſq; philoſophi ſententia diſcedet.
Hanc tamen rerū diſpoſitonē Plato Adraſtiam appellare ſolet
in ſuperioribuſ intelligibilibuſq; ſubſtantiiſ ac etiā legē Adraſtie:
ut in Phedro: neceſſitatem autem in intellectualibuſ: et matrem
parcarum: ut in libriſ de republica Himarmenen uero: hoc eſt parcarū mater.
fatū:ī naturalibuſ ſenſibilibuſq;:ut ī politico: ꝓtagora: Timeo.
In hac tripartita rerū ratione omniſ natura conſumitur:ꝑmaq;
parte intelligibili: ſecūda intellectuali: tertia naturali: cōtinetur.
Extrema quoq; habet et mediū:atq; ordo hiſ datuſ:et ꝑ cuncta

diſcurrenſ: in intelligibilibuſ quidem omnino: in ſenſibilibuſ uero: quoad eiuſ capere poſſunt: immutabiliſ et ineuitabiliſ permanet. Vnde a rerum ineuitabili ordine Adraſtia nomen accepit. Neceſſariuſ etiam hic ordo eſt: ſed non ut. taliſ neceſſitaſ ſit: que oĩa ſuperet: et quaſi per uim trahat: adimatq; uite noſtre libertatem arbitrii: et poteſtati illi noſtre aduerſet̃ ex ſe ꝓmpte et mobili. Non ſic Plato cenſet: ſed legem quandam diuinam eſſe arbitrat̃ innatam omnibuſ: quam legem Adraſtie tribuit in Phedro: cum inquit. Lex Adraſtie eſt: ut quecũq; anima comeſ deorum perſpexerit aliquid ueritatiſ: hec ad alterum uſq; circuitum inoffẽſa inſiſtat: etſi ſemper id agere poteſt: ſemper manet inoffenſa. Sed in politico Saturno eam legem aſcribere uidetur: quũ dicit. lex erat Saturni tẽporibuſ: que adhuc apud deoſ eſt: Ioui ĩ legibuſ dat: ut hoſpeſ ille athenĩẽſiſ loquit̃: hunc iuſticia ſequit̃: uindex eorum: qui legem diuinam preuaricati fuerũt. Fato aſſignat in Timeo: quũ ait legeſq; hiſ fataleſ aperuit. Minime igit̃ Plato uidetur a prouidentie ratione diſcedere: cum hanc legiſ rationẽ docet optimo ordine diſtributam ſtabilem ĩdiſſolubilem: q̃tum ſubiectarum rerũ ratio patit̃: que rebuſ indeterminatiſ terminũ: inordĩatiſ ordinẽ affert: Sicuti Boetiuſ quoq; libro de cõſolatõe ex Platoniſ ſententia de fato ſcribenſ bifariam diſtribuit. Nam de exquiſita rerum intelligibiliũ diuinarũq; diſpoſitiõe diſſerenſ: que ex principiiſ prouidẽtie immobilibuſ proficiſcitur (eam immobilẽ eẽ refert. Cõtra uero de ea agẽſ (que inde ad noſ ꝓfluit) Fatum eſſe diſpoſitioẽm confirmat rebuſ mobilibuſ inherentẽ: per quam prouidentia ſuo ordine queq; connectat. Itaq; inter Fatum et prouidẽtiam quid interſit (non re poteſt) ſed ratione diſtingui (Adraſtiam neceſſitatatẽ parcaſ (quibuſ nomĩa clotho: lachesiſ: atropoſ) poetarum etiam libri nominant. Sed quid q̃dq; eorum ſit: & quẽ uſum prebeat fato: aut qua ratiõe eidẽ iũgat̃. Explicare hoc loco nõ eſt neceſſe (niſi hoc ſolum de parciſ (Ne eaſ quidem neceſſitatem omnino rebuſ humaniſ afferre (quanq̃ enim uim quandã ineuitabilẽ habere uideant̃ (ut apd̃ Homerũ eſt) Mortaliſ nemo fugiet decreta ſororum) Improbuſ atq; ꝓbuſ debẽt ſua corpora morti (Nec ipſe tamẽ uim (et neceſſitatem ineuitabilem inferũt (quod idem Homeruſ alio loco fateri uidet̃. Ne contra parcaſ maneſ trudariſ ad ĩmoſ) Fatum autem de quo nũc agimuſ: Plato ĩ Timeo naturã quandã de creatore pẽdentẽ

Arbitrat̃ diuinam quandam legem ĩ oĩbꝫ innatam.

boetius de cõsolatiõe de fato.

fatũ & prouidẽtia quõ distinguit̃

eē dicit(poſtq̄ enim uniuerſi naturā et animaſ hominū ꝑductaſ
ethereiſ uehiculiſ iūctaſ expoſuit: tū legeſ iiſ apiri fataleſ narrat:
ſeriem ſcilicet atq; ordinē rerum: quē creator cōſtituit atq; con/
ſeruat: Neq; uero animaſ ipſaſ: quatenuſ anime ſunt hiſ legibuſ
obtemperare faſ eſt. Preſtantioreſ enim ſunt q̄diu mentiſ ratiōe
uiuunt: et prouidentie lumine apud ſummum deum fruuntur:
Sed corporea uehiculorum natura: et ſorte qua ad colēdaſ gu/
bernandaſq; terre parteſ ducuntur: fato uulgari ſubiiciuntur.
Quamobrē non anteq̄ uehicula ſibi iūcta acceperint: Sed poſt
audiunt legeſ illaſ fataleſ: quibuſ corpoꝝ ſtatū & gubernatioēm
ſortiūtur. Plato igitur naturalem celeſtiū corpoꝝ reuolutionē
primam tribuit fato: tum ipſorum corporū diſpoſitionē: quorū
eiuſmodi motuſ propriuſ eſt: eodem refert: atq; etiā animaſ: que
ad generationem deſcēderint. Quam ſententiā aptiuſ in politico
exponit. Cum mūdum uoluebat inq̄t fatū: innatuſq; appetituſ.
Vbi certe fatū id uocat: quod ꝓpinquum reſ ſenſibileſ mouet:
idemq; de ꝓuidentia pēdet diuina: Plureſ etiā ex poſterioribuſ
et maxime qui aſtrologie operā dederūt chaldeoſ atq; egyptioſ
ſecuti hoc idem fatum eſſe declarant: ſiqdem aſtroꝝ diſpoſitionē
fatalem dicunt: qua quiſpiam uel conceptuſ uel natuſ extiterit.
chaldei enim ut Philo de quo ſupra mentionem fecimuſ narrat:
Aſtrologie ſtudioſiſſimi omnia ſtellarum motibuſ ſubiecerunt
eorumq; modo et genere cūcta: que munduſ complectitur: geri
atq; ſeruari putauere. Sed Plato diligētiuſ rē hāc rimari uidet:
quando quidem non modo cauſam celo tribuit: uerum etiā ipſū
celum ad diuinam ꝓuidentiam refert: ut inde depēdeat: Quippe
in eodem politico inquit rerum om̄ium opificem gubernatorēq;
poſt rerum omnium abſolutionem generationemq; animarum:
q̄ſi claui gubernaculo dimiſſo ad ſue excellētie culmē reuertiſſe:
cum ſcilicet iam alteri motuſ p̄ncipia delegaſſet. Itē paulopoſt:
deum dicit interdum omnia luſtrantem adeſſe una inuoluendo:
regendo: et dirigēdo hoc uniuerſo: interdum laxare (quum iam
circuituſ debiti temporiſ modum compleuerit: Tum rurſuſ hoc
ſponte ſua uerſari labiq; in deteriora. quippe quod animal eſt: &
prudētie cōpoſ inſtitutū ab eo qd' cōſtituit. Ita Plato perſpicue
manifeſteq; diuinam prouidētiam p̄dicat: naturamq; uniuerſi:
ac motum illi adnectit: et ſubiicit. quum ſcilicet appetitu innato
et deſyderio diuinitatiſ hoc ad ſummum illud bonum ſpectare

-II · C · IX ·

moueriq; perpetuo et equabiliter facet. ꝙ ſi modo inſiſtere:mō deſiſtere dicit: Id iam declaratū ē:cōmuni conſuetudini cōceſſum eſſe:ut quod non niſi ratione diſtingui poteſt: id ſenſu preſentie et abſētie pcipiat. Sed quāta uiſ huic uel appetitui uel deſiderio ſeu cupiditati ſit exponēſ Plato ī cratyllo ſic pcunctatur. uin/culum quod facit:ut quoduiſ animal uſq̄ pmaneat utrū potiuſ erit:neceſſitaſ ne:an deſyderiū? Longe inqt Socrateſ deſideriū potiuſ erit. Sed hoc idem alia ratione neceſſitatem ī epinomide uocat hiſ uerbiſ. Hec animi mēte prediti neceſſitaſ preclariſſima neceſſitatum omnium fuerit: quippe cū ipſe imperanſ nō ſeruiēſ iura det. Cum enim oīa bonum appetant: que eterna quidem: aut perpetua ſunt: et quod gentileſ illi corpuſ beatum uocant: Idq; aīme iūgūt adhuc ſincere: hec utpote oīi errore uacātia: ſummum primum et uerum bonum illud ſemper aſpiciūt: nunq̄ ab eo declinant: immutabili conſtantia id appetunt: eoq; aſſidue fruuntur: et una feliciſſime uiuunt: ſumma uidelicet neceſſitate imprimiſq; diuina: illi deuincta: & arbitrio libero: id ē poteſtate in utramuiſ partem omnino ſoluta. Nam libertaſ iſta arbitrii noſtri potiuſ ſeruituſ dicēda ē: Neceſſitaſ illa felicitatē ueramq; libertatem complet. Noſ aūt quoniam in uiceſ nature ſingulariſ fortuitaſ: ac temerariaſ magna ex parte retruſi ſumuſ: nihil con/ſtāter: aut ſolide agimuſ: ſed aliaſ recte: aliaſ nō recte ī eligēdo uel iudicamuſ: uel deliberamuſ. Interdum quod uidetur bonum: non qđ eſt: quaſi bonum eligimuſ: et interdum meliora: Interdū deteriora anteponimuſ. aut enim ratio: qua neſcio quid diuinū in nobiſ ē: et que fatali neceſſitati nequaq̄ ſubiecta ē: ut alterū neceſſario eligat: uincit temeritatem: aut temeritaſ ſuperat non ſine detrimento rationem: Superatur enim hoc modo et uincit a motu ſuperioriſ corporiſ hoc eſt clei: atq; ita fato ſubiicitur: ut a motu celeſti ducatur: et neceſſariā ſubiectioēm rerū inferiorū communem patiatur. Ducit hec ſecum eam aīme partem: quam ſuperauit: mentē dico: et uoluntatē: que ſue nature ratiōe actiōi celeſtium corporum ſubiecte nō ſunt. In hiſ enim dūtaxat uir/tutibuſ anime: que inſtrumentorum corporeorū actuſ ſunt: illa operantur: quod noſtri etiam doctoreſ facile concedūt: eodem modo quo Plato. qui motum celeſtium corporū uim habere in naturalia corpora euidēter: ac per ſe dicit: In uirtutibuſ autem: que corporeorum inſtrumentorū actuſ ſunt: euidenter quidem:

ſed per accidenſ: nõ per ſe: quoniam huiuſmodi uirtutũ actionẽ tolli neceſſe eſt: Quotieſ inſtrumenta deprauanť. Velut oculuſ cõturbatuſ cernere recte nõ poteſt. At in mentẽ ac uolũtatem: quoniam actuſ inſtrumentorum corporeoꝝ minime ſunt: neq; euidenter: neq; per accidenſ uim ullam habere. Ex quo fieri: ut humanarum electionum ſiue actionũ per ſe cauſe non ſint. Per accidenſ tamen in mentem etiam: ac uoluntatẽ poſſe aliquando agere: quatenuſ menſ et uoluntaſ ab inferioribuſ uirtutibuſ: que inſtrumẽtiſ corporeiſ egent: uiſa recipiunt: quippe ſiue phãtaſia: quam latine imaginationem dicimuſ: ſiue memoria turbata ſit: confeſtim actio quoq; mentiſ turbatur: Vnde diuerſi erroreſ in eligendo deliberandoq; contingunt: ne aſſequi commoda atq; honeſta poſſumuſ: ſiqdem iudicium ratiõiſ peruerſum habemuſ: quod integrum ſeruare iam poteramuſ: Erat enim in poteſtate noſtra ſiue affectuſ: ſiue paſſioneſ moderari: et reſiſtere obiectiſ ratione aduerſiſ: ac uim animi inoffenſã tueri: qua imaginamur: atq; meminimuſ: Hec noſtrorum ſentẽtia eſt. Iamblicuſ autem eorum: qui Platoẽm ſequunť decuſ: cum tueri liberũ arbitrium uellet: et reſiſtere egyptiiſ: qui ad ſtellarum motuſ omĩa referũt: eiuſdem fere ſententie eſt: et licet diuerſiſ uerbiſ: tamen idem ſig/nificantibuſ utitur. etſi etate longe antiquior ſit: hic duaſ eſſe animaſ in homine dicit: quarũ altera a pͥmo intelligibili deſcẽdit creatoriſq; ſui uirtutem repreſentat. hec ĩtellectiua ẽ: altera que a diuina celi reuolutiõe corpibuſ impartiť: ad uſum corporeorũ inſtrumentorum accõmodata. hec ſenſitiua eſt: hanc: que a celo datur: ſequi inquit circuituſ et momenta celeſtia: reliquã que ab intelligibili proficiſcẽſ: intelligibiliter ineſt: nature appellationẽ excellere: et huiuſ anime nobilioriſ ratione fieri fati ſolutionem: ac ad deoſ intelligibileſ reditum. Itaq; nõ uinculo inexplicabili: quod fatum uocamuſ: omnia conſtringi: habere enim animum uim ſuam: quo in intelligibile ducatur: diſcedat ex generabili: iungatur cum ente atq; diuino. Et paulopoſt. Eſt etiam ĩquit alterum anime principium: quod naturam: et omnem hominiſ intelligẽtiã ſuperat: quo et diiſ cõiungi: et ordinẽ diſpoſitionẽq; mũdi ſuperare: et uitam eternam deorumq; ſuperceleſtiũ gratiã adipiſci poſſumuſ: hoc eodẽ principio noſ etiã ſoluere poſſumuſ. Cum enim parſ: que in nobiſ ẽ preſtãtior agit: noſterq; animuſ ad preſtãtiora reducitur: tum ſeperatur omnino ab hiſ uinculiſ:

. II . c . IX .

qbuſ erat in generatione deuinctuſ: diſceditq; hinc liber ad ſtatū honeſtiorem: uitamq; lōge perfectiorem pro hac impfectiore commutat. et felix ad alterum cultum primo relicto transfert. Hec cum ita ſint: dic obſecro te: an Plato: quiq; eum ſecuti ſunt platonici libertatem arbitrii tollant: fatoq; et neceſſitati omnia ſubiciāt: An cōtra nihil unq̄ ab hiſ planiuſ: nihil clariuſ: nihil dilucidiuſ atq; aptiuſ dictū fuerit: q̄ aīabuſ: que recte et cū uirtute uixerint: reditū ad celū et uitā beatā patere: cōtra uero hiſ que relicta uirtute uitiiſ atq; ſceleribuſ contaminate ſunt: penaſ atq; ſupplicia parata eſſe: que uite contagionem uicerint: iuſtaſ: que uicte ſint: iniuſtaſ appellari? Quapropter creatorem: Plato ait: certiſ legibuſ monſtraſſe quibuſ officiiſ feliceſ euaderent: quibuſ facinoribuſ miſere: ne uitii futuri culpa aſcribi ſibi a mortalibuſ poſſet. Virtuſ enim libera: ſuiq; iuriſ eſt inqt: hāc ut qſq; magiſ minuſue coluerit: ita magiſ minuſ ue excellet. Nullam prorſuſ eſſe neceſſitatem dicit: quam homineſ uitam et moreſ hoc potiuſ modo q̄ illo ~~potiuſ~~ inſtituāt: Non enim uoſ inqt fata ſortient̄: Sed uoſ fata uobiſ deligetiſ. uelle ſemp aīmaſ: que meliora ſunt affirmat: ſed interdū deteriora eligere. Volunt nanq; ſemp deū: et iura ſequi: ut in Timeo dicit̄: qui ſemp iura et noſ ſequi uelint: nec tamē ſemper ſequunt̄: ut in gorgia declaratur: ubi uolūtaſ uera ab ea: que mendoſa eſt: diſtinguit̄ de qua noſ etiā ſuperiuſ diximuſ. Ceterum ſatiſ eoſ admirari non poſſum: qui ita fatum abhorrere ac formidare uidentur: quaſi inde neceſſitaſ in rebuſ humaniſ ſequatur: prouidentiam autem et predeſtinatioēm ſiue preſcientiam diuinam: que omnia ī deo ponimuſ ſuſpectam nō habent: nec uerent̄: ne hinc uoluntateſ et offitia & omneſ hoīm actioneſ prouenire neceſſario uideātur: Cur enim magiſ a fato: q̄ ab hiſ uim fieri rebuſ hūaniſ ſuſpicemur? Nā qđ a deo p̄ſcitum ē: ſic fieri oportet: alioquin fruſtra eum p̄ſciſſe diceremuſ: falſaq; eſſet diuina cognitio: Simili modo quod predeſtinatum eſt: Ita ut predeſtinatum eſt: neceſſe eſt euenire: Et enim poſita cauſa p ſe ac neceſſaria cuiuſcūq; rei generabiliſ & corruptibiliſ: neceſſario omnia erunt: quemadmodum Ariſtoteleſ quoq; libro ſexto de rebuſ diuiniſ oſtendit. ꝙ ſi rerū omniū cauſa per ſe ac neceſſaria atq; eterna: cognitio ac prouidentia dei eſt: profecto neceſſario omnia fient. Verum non ita eſt: quod Ariſtoteleſ etiā ſatiſ eodē loco expoſuiſſe uidetur: cum et rationem contrariam ſoluerit: &

·II·C·IX·

locũ accidẽti reliquerit. Plato quoq; eiuſdẽ ſententie eſt. Siqdem
reſ uniuerſaſ diuina prouidentia geri: duciq; ad ſuum finem: et
bonũ exiſtimat: ſed non omneſ neceſſitate aſtringi: Verum eſſe
aliquaſ que in potẽtia ſint cõtradictioniſ. Et quoniam ſumma
et caput rerum omnium: perfectio uniuerſi eſt: hec autem nõ in
ſimplicem rerum naturam ſed multiplicem uariam ac multifor/
mem conſumitur: ideo aliquibuſ rebuſ cauſaſ neceſſariaſ: quibuſ
neceſſario: eſſent: aut fierent dataſ eſſe: aliquibuſ non neceſſariaſ
ſed cõtingenteſ: Vt cõtingenter pro ſue nature ratiõe euenirẽt:
Duobuſ itaq; modiſ: prouidentiã accipit: uno modo pro ordine
ipſo rerum ac diſpoſitione: aut etiam ordiniſ ipſiuſ diſpoſitiõiſq;
cã: que pͥma et princepſ cauſa omniũ ẽtium eſt. Altero ꝑ actuſ
ſecundi executione: et q̃ſi ꝑfecto abſolutoq; officio: ꝓficiſcente
a cauſiſ ſecundiſ: et mediiſ atq; etiam ſingularibuſ. Quem actum
non ſemper aut neceſſario conſequi effectũ: quũ fieri aliquãdo
poſſit: ut cauſa ſecũda impediat. Quocirca eſſe euẽta ꝑ accidẽſ:
et contingẽſ: et fortunam: et caſum: et reliqua ſupradicta. Eodẽ
plane pertinet: quod de generatiõe opinatur. Non enim rerum
omnium generationẽ in mediate a primo effici deo: Ne omnia
neceſſaria ſint: et diiſ equiperari uideantur. Sic enim creator de
reliquiſ animantibuſ procreandiſ: deoſ nuper creatoſ affatur in
Timeo: Nam ſi a me ipſo facta eẽnt: deoꝝ uitã poſſent adeq̃re.
Ne igit̃ id ſequeret̃: ſed defectuſ corruptio: priuatio: accidenſ:
cõtingenſ ſuum haberent locum: et uniuerſum omnibuſ quoad
eiuſ fieri poſſet ſpeciebuſ et graduũ ratiõibuſ ꝑfectũ abſolutũq;
redderetur: Properate uoſ inquit ad animãtium mortaliũ pro/
creationem. Sic igitur Plato ab ea opinione q̃ longiſſime abeſt:
ut oĩa fieri neceſſario arbitretur. Quãobrem Procluſ Lyciuſ
uir eximie: ſingulariſq; doctrine in hunc modum neceſſitatem
exponit ſiue eam ꝓuidẽtie: ſiue ꝑdeſtinationi: ſiue fato tribueriſ.
Deuſ inquit reſ diuiſibileſ indiuiſibiliter intelligit: que ĩ tempore
ſunt: ſine tempe: non neceſſariaſ: neceſſario: mutabileſ immuta/ Conclusio optima de Providentia
biliter: longe omnia meliuſ q̃ ordo ipſoꝝ et ratio poſtulet. Nam de Predestinatione & de Fato.
ſi omne quod in deo ẽ: modo quodã peculiari: et diuina natura
digno: eſt: Rerum etiam huiuſcemodi cognitionem: rationem eẽ
nature non caduce et labiliſ: Sed excellentiſſime atq; inaudite:
manifeſtũ ẽ. Vnita igit̃ et impaſſibiliſ earũ rerũ cognitio erit:
que multipliceſ: et paſſibileſ ſũt. Itaq; licet reſ: que ſub cognitõe

cadit:partibilis ſit:diuina tamē cognitio:etiam partibilis rei im/
partibilis eſt. et quamuis res ipſa mutabilis ſit:aut cōtingens:aut
indefinita: Illa tamen immutabilis:neceſſaria definita eſt: Non
enim extrinſecus pro rerum deteriorū natura ſuam cognitionē
recipit natura diuina: Ex quo fieret:ut q̄lis res cognita natura
ſua eſt: Talis eius cognitio haberetur: Sed hec deteriora iuxta
definitam deorū naturam indefinita ſunt:& iuxta immutabilē:
mutationem patiuntur: et impaſſibilem notam paſſibiliter: in
temporalem:temporaliter recipiūt:quippe deteriora digredi de
melioribus poſſūt: ſed meliora:hoc eſt deos admittere: quicq̄ ex
deterioribus nephas eſſet. Ex his facile ſolui ea ratio poteſt:que
ꝓbare uidetur cognitioēm dei: Neceſſitatem rebus afferre. Etſi
enim diuina cognitio neceſſaria eſt: Naturam tamen ſingulis
diſtributam nō aufert. Itaq; quod cōtingens eſt ſuam naturam
ſeruat:quanq̄ in deo:nihil contingens: ſed cuncta neceſſaria et
ſint:et intelligantur. Nec ſeqtur:ut quod a deo preſcitum: aut
p̄deſtinatum eſt neceſſario fiat. Preſciētia enim ſiue ꝓuidentia
diuina cauſa pre ſe eſt:ut hoc neceſſario: illud contingēter fiat.
Nec deum fruſtra preſciſſe aliqd:aut predeſtinaſſe dicendū eſt.
erit enim:quod nouit futurum:ſeruata tamē natura:quā rebus
quibuſq; ſiue neceſſariis ſiue contingētibus dederat: Siquidē deo
non modo effectus rerum ſed etiam cauſe ipſe:et omnes eſſendi
modi ſubiecti ſunt. Quapropter non ſequitur ſi a deo reguntur
gubernāturq; uniuerſa:aut neceſſario omnia effici:peſſundariq;
arbitrii libertatem:aut fruſtra pleraq; a rerū conditore ꝓuideri:
Et cum fatum prouidētia quedam ſit:ne ipſo quidem hec tolli
manifeſtum eſt. Nam etſi fatum immutabile eſt:utpote diuine
ꝓuidentie diſpoſitio quedā generalis a cauſa ſcilicet immutabili
ꝓficiſcens: Tamen cū res ſubiecte mutari uarie poſſint:et cauſe
medie nequaq̄ ꝑpetue ſint: Fatum quoq; ipſum mutari una cū
rerum cauſarumq; imbecillitate neceſſe eſt. ut ſepe quod futurū
eſſet:non fiat:uel cōſilio atq; induſtria hominis uel aliq̄ nature
cauſa efficatiore. Quo circa Boetius fatalem rerum diſpoſitionē
dicit non modo ab immobilibus prouidētie initiis ꝓficiſci:ideoq;
immutabilem eſſe:uerum etiam rebus mobilibus inherere. facit
enim rerū ipa mobilitas:ut qđ ſua ratiōe perpetuū uniuerſaleq;
eſt:id in agēdo et generādo ſingulare ſit. et uario mō cōtingere
poſſit. Quo fit ut accidentis contingētiſq; rationem rerū natura

ſortiatur. Hinc apud Syneſium uirum doctrina illuſtrē: rex egyptiorum: idemq; ut ille ait propheta: et diuinarum rerum pitiſſimuſ: quum imperium Oſiri filio traderet: admonet eum: ut Typhonem fratrem e medio tollat: quaſi peſtem quandam et Fatum iniquum fratrem tuum inquit: ſi recte ſentiſ: remo/uendum cura: ut tuū egyptiorumq; omniū Fatum aduerſum occupeſ: et conſilio: ne inuadat prohibeaſ. Licet enim ac fieri poteſt ꝑoſſem multa quoq; alia ad hunc locum pertinētia tū Platoniſ: tum aliorum: qui ab eiuſ diſciplina fluxerūt: in me/dium afferre de prima cauſa: et productione: gradu: ordine: diſpoſitione: cōmunicatione etiam bonitatiſ ad reſ omniſ: atq; earum differentia et ſimilitudine: tum que magiſ: & quāobrem bono et neceſſario participant: et que minuſ et quare minuſ participant: paulatim deducto in malum diſceſſu: ac lapſu: tū etiam latiuſ: unde accidenſ: contingenſ: poſſibile: et reliqua hiſ ſimilia extiterint: et quomodo ſimul hec et bonitaſ ſumma ſeruantur: et manēt: et neceſſitaſ rerum ſuperiorum poteſtati noſtre. nulla ex parte repugnat. Verum ne longior ſim q̃ a principio conſtitui: hec miſſa faciā. Nam que de fato Platōiſ ſententia dicenda erant: quantum pro loci et temporiſ ratione licuit: diximuſ ſatiſ. Ariſtoteleſ autem uſuſ quidem nomine fati eſt. Sed quid fatum ſit: minime declarauit. Videtur tamen ipe quoq; naturam fatū uocare: Sed lōge aliter q̃ Plato. et enim ſi Alexandro eiuſ expoſitori adhibēda fideſ eſt: Fatum iuxta Ariſtoteliſ opinionem non in ſubſtantiiſ eterniſ eſt: nō in hiſ: que ſemper eodem modo fiunt: Sed duntaxat in rebuſ gene/rationi corruptioniq; ſubiectiſ: et natura aptiſ ad mutationem oppoſitorum: ut non omniſ natura: ſed ~~ſinguliſ~~ tantummodo singularis fatum contineat. Artem uero: arbitrium: omnem hominiſ rati/onem fato ſolui: uidetur exiſtimare. Fatum itaq; ſententia Ariſtoteliſ non omnem cōplecti naturam: ſed eam tantūmodo partem: que generatione ac corruptione uarietur: Idemq; eſſe: quod ipſam partem nature: et neq; naturam neq; fatum eſſe neceſſaria: ſed ut ꝑter naturam: ſic preter fatum multa euenire a diligentioribuſ eiuſ expoſitoribuſ accepimuſ. Nec uerba eiuſ ex primo meteororum libro ab hoc diſſentire uidētur: Horū inquit omniū cauſa ponēda eſt: ꝙ per tempora fatalia fiunt: ut in temporibuſ anni hyemſ: ſic circuituſ cuiuſdam lōgi: parſ

hyemſ fit hiſ uerbiſ naturam fatū eſſe dicere uidetur. hec enim fatalia ſunt: hyemiſ et reliquarum uiciſſitudinū tempora: que quanuiſ naturaleſ habeant redditus: non tamen taleſ: ut tran/ſcendi nō poſſint. Vnde fit ut etiam preter fatum poſſit aliqd fieri: uidelicet in hiſ rebuſ: que generationi dantur. Vt etiam quinto phyſice auditiōiſ libro dictū legimuſ: An generatioēſ etiam ſint uiolente nec fataleſ quibuſ cōtrarie naturaleſ ſunt? Cum itaq; uiolentum et non fatale pro eodem accipiat: pro/fecto ꝙ ſecūdum naturam ſit idem eſſe: quod fatale: ſententia eiuſ exploratum eſt. quod enim uiolētum: Id preter naturam eſt: quin etiam alibi augmenta: que preter nature ordinem fiunt: augmēta preter fatum appellat: q̄ſi certum reuolutionū celeſtium ordinem Fatum eſſe exiſtimet: Sed Plato cauſam ordiniſ diſpoſitioniſq; ipſiuſ nature in primiſ fatum cenſet: et cur ſepe uariſ temporibuſ lociſq; eadem eueniant: omniſq; ge/neratio agat: cauſam reddit mundi coniunctionē et unionē: Et quaſi conſpirationem: ac partium inter ſeſe omnium con/ſenſionem: atq; etiam corpuſ beatum: ut ille uocat: quod cir/cunfertur et cuncta ambit: et cōtinet. Inde initia quedā mitti ad hec inferiora conſtituit. et circuituſ quoſdam ex aſtrologia ſtellarū ac ſpherarum aducit: alioſ ſimpliceſ: alioſ compoſitoſ: quibuſ redeuntibuſ: redire etiam ortuſ: uitaſ: moreſ: fortunaſ: opera: eodem modo: atq; iiſdem: que olim fuerant: cauſiſ. Hec etſi in magna fore controuerſia nō ignoro: an uidelicet fatū ſit: et quid ſit: et utrum ita ut Plato cēſet: an ut Ariſtoteleſ: an alia quauiſ ratione: tamen quod ad calumniatorē ſpectat: ſatiſ dictum eſt: quando nec utrum ſit: aut non ſit fatum: nec quid ſit: nec tale aliquid querit: Sed Platonē dūtaxat reprehendit: ꝙ omnia fati neceſſitate conſtrinxerit. Ex cuiuſ uerbiſ palam fit: nō ita eē ut aduerſariuſ ſcribit: ſed contra uel ſolū Platonē: uel unum ex omnibuſ maxime: cum noſtra religione hoc loco conuenire. Hoc enim precipue meum inſtitutum fuit: ut non dubia ipſa diſcuterē: Sed Platoniſ de huiuſmodi rebuſ opinionem aperirem: falſoq; eum oſtenderem ab aduerſario reprehendi. Quod cum ſatiſ iam a me factum exiſtimem: dixi: enim qd Plato de deo p̄mo: et ſummo ſenſerit: qd de trinitate: quid de entium productione: quid de anima: de prouidentia: de fato: ſupeſt: ut de principiiſ: que Plato ad figurarū rationē

refert: reſpondeam. Siquidem aduerſariuſ: ex hoc maxime detegi Platoniſ inſcitiam aſſeuerat: q in figuraſ planaſ rerum naturalium elementa reſoluit. Quem locum ne minuſ multa ſcire uideretur. Argumētiſ qbuſdam: que neſcio quo dictante: accepit urgere conatur: et teliſ alieniſ armatuſ in certamen deſcendit. Quippe argumenta quibuſ Ariſtoteleſ aduerſuſ Platonem uſuſ fuit non ad ſententiam: sed ad primum quaſi aſpectum: pro ſuiſ ſumpſit. Addidit etiam nonnulla: que noſtre etatiſ expoſitoreſ Ariſtoteliſ argumentationem ſecuti captioſe quidem non tamen ſine artificio protulerunt: que omnia non modo apte: ſed etiā facile ſolui poſſe: progreſſuſ noſtri operiſ explicabit. Nam ſiquid ex ſe aduerſariuſ addidit: ne reſponſione quidem dignum eſt: quum nihil habeat: quod ad aliquā philoſophie partem poſſit referri. Agit qdem Ariſtoteleſ ſemp more eorū: qui aliqua de re docent: ſermōe artifitioſe ſcripto: et optima ratiōe diſpoſito. Sententiaſ enim ſuperiorū auctoꝝ exponit: et q̄ maxime poteſt coarguit: Sed ſiqui in opinionibuſ errarunt: eorum medullituſ exquirenſ errorem explicat. Si qui uero uerba fortaſſiſ ex re alia in aliam transferenteſ: minuſ proprie locuti uidētur: Eorum uerba ipſa parum propria inſectatur: nec quod illi ſenſerunt: ſed quod uerbi improprietate urgeri poſſunt: conatur refellere. Quod iudicio qdem omnium doctiſſimorum: ideo: ut ſupradiximuſ facit: ne quiſ primo aſpectu ſermoniſ arreptuſ: ſentiat quod alienum ſit a rei de qua agitur recta ueraq; ratione: Quod autem hoc uere dicamuſ: uno quodam exemplo omnium maximo atq; apertiſſimo māifeſtum faciemuſ. Id autem eſt quod primo phyſice auditiōiſ libro parmenidi et meliſſo opponit. et enim que illi: non ut phyſici: ſed ut theologi de ente intelligibili ac primo principio diſſeruerūt: Ipſe q̄ſi de principiiſ: cauſiſ: et de elemētiſ naturalibuſ dixiſſent: reprehendit: Erraſſeq; illoſ pluribuſ argumentiſ conatur oſtendere. Si enim hoc in loco ubi de ſummiſ philoſophie opinionibuſ agitur: ſententiā Parmenidiſ et meliſſi. quanquam ueram eſſe exiſtimat nec ab ea opinione diſſentit: tamen diuerſa diſſimulat: et quaſi non recte illi ſenſerint contra argumenta optendit: profecto nemini dubium eſt: quin hic uerbiſ non ſenſui obiciat: ne imperitum uulgu

uocabuliſ herenſ ſeduci poſſit ac decipi. Hunc igitur locum:
ſiquiſ latiuſ audire cupit: multoſ autem eſſe opinor preſertim
latinoſ: qui cum non habeant ueterum illorum opera: libenter
audierint quibuſnam rationibuſ adducti: ea de rebuſ propo/
ſitiſ ſenſerint. que non parum abſurda primo aſpectu uident.
hunc inquam locum poſtea exponam: quantum ſatiſ eſſe iu/
dicauero. Nunc quod incepi proſequar. Nemo certe exiſti/
mare debet uel Ariſtotelem peruerſe: aut imprudenter feciſſe:
uel ſapientiſſimoſ illoſ uiroſ: qui interdũ ab eo reprehendunt:
ea: de quibuſ arguũtur: ſenſiſſe. Nam quod ad moreſ Ariſto/
teliſ pertinet: equidem probum illum fuiſſe uirum exiſtimo:
quod uero ad doctrinam. Sciebat quidem ille: que ſepiſſime a
Platone preceptore ſuo audierat: eaq; memoria tenebat. Sed
auditorum adhuc imperitiorum ingenio humaniter cõſulenſ:
ea proponebat: Vt omni ex parte tutiſſime erudirẽtur: Itaq;
eoſ: qui male Platoniſ uerba: uel intellexiſſent uel intelligere
potuiſſent coarguenſ: Platonem ipſum reprobare uidebatur.
Ceterum: ut ratio cur Plato principia rerum naturalium in
figuraſ planaſ lineaſq; reſolueret: et quo modo id Ariſtoteleſ
reprehenderit intelligatur: animaduertendum eſt: quod inter
omneſ conuenit: tam Platonem: quam Timeum: qui Platone
uetuſtior eſt/ ignem: aerem: et reliqua huiuſmodi elementa
pro materia ſecunda compoſitorum corporum ſtatuiſſe: eaq;
ipſa elementa reſoluiſſe in materiam primam: & formã: quod
licet plane intueri: tum in Timei libro: tum in eo Platoniſ ſer/
mone: quem Timeum ſequutuſ nomine eiuſ inſcripſit. Sed
quoniam forma ipſa elementorum recipi in materiam non
poteſt: niſi ipſa materia ſibi indeterminate inſita habeat: ea:
que in generatione determinantur: ideo alii q̃litatibuſ primiſ
caliditate ſcilicet: ſiccitate: humiditate: frigiditate p̃cedẽtibuſ
quodam modo in materia: hoc eſt corpore ex quali: genera/
tionem fieri uoluerunt: cuiuſ ſentẽtie Ariſtoteleſ eſt: addita
leuitate et grauitate: que cauſe ſunt motuſ ſimpliciſ ac natu/
raliſ: natura enim motu precipue notatur: Alii quoꝝ p̃nceps
ẽ Democrituſ: ut Theophraſtuſ in libro de naturalibuſ tradit:
Spretiſ hiſ: qui caliditatem: frigiditatẽ: reliquaq; huiuſmodi
principia ponebant: indiuidua corpuſcula: que ipſi athomoſ

uocant: pro primiſ cauſiſ ſtatuere: Pythagorei uero Timeuſ et Plato figuraſ planaſ excogitarunt: uidelicet: que ſimul et quantitatiſ et qualitatiſ rationem ſuggererent. Cum enim auctoreſ illi qualitatum primarum: cauſam: quare igniſ cale/faceret: aqua frigefaceret: nullam redderent: niſi ꝙ alterum calidum: alterum frigidum eſſet: Nec quicꝙ̄ ulteriuſ quererēt: hec ſcilicet pro ꝑmiſ cauſiſ accipienteſ: Pythagorei exqſitiuſ hec tractari cenſuerunt: ſi qualitatū quoq; huiuſmodi cauſaſ inueſtigarent. Itaq; ulteriuſ reſoluenteſ ad planaſ demum figuraſ deuenerunt: eaſq; cauſaſ eſſe prioreſ caliditatiſ frigi/ditatiſue dixere. Que enim diſcernere ac diuidere poſſent: hec ſenſu caloriſ: que uero cōſtringere ac cōdenſare: hec frigoriſ ſenſu efficere poſſe crediderunt: Figura autem etſi qualitaſ ē: tamen ante qualitatem intelligi poteſt: utpote que de genere quātitatiſ deducta eſt: Omne enim corpuſ: priuſꝙ̄ quale ſit: quantum eſt figuratum. Itaq; materia prima per ſe incorpea eſt: Secundum autem ſubiectum corpuſ ex quale per ſe eſt: Sed figuriſ uarie formatum: quod á corpore mathematico differt: quatenuſ ipſum materiale eſt: tāgiq; poteſt: cū ſcilicet corpulentia ſua: quanꝙ̄ non caliditate aut frigiditate: tactui obnoxium ſit. Hoc igitur ſecundo ſubiecto uarie figurato ſuggeri quattuor elementorum principia uolūt: ſcilicet py/ramide igniſ octedro aeriſ: icoſedro aque: cubo terre: atq; ex huiuſmodi figurarum differentiiſ ceteraſ omniſ ſiue uirtuteſ: ſiue potentiaſ ſequi: et uiciſſim mutationeſ et generationeſ. utputa ꝙ ex pauxillo aque multum aeriſ generetur cauſam reddunt: ꝙ cum aque figure ſint plureſ. icoſedriſ enim com/plentur: quotiēſ diſcernunt̄. multa neceſſe ē octedra cōſtitui: proindeq; multum aeriſ: qui ex octedriſ conſtat: conflari oportet. Rarefactioni enim et condenſationi: que potentie incorporee ſunt cauſam tribuere auctioniſ diminutiōiſue nō probant: quando quidem non poſſe fieri exiſtimant: ut po/tentia incorporea ſuperueniente uel augeri uel diminui ipſa corpora poſſint: Diuidi etiam poſſe negāt. Diuiſionem enim fieri per figuram igniſ: qui diuidit: nō autem potentia incor/porea exiſtimāt: Negāt quoq; fieri poſſe: ut frigide q̄litatiſ additione grauior corpulentia fiat: quod enim graue ē: q̄tum

non quale eſſe opinantur: Itaq; equalitate et inequalitate
cenſent eſſe diuidendum. quemadmodum igitur Ariſtoteleſ
corpuſ ex quale: quod qualitatibuſ ſubiaceat: primum fieri ex
materia et forma: finitumq; eē ſtatuat: profecto ut figuram
quoq; idem habere cócedat: neceſſe eſt: nec figuram ꝑcedere:
qualitateſ ſequi neget. Sic pythagorei quum principia qua/
litatum quererent. ad figuraſ poſtremo deuenerunt: Non
tamen figuraſ mathematicaſ: que longitudinem duntaxat et
latitudinem haberent: hiſ enim opponi illa merito poſſent:
que ab Ariſtotele dicta ſunt: Sed naturaleſ figuraſ: que cum
longitudine et latitudine altitudinem etiam ſiue profundi/
tatem haberent: et prime cóſtitui í rebuſ naturalibuſ poſſent.
Quod ita opinari ſe plane oſtendunt: cum materialeſ dicunt
figuraſ. Quocirca quum primo de materia docent: figurari
eam formuliſ: et numeriſ aiunt. quod Timeuſ in eo: quem ſu/
pradiximuſ libro hiſ uerbiſ expreſſit.. Principium eorum que
generatur ē materia ut ſubiectum: forma: ut ratio: ex quibuſ
corpora ſimplicia orta ſunt: terra: aqua: aer: igniſ: quorum
generatio taliſ ē. Corpuſ oīe ex planiſ ē: plane ex trianguliſ:
quorum aliuſ rectāguluſ eſt: aliuſ eqcūriſ: aliuſ ſemiquadran/
guluſ. cunq; reliquaſ enumeraſſet triangulorum differentiaſ:
quattuor ex hiſ ſupradictaſ figuraſ conſtituit: quaſ elementiſ
quattuor tribuit: Hanc igitur opinionem nihil ex hiſ que
Ariſtoteleſ obiicit: infringere poteſt: Neq; enim ex hiſ ꝑtem
linee non eſſe lineam ſeqtur: neq; lineam ex punctiſ cóſtitui:
aut magnitudinem non eſſe in infinitum diuiſibilem: nec relq̄
que ex mathematica ratione obiici poſſent. Nec uero impoſ/
ſibilia illa: que ſequi corpora naturalia dicit ex linearum
indiuiduarum poſitióe ſequunť: Non enim linee ex punctiſ
conſtituuntur: ut in puncta diuidi poſſint: neq; motuſ a cor/
poribuſ tollitur: neq; grauitaſ: aut leuitaſ: aut ulle omnino
paſſioneſ huiuſmodi a rebuſ naturalibuſ hac ratióe remouenť.
multo quoq; minuſ ſeqtur qcq̄ ex hiſ: que aduerſariuſ effudit.
Magni ꝑfecto momenti eſſent obiecta Ariſtoteliſ: ſi illi ma/
thematicaſ figuraſ ſtatuiſſēt. Verū quoniā nó mathematicaſ
ſed naturaleſ eſſe uoluerunt: argumenta illa non tam ſenſum
coarguunt: q̄ uerbiſ illudūt. Ratio igitur quamobrem Plato

pro qualitatum principiiſ figurarum quantitatem ſtatuerit: ſatiſ hinc manifeſta eſt. Licet tamen etiam aliter hanc opi/nionem tueri. ꝙ uidelicet nec Pythagorei: nec Plato principia rerum naturalium huiuſmodi: triangulos: tanq̃ rem certam poſuerint. Sed quemadmodum aſtrologi: cum cauſam que/rerẽt: inequabiliſ motuſ celeſtium corpoꝝ: qui ſcilicet equabili certo et ordinato eorum motui contrariuſ eſt: alii ecentricos: alii epicyclos: alii reuoluenteſ ſpheraſ introduxerunt: non ꝙ uarietaſ iſta in celo ſit: ſed quia principiiſ huiuſmodi poſitis: ſeruari poſſunt: ea que preter rationem uidebantur accidere: cum tamen omnia celeſtia corpora orbe ſuo et equabiliter moueantur: Sic illi cum generationiſ rationem nullo modo ſeruari poſſe exiſtimarent: niſi quantitaſ aliquo modo prior cõſyderaretur: et quoniam indeterminata eſſet: ad figurarum rationem ſimplicium: et ſimilitudine proportioneq; coheren/tium aptiuſ referretur: Idcirco figuraſ ita pro principiiſ ſimplicioribuſ poſuerunt: ut eiuſmodi quantitaſ ſub noticiam ſue qualitatiſ: que certa figura eſt caderet: et quanq̃ non ita eſſet: quaſi tamen ita eſſet: intelligeretur. Cuiuſ rei ut clariuſ ueritaſ eluceſcat: uidete quid Plato ipſe: poſtq̃ figuraſ pro principiiſ ſtatuerat. loquatur: et quomodo eam poſitionem non ſatiſ certam probandamq; exiſtimet. Sed ſiquiſ inquit aptiuſ excogitare quicq̃ poteſt ad eorum cõſtitutionem: illũ ego nõ ut hoſtem odero: ſed ut amiciſſimum amplectar. Et ante hec principium igniſ inquit & corporum ceterorum po/nimuſ: quemadmodum ſuadere nobiſ probabilior ratio uidetẽ. Principium autem principiorũ deuſ norit: et homo: qui deo chariſſimuſ eſt ⁋ Simile quidam ab Ariſtotele de huiuſmodi rerum dubitatione in ſecundo libro de celo dici uidetur / Cum enim cauſã indagaret / cur non ea que longiuſ a prima ſphera ſunt / Paucioribuſ motibuſ moueantur: ueneratione (inquit) potiuſ dignum / q̃ reum temeritatiſ hunc animum arbitrari oportet / Siquiſ philoſophandi diſciplinam ſitienſ / Exiguaſ etiã facultateſ libenter haurit in hiſ rebuſ inueſtigandiſ; quaꝝ dubitatione maxime teneatur. Itemq; exquirendum ampliuſ de hiſ eſt; quanq̃ parum certi habemuſ; unde exordiamur: Tanq; remoti ſumuſ ab euentiſ; que ipſiſ accidunt: Non ita

·II· C· XI· ·112·

ſarie audaceſ ac temerarii doctiſſimi illi uiri fuere: ut ſe rerum omnium: cauſaſ compertaſ habere exiſtimarent. ſed que per/fecte nouerant demonſtrabant: de quibuſ uero ambigebant: ea quanto magiſ poterant probabili ratione tractabant. Nec pudebat eoſ fateri: non omnia nature ſecreta potuiſſe com/prehendere. Sic igitur Pythagorei et Plato in exquirendiſ rerū principiiſ: ulteriuſq̄ elementorum ſumerent qualitateſ com/perire ſimpliciuſ aliquid conati ſunt: et quod compererunt tam diu ſeruandum cenſuere: donec meliuſ aliquid occurreret: Quem morem doctiſſimi omneſ et uetuſtioreſ et iunioreſ ſeruauere. Aduerſariuſ autem uiroſ doctiſſimoſ reprehendit: damnat: maledictiſ: contumeliiſq; inſequitur: quaſi ipſe norit: que illi neſciuerunt: et liceat in quem uelit pectoriſ ſui uiruſ euomere. ❡ Sed iam tempuſ eſt: ut quod pollicituſ fui: per/ſoluam: ambiguamq; apud latinoſ Parmenidiſ et Meliſſi ra/tioēm explicē. Erit enim (ut opinor) operepretiū id audiuiſſe: Deinde huic quoq; libro finem imponā. Cum Ariſtoteleſ rerū naturalium principia/quot/& que eſſent inueſtigaret/Neceſſe eſt (inquit) aut unum eſſe/aut plura: et ſi unum/aut immobile/(ut Parmēideſ Meliſſuſq; dixere) aut mobile (ut phyſiciſ placet. Poſt (ubi nonnulla de altera ſue diuiſioniſ parte diſſeruit) ag/greſſuſ eſt alteram: atq; unū et immobile eſſe enſ ſiue p̄ncipiū entium/quod poſitum a Parmenide & Meliſſo fuerat/refellit. poſitionēq; huiuſmodi haud quaq̄ ad nature conſyderationē pertinere dicit: Nec poſſe principium eſſe/ſi unum ſit et ita unū immobile: quippe alicuiuſ rei aut aliquarum rerum p̄n/cipium eē oportere: quod principiū ſit (uidelicet) ut ea quorū principium eſt/repreſentet. Hoc uero non ita eſſe/ſi enſ (ut illi dixerunt) unum ſit ſolum. Itaq; poſitionem inopinabilem/ra/tiocinationem captioſam: falſam: inconcluſam (tam materia/q̄ forma argumenti peccantem) Hanc Parmenidiſ et Meliſſi ſententiam dicit: et reliqua que pretereo (neq; enim referre omnia neceſſe eſt. Sic Ariſtoteleſ illoꝝ inſcitiam redarguere: Sententiamq; eorum nulla ex parte probare uidetur. Verū longe aliter reſ ſe habet (quod ut dilucidiuſ aperiatur/Repe/tendum paulo altiuſ eſt: quod illi docere pollicerentur: et de ea re ſentirent: quam ſibi exponendam ſtatuerant: Non illi

parmenidē et meliſſum nō male dixiſſe. apud eos homines qui recte sētētias animi ꝓpēdunt, bone mētis parte habent.

naturaliſ diſciplīne ſeſe profeſſoreſ faciebant; Nec de pncipiiſ elementiſq; nature(eo loco)docere propoſuerant; Sed de uere ente intelligibili;et primo principio ſciſcitabantur. Quod ipē quoq; Ariſtoteleſ ſignificare uidetur principio ſtatim ſuorum uerborum quum dicat.;Neceſſe eſt aut unum principium eē; aut plura;etſi unum;aut immobile(ut Parmenideſ ait & Meliſſuſ:aut mobile(ut phiſiciſ placet;Quaſi dicat Parmenidem et Meliſſum in phyſiciſ minime numerari ;Et rurſuſ ad extremum ita inquit. Enſ eſſe unum; ꝙ impoſſibile ſit;apertum iam eſt:at ut phyſici dicunt;duplex eſt moduſ:Recte quidē a phyſiciſ eoſ ſeparat Ariſtoteleſ;non enim phyſici erant;nec de principiiſ phyſiciſ(hoc eſt naturalibuſ(ſed diuiniſ et intelligibilibuſ diſſerebant. Quin etiam in hiſ libriſ;quoſ de eiſdem rebuſ ſcripſit;et metaphyſica hoc eſt ſupernaturalia appellat: non ita eoſ inſanoſ facit; ut inter ignem et aquam;diſcrimen eſſe cognouerint. Immo uero in libro de generatione et corruptione tam ipſe q̄ eiuſ expoſitoreſ referunt Parmenidem in eo uolumine;quod de opinabili ratiōe inſcripſit;qa uidelicet reſ ſenſibileſ et opinabileſ in eo tractantur;ignem ac terram principium rerum omnium ſtatuiſſe: In eo autem;qui de ueritate inſcribitur(Vbi de intelligibilibuſ et diuiniſ tractat:in quibuſ ſoliſ ueritaſ certa precipuaq; conſiſtit;unum omnia eſſe;dictum;ab illo fatentur ;Tum etiā alibi idem Ariſtoteleſ pluſ tribuere Parmenidi uidetur ; q̄ rerum naturalium ratio patiatur (ſiquidem ita inquit. Parmenideſ itaq; alio uidetur ſpectare(quaſi dicat;non rem naturalem Parmenidiſ tractat: cum unum eſſe omnia aſſerit:ſed aliud quidem intelligere uidetur: Quomodo enim Ariſtoteleſ ignorare illoſ exiſtimaret tam uariam atq; multiplicem rerum formam:aut ſaltem illud ſe duoſ pedeſ habere. Cū itaq; uiri illi de rebuſ intelligibilibuſ ac diuiniſ;et de primo principio;uereq; ente agerēt;hiſ uerbiſ utebantur(unum eſſe enſ ipſum;idq; immobile; et infinitum: et reliqua;que huic ſententie cōueniunt: In qua re cum alioſ pleroſq; uetuſtioreſ ſequuti ſunt;tum ī primiſ Xenophanem doctiſſimum uirum; qui preceptor Parmenidiſ fuerat: Conuenit enim inter Xenophanem atq; Parmenidem: enſ ipſum unum atq; finitum eſſe(ea ratione)ꝙ unum priuſ q̄ multa eē

ī ne quaquā

Xenophaneſ preceptor pmēidis.

neceſſe ſit. et quod ceteriſ omnibuſ cauſa eſt: ut determinētur et finiantur: id finitate magiſ: q̃ infinitate deſcribi debeat. Tū etiam quia: quod omni ex parte perfectum abſolutumq; eſt: ſuumq; precipuum obtinet finem: id finitum: et finem ac prin/cipium omnium eſſe oporteat: ꝙ enim impfectum et indigēſ eſt: id nondum finem recepiſſe dicendum eſt. Verum in eo inuicem diſſident: quod ad motuſ priuationem pertinet. Xe/nophaneſ enim in eo quod motu ita priuatur: Vt nunquā moueri poſſit: quietem etiam eſſe merito negat. Quod Plato etiam facere uidetur in prima Parmenidiſ poſitione. At Par/menideſ cum carmine ſcriberet: morē ſequutuſ eſt uulgatiorē: et quia que manent: nequaq̃ moueri perſpicuum eſt: idcirco cum enſ ipſum immobile uellet ſignificare: manere dixit. Me/liſſuſ idem enſ infinitum aſſeruit quia eiuſ ſubſtantia immenſa eſt: et uirtuſ infinita. Ingenitum etiam eadem ratione dixit: In ceteriſ cū ſupradictiſ conſentit. Hoc modo ipſi quoq; inter ſeſe cum ſententia minime diſcrepent: uſu tamē quodam uer/borum contraria dicere uidentur. Afferam uerba ipſa Meliſſi: quibuſ uniuſ entiſ infinitudinem: per ingeniti rationem de/monſtrat. Cum igitur inquit non genitum ſit: ſemper et erat: et eſt. et erit nec principium habet aut finem: ſed infinitum omnino eſt. Nam ſi genitum eſſet principium certe haberet: incepiſſet enim aliquando gigni. finem etiā haberet. deſineret etiam aliquando eſſe: Cum itaq; nec inceperit. nec deſierit: ſemperq; fuerit: futurumq; ſit: ſequitur: ut neq; principium habeat neq; finem: proindeq; infinitum ſit. ſic Meliſſuſ quia enſ ipſum unum principio ac fine temporiſ caret: ſemperq; eſt: infinitum eſſe aſſeuerauit: Quod a Parmenide quoq; probari uidetur: quatenuſ ad hanc pertinet rationem: nec infinitum ſolum: ſed ingenitum etiam: et incorruptibile dicit̃ iiſdem fere Meliſſi uerbiſ: niſi ꝙ hic uerſibuſ ſcribit: in quibuſ tranſlatio ſepe uocabulorum concedi ſolet. Ita enim inquit.

Ingenitum quando eſt: ſit et immortale neceſſe:
Vnigenum: immotum: immenſum ſine fine: perenne
Quod nec erat: nec erit: totum nunc eſſe fatendum eſt.
Vnum: continuum: nam quem eiuſ dixeriſ ortum.
Aut quo tandē? aut unde? nec ex non ente putandū eſt.

Nec dici ore poteſt: noſtra nec mente reuolui.
Quod nihil eſt. Nam quid poſt ipſum fecit oriri.
Aut prius? entis enim non ſunt primordia primi.
Nunq̃ ergo aut ſemper de quo nunc dicimus ens eſt:
Ex nihilo q nihil fieri ſententia perſtat
Ergo ortus nullus nec erit poſt ſecula finis.
Ita Parmenides ens ipſum unum: ingenitum: incorruptibile: infinitum: immobile: ſtatuit. finitum aũt his uerſibus exp̃mit:
Eſt et idem: per ſeq; manens: ens ſemper eodem
Immotum fixumq; ſimul: uis magna neceſſi:
Implicat hoc circum ſummo quoq; fine coercet.
Quod ſi fine uacet: nequaq̃ dicimus eſſe.
Siquid nanq; deeſt: opus eſt ens omne deeſſe.
Nam ſi ens ipſum eſt: nec nõ ens: nihil deſyderat nulloq; eget: nullo aũt egẽs pfectum ẽ: pfectum quod eſt: finẽ habet. non itaq; infinitum eſt. q enim finem habet: Terminũ atq; exitũ habeat. Neceſſe eſt. Quo fit ut nulla in eorum ſententiis controuerſia ſit: ubi eadem de re ab eis diſſeritur: Quanuis autem aptum iam ẽ: per ea: que dicta ſunt: nõ de rebus ſenſibilibus: et principiis autem elementis nature ſed de ente intelligibili: abſtracto ab om̃i materia et primo uereq; ente: quam formam primam appellare poſſumus: illos diſſeruiſſe: tamẽ ut id etiam longe manifeſtius eluceſcat: quid Parmenides ipſe poſt ea: que dicta ſunt: adiunxerit: audite.
Hactenus et ueri mentem intemerataq; uerba
Nunc res mortales: carmen quoq; ſumite fallax
Veram ſententiam et rationem: uſumq; ſermonis intemeratũ hic dicit eum: quem de ente intelligibili et uere ente quiſquã habeat. Senſus autem et opiniones mortales et ſermonem fallacẽ rebus naturalibus tribuit: non q in entis intelligibilis etiam conſyderatione falli decipiq; homo nõ poſſit: ſed quia ens ipſum ſua natura eſt certiſſime firmiſſimeq; rationis. Res enim naturales, quoniam ſub ſenſum cadũt, et fluxe atq; mutabiles ſunt, opinione potius comprehendi, q̃ ſciẽtia dicuntur. Scientia enim eſt cognitio certa & immutabilis, quam habere in rebus que ſenſu percipiuntur non poſſumus: ſed decipi: falli: errare (ut Parmenides inquit) neceſſe eſt. quemadmodum etiam

Plato: ea que ſemper ſunt: nec unq̃ gignuntur mente inquit percipi poſſe: ac certa ratione cognoſci: Contra uero que ſemp gignuntur: nec unq̃ ſunt: hec opinione cum ſenſu rationiſ ex/perte comprehēdi: Affert deinceps Parmenideſ principia ſiue elementa rerum primamq; oppoſitionem ipſe quoq; exponit: quam ſuo uerſu flammam: et noctem appellat: quaſi lumen et tenebraſ. Rarum etiam et denſum: aut leue et graue: aut idem et diuerſum: et om̄ino oppoſita dicit: que omnia procul dubio ad priuationem et habitum referūtur. Nec forme aut materie nomē ignorare uidetur: quanq̃ uocabuli diuerticulo utitur: uel carminiſ gratia: uel ut ſuperiorum philoſophorum conſuetudinem ſeruaret: niſi: quod reor: illi etiam uerſu phi/loſophie precepta tradiderint. Ita enim ſcribere uetuſtioreſ illi ſolebāt: et primum Pherecidem ſoluta oratiōe uſum legi/muſ: Verum animaduertite: que deīcepſ duobuſ ſuperioribuſ uerſibuſ addidit.

Principio duplicem ſtatuerunt dicere formam:
Altera ſed minuſ eſt tali cognomine digna.
Quod ſimulanſ uerum: fallit mortalia corda.
Haſ contra aduerſo poſuerunt ordine metaſ:
Hic flammam ethercam ſtatuunt raramq; leuemq;
Ipſa ſui ſimiliſ ſemperq; ſibi undiq; conſtat
Illic obſcuram aduerſantemq; undiq; noctem
Incomptam: humentem: gelidam: denſamq; grauemq;

Hec de principiiſ rerum naturalium: Parmenideſ refert: Enſ autem illud intelligibile: et uere ac proprie enſ: quod unum non ſolum ipſe ſed etiam uetuſtioreſ philoſophi et ponunt & nominant: quando unum ſolumq; opinatur: non ſine cauſa immobile eſſe affirmat. Ita enim inquit.

Immotum: ualidiſ iniecta in finibuſ arcet
Vincula: principiiq; experſ: finiſq; futuri
Hinc et enim longe finiſq; ortuſq; recedunt
Vera fideſ hec eſt: nec hoc qui credit aberrat.

Et cauſam quare immobile ſit reddēſ: ea dicit: que ſimul et finitum et immobile eſſe demonſtrant: Immotum (inqt) fixūq; manet uiſ magna neceſſi: Implicat hoc circum ſummo quoq; fine coercet: et reliqua que ſequuntur. Ita enim exiſtimat:

Cum nõ enſ omnibuſ careat: enſ nullo careat. ſed perfectum
abſolutũq; ſit: qđ aũt mouet̃: ea re careat cuiuſ gratia mouet̃
neceſſario ſeq: Vt enſ immobile ſit: qđ Meliſſo quoq; placere
uidetur: cum eo medio: ꝙ nihil uacuum atq; inane ſit immo/
bilitatem entiſ conatur demõſtrare. Eiuſ uerba hec ſunt. Nec
uacuum ullum ẽ: quippe uacuum nihil eſt. Ergo quod nihil
eſt: eſſe non poteſt. Nec uero moueri enſ poteſt. Quo enim
ferri poſſet: quum nihil ſit preter enſ ipſum. Nam ſi uacuum
foret quicꝗ̃: iretur ad uacuum. Sed quoniam nihil eſt: quod
uacuum dicitur: Ideo uno ente om̃ia complentur: et quo enſ
ipſum moueri queat: quum plenum ſit: nihil eſt. Quin etiam
quum nullo omnino motu: enſ mutabile eſſe oſtenderet: unũ
inquit et idem ſibi ſemper ſimile eſt. Quod aũt ſibi ſimile hoc
modo eſt: nunꝗ̃ uel perire: uel augeri: uel dolere: uel alia hu/
iuſmodi mutatiõe affici poteſt: Nam ſi quo huiuſmodi motu
afficeretur eſſe non poſſet: quod enim motu quouiſ mouetur:
id de altero in alterum mutari neceſſe eſt. At nihil eſt preter
enſ ipſum: Ergo enſ ipſum immobile eſt. Sic igitur uiri illi lo/
quuti fuere: quoſ Ariſtoteleſ falſa ſenſiſſe: nec ratione quicꝗ̃
ſcripſiſſe criminatur. Sed magiſ inqt Meliſſi ratio importuna
eſt: et nullam dubitationem habet. Voſ iam quid Meliſſuſ et
quemadmodum dixerit: ĩtellexiſtiſ: facileq; iudicare poteſtiſ:
an importũe aliquid: et temere uel ille: uel Parmenideſ diſpu/
tarit et ſenſerit. Differunt: illi qdem de ipſo ente ſimpliciter: et
forma ꝑma immateriali: intelligibili eterna: que omnẽ phyſici
conſyderationem excedit: ſentiuntq; ea: que nemo theologuſ
negare auderet: et ea ꝓbant argumẽtiſ debita forma diſpoſitiſ.
Verum tamen ab Ariſtotele: quaſi nihil recte uel ſenſerint:
uel ſcripſerint reprehenduntur et que illi de diuiniſ rebuſ
locuti ſunt: quaſi de naturalibuſ dicta eſſent: a phyſica ratiõe
propulſantur. Quod utrum honeſtiuſ diſtinguendo ꝗ̃ repre/
hendendo fieri potuiſſet: non equidem quero. Sed cum ita
Ariſtoteleſ uoluerit: reprehenſio eiuſ pro diſtinctione potiuſ:
ꝗ̃ pro nota inſcitie doctiſſimorum uirorum accipienda eſt.
Ceterum quia cauſã hanc apud iudiceſ agimuſ: ne egiſſe pro/
tinuſ ſine teſtibuſ uideamur: citetur Theophraſtuſ: alter Ariſ/
toteleſ. hic Xenophanẽ: quẽ Parmenideſ audiuit atq; ſecutuſ

eſt: nequaq̃ inter phyſicoſ numerandum: ſed alio loco conſti/ tuendũ cẽſet. Nomẽ inqt uniuſ et uniuerſi deũ Xenophãeſ appellauit quod unum: ingenitum: immobile: eternum dixit. ad hec aliquo quidem modo: neq; infinitum: neq; finitũ: alio uero mõ etiam finitum: tum etiam conglobatum diuerſa ſcilicet noticie ratione. mentem etiam uniuerſam hoc idem eẽ affirmauit: Nec uero Theophraſtuſ ſoluſ hec dicit: Sed Ni/ colauſ quoq; Damaſcenuſ: et Alexander aphrodiſienſiſ eadem de Xenophane referunt: opuſq; Meliſſi de ente et natura in/ ſcriptum dicunt: Parmenidiſ de ueritate: et opinatione: q̃ ſi hec illi: quiſ Ariſtotelem hec eadẽ cognita pſpectaq; habuiſſe non credat. Sed uoluit ut ſupra dictum eſt: auditoribuſ ſuiſ conſulere: ne forte diuinarum rerum diſciplinam: ad naturaliũ conſyderationem imprudenter tranſferrent. Itaq; diſſimulat uerbiſ in phyſiciſ: que undecimo diuinarũ rerum libro de pmo principio aperte fatetur: quum: unum immobile eternum eſſe dicat: et uerſu Homeri: ne Parmenidiſ carmen uſurparet: opi/ nionem iam dudum apud omneſ pbatam confirmet. Ita enim Homeruſ inquit.

Vnuſ ſit princepſ: nam plureſ nil iuuat eſſe.

Habetiſ iam: qđ et ipſe pollicituſ fui: et fidem ampliſſime facit nõ ita accipiendaſ eſſe in quoſcunq; Ariſtoteliſ reprehenſiõeſ: ut uerba ipſa pre ſe ferre uidentur. Sed multoſ iure optimo defendi poſſe. Quo in loco: cum Parmenidem et Meliſſum: tũ in primiſ Platonem conſtituendum arbitror: cuiuſ duntaxat gratia ea mihi in mẽtem uenerunt: que de Parmenide & Me/ liſſo ab Ariſtotele ſcripta in preſentia commemoraui. Sed cũ iam perſpicuum omnibuſ ſit: aduerſarium fruſtra operam atq; oleum ut aiunt in reprehendenda Platoniſ diſciplina pdidiſſe. Platonemq; non modo doctiſſimum: & plene diuino ingenio preditum: uerum etiam catholice fidei ueritati: quatenuſ gẽtili homini licuit: pximum fuiſſe: Iam ſecũdi libri finẽ faciamuſ:

WALTER ASHBURNER FIRENZE

III c 1 c.11

POſt hec alio uolumíe colligã ad reſpódendũ
recte: aduerſarii argumenta oĩa: que in Pla/
tonem affert: quaſi ex philoſophi Ariſtotelis
opinione: q̃q̃ hec loco certe illorum habẽda
ſunt: qbuſ Ariſt. uir preclaruſ ne reſpódendũ
quidem & cenſet: & precipit. Tam enim nulla
in eiſ uiſ eſt: ut contemnenda potiuſ: q̃ ad ſo/
lutionem repetenda eſſe uideantur: ſed quum meum hiſ in libriſ
inſtitutum non id potiſſimũ ſit: ut hominẽ hunc erraſſe oſtendã:
quod effici ſine ulla difficultate poteſt. ſed ut grauiuſ aliquid: et
philoſophãdi ſtudio digniuſ afferam uiriſ noſtra etate ſapientie
ſtudioſiſ: quo eorũ ingenia q̃uiſ acuta: acutiora fortaſſiſ ad iudi/
candum reddentur. Idcirco repetam argumenta illa: ut friuoliſ
aduerſarii rationibuſ aliaſ reſponſum: utile pro uiribuſ reddam.
ſyllogiſmoſq; eiuſ colligam ex medio tumultu uerborum: quibuſ
quum Platonẽ reprehendere ſtudeat: ſeipſũ decipi: labi p ſũmoſ
erroreſ declarat: quanq̃ colligi eoſ: atq; in aliquam redigi ſpeciem
ratiocinãdi: lõge difficiliuſ: q̃ ſoluere eſt. Ita ení reprehenſor hic
Platoniſ argumentatur: ut non quid dicat intelligendum: ſed qd
dicere uelit uaticinandum omnino ſit. Sed ne hoc qdem laboriſ
recuſo: modo hec mea reſpódendi ratio: nó nihil fructuſ hóibuſ
ſcientie philoſophãdi deditiſ afferat. Exponam igitur ſingulaſ
eiuſ rationeſ: ea figura: eo modo: quo ipſe afferri uelle uideatur:
& ſinguliſ reſpódebo: nó aliter q̃ ex more uulgariſ diſputatóniſ:
ſcilicet omiſſo ſermóe ac omni p̃parandi: diſponendi: exornãdiq;
artificio: ut quiſq; mee reſponſioniſ rationem accipere: & q̃aperte
argumenta aduerſarii refellantur: proſpicere faciliuſ: & iudicare
diligentiuſ poſſit. Nec lógiuſ q̃ neceſſarium ſit: progrediar: niſi in
auctorum probatiſſimorum teſtimoniiſ: que eo afferri copioſiuſ
debẽt: quo quid unuſqſq; uir doctrina illuſtriſ eadẽ de re ſenſerit:
audiuiſſe non modo plurimum iuuat: uerũ etiam delectat. Nec
uero numerum aut ordinem capitulorũ aduerſarii pretermittã.
ut ſi ubi nam queq; ſcripſerit minuſ meminit. locum audiat: & ut
libitũ eſt ſua repetat. ¶ Capitulo ſuo primo libri ſecũdi: plureſ
dicit a Platone ſtatui deoſ: quorum ſecũduſ a primo immediate:

tertiuſ a ſecundo:& reliq̃ ad hũc modũ uſq; ad ultimũ ꝓceſſiſſent:
atq; ob eam̃ rem irridendũ cenſet. Sed q̃ nature ratõi cõſentanea
hec Platoniſ opinio de diiſ fuerit:quum reuelatõiſ diuine adhuc
tempuſ nõ eſſet:ĩtelligere licet iudicio tũ Ariſtoteliſ:& reliquoꝝ
nobilium philoſophorum:tum ſanctorũ noſtre religioniſ theo/
logorum:qui & ipſi eadem quodammodo admittunt:que Plato
ſenſerit. Iam Auicenna ſi phyſice loqui aduerſariuſ uelit:a prima
intelligentia ſecundam ſolum prodire aſſerit.ſecundam̃ autem cũ
ad primam ſe cõuertenſ intelligit:producere tertiam:tum deinde
eandem ſe ipſam intelligendo:animã primi orbiſ creare:uidelicet
ea nature ratõe:q̃ auctore Ariſtotele:ab uno ſimpliciq; ꝑncipio
non niſi unum produci poteſt. Sic enĩ ille ſecundo de generatõe
& corruptõne libro edocuit:ſatiſq; ſibi placere ſignificat:ut ſi in/
telligentie create ſunt:ſecundã a prima:& tertiã a ſecunda creatã
eſſe neceſſe ſit. Quod & Albertuſ cognomine magnuſ idem ſenſiſſe
in octauo phyſicorum ſuorum libro affirmat:que quum ita ab
Ariſtotele inchoent̃:ab Auicẽna & Alberto exp̃ſſiuſ ad creatiõiſ
rationem accommodentur. Aduerſariuſ qui hãc Platoniſ de diiſ
ſententiam irridẽdam exiſtimat:plane ignorare uidetur ordinẽ:
quem in creãdiſ rebuſ natura ſibi proprium ſeruat. Si theologice
potiuſ agere uelit:ſciat irriſor huiuſ opinioniſ doctoreſ ſanctoſ:
tametſi inter omneſ conuenit omnem creaturam ab uno ꝑncipio
immediate eſſe ꝓductã:tamen nonnulloſ admittere quodãmodo
ut creandi potentia creature etiam poſſit cõmunicari:atq; altera
creatura producere alteram poſſit:licet nõ principaliter:ſed rõe
inſtrumentali in prime uirtute. Patet hoc ſententia magiſtri ſen/
tẽtiarum.iiii.c.quarti libri:& diui Thome aquinatiſ:qui poſtea
q̃̃ plura contra hunc illiuſ locum argumentatuſ eſt:demum hac
tuetur diſtinctõe:Duplici modo intelligi poſſe creaturã creare.
Aut enim ita:ut nihil preſupponatur ex parte agentiſ:hoc eſt.
ut nihil aliud ſit ꝑuſ ipſa creatura:quomodo impoſſibile eſſe cre/
aturam creare ait:aut ita ut nihil preſupponat̃ ex parte facti:
hoc eſt.ut nulla materia antecedat ex qua reſ creanda efficiatur:
quomodo poſſibile eſſe potentiã creãdi cũ creatura cõmunicari.
Non.n.ſequit̃ ex hoc:ut in creatura creãte potentia ſit infinita:
quum ſemper ipſa creatura agat in primi uirtute:ut miniſtra. Ita
quod theologi noſtri diuinituſ edocti poſſibile eſſe confirmant.
Philoſophi qui ratione tantũ nature ducti rerũ omniũ cauſam

efficientem poſuerant: confeſſi ſunt. Quoius opinionis principem fuiſſe Platonem cõmendãdum profecto eſt: non ut aduerſarius ducit: irridendum. ſic Plato: & qui eum ſequuti ſunt. ſic Auicenna & pleriq; alii: q̃uis pluribus tribuant creationem: tamen cũcta ad unum idemq; principium referũt. idq; ſummum primũq; omniũ initium: & cauſam eſſe arbitrantur. omnia inquit Proclus ab una prima cauſa prodeunt. Rerum omniũ principiũ: & prima cauſa ipſum bonum eſt. Omne quod a ſecundis producitᷣ cauſis: magis a primis producitur: que & magis cauſe ſũt: & ſecundarũ ipſarum cauſarum ꝓductrices. Sed hic aduerſarius: que a grauiſſimis philoſophis tam uehementer probantur: cum irriſione reprehendit. ¶ Addit poſitionem Platonis de primo deo in uerbis tantũmodo contineri, nec plus quicq̃ ſignificari, q̃ figmentum, uerbalemq; eã uocat. Ad quem eius locũ (& ſi ſatis ſecũdo pro Platõe uolumĩe reſpondi: tum ex uerbis eiuſdem Platonis: tum etiam ex doctorũ ſanctorum ſententia: tamen & Auguſtinum & Thomam uiros ſapientiſſimos: eoſdemq; ſanctiſſimos adducendos putaui: ut latius teſtimonio piiſſimi ordinis non uerbalẽ: ſed perq̃ realẽ poſitionẽ illam Platonis eſſe conſtaret. Affert ſane Aug. lib. de ciuitate dei .viii. eaſdem quas Plato rationes ad oſtendendum illud primum: quod aduerſarius nihil preterq̃ uerbum exiſtimat. Thomas uero exponens librum diui Dionyſii de diuinis nominibus ſcribit de Platonis opinione hec (Conſyderandũ difficultatem eſſe in libris Dionyſii ꝓpter multa, ſed maxime quia utitur modo loquendi quo platonici uſi ſunt, qui apud iuniores conſuetus non ẽ. Quum enim illi reducere uellent oĩa cõpoſita & materialia in ſimplicia, & immaterialia pͥncipia, poſuerũt ſpecies ſeparatas, unde hominẽ ſingularem ſenſibilem non eſſe ipſum hominem, ſed participatõe illius primi hominis ſeparati, ſingularem hũc eſſe dicebant, quod ut in ſpeciebus põebat, ita etiã in maxime cõmunibus, unũ pͥmũ quod eſſet ipſa eſſentia bonitatis unitatis & eſſe, quod deũ dicimus ponendũ cenſebant, a quo oĩa per deriuationẽ bona dicerentᷣ, unde illud primum nominabant ipſum bonum. Que platonicoꝝ opinio non cõſonat ueritati, aut fidei, quantum ad hoc quod de ſpeciebus naturaliter ſeparatis ſtatuit: ſed quantum ad id quod de primo principio dicebãt, ueriſſima eſt, & fidei chriſtiane cõſona. Hanc a ſummis theologis approbatam opinionem hic uerbalem appellat: nec ſolum remotiſſimã eſſe a chriſtiana doctrina contra

quid idea recte intellecta

quomodo plato cõſonus fidei, & quomodo nõ.

doctorem ſanctiſſimũ Thomam dicere audet: uerum & nihil eſſe omnino arbitrat̃. ¶ Dicit preterea cultũ quẽ deo ſoli & ꝑncipio primo attribuimuſ: quem latriã theologi noſtri uocauerunt: diiſ creatiſ & creature tribui a platone: quũ huiuſmodi diiſ ſacrificia ſtatuat. Ab Ariſtotele uero nihil tale eſſe ſcriptum contendit: nec uidet crimen hoc idem cõmune illiſ eſſe hominibuſ om̃ibuſ: quoſ gentileſ uocamuſ. omneſ enim illi diiſ ſuiſ ſacrificãdum cenſebãt. Ex quo cultu uetuſ ſacrarũ litterarũ rituſ reuocanſ genteſ hortatur: ne quoi niſi uni uero deo ſacrificent: illi ſeruiãt ſoli: illum unum adorent: a quo noſ poſtea chriſti felici nomine nũcupati: latriæ nomen in uſum ſpecialem tranſlatũ accepimuſ: quũ apud genteſ nõ religionẽ ſed ſeruitutiſ genuſ quoddã obſtrictiuſ ſignificaret: quod uel hõibuſ note ſupioriſ ab inferioribuſ exhiberet̃. quomodo & multa alia uerba tranſlata a noſtriſ in alio uſu: ſiue uno: ſiue precipuo remanſerũt. Iã dei nomen & angeliſ & ſanctiſ apud illoſ tribuebat̃. Angeli homini quoilibet nuntio: Apoſtoli: claſſi ſancti: uiro quoiq; uirtute pietateq; antecellenti: Eccleſiæ: cõuentui populi. Euangelii: nũtio foelici. crucis: uallo. martyriſ: teſti. Adde duliam: hyperduliã. que noſ alio mõ q̃ illi accipimuſ. Longũ eſt oĩa enumerare: que noſtri ad aliũ uſũ tranſtulerũt. Quod ideo ſubiicere uolui: ut nomẽ ſacrificii & latrie. quã Platõi aduerſariuſ obiicit. non idem hoc tempore apud noſ: atq; olim apud uetereſ illoſ ſignificare conſtaret. Et enim illiſ in religione fuit ſacrificium diiſ ſuiſ facere omnibuſ. ſiue ut Porphiriuſ ait: geniiſ reddere. nobiſ uero latriam niſi deo uni reddere faſ nõ eſt. Itaq; quod mõ dixi: Plato ex uſu ſue etatiſ uſq; a Zamolxide: & orpheo incepto: agit de ſacrificiiſ: & qđ in religioniſ cerimõia temporibuſ illiſ cõſuetum erat: ſeruandũ cenſet: q̃q̃ ipſe remotiuſ a uulgari intelligentia ſentienſ ad ſummum primumq; omnium ꝑncipiũ referebãt eũ cultũ: quẽ multiſ ac uariiſ numĩbuſ uulgo diſponeret. Quod ſi ſcrutari diligentiuſ uelimuſ ea que ille de ſacrificiiſ & huiuſmodi cultu deorum ſcripſerit: uidebitur certe non ex ſuo iudicio ſanguine coli precipere deum. Sed ex uſu uulgari & cõſuetudine lõge etatiſ coactuſ ſic agere (ne ſolitam religionẽ tollere uideatur. Quod idem quoq; Ariſtotelem feciſſe apertum eſt. Nam quid ipẽ Plato hac de re ſenſerit explicat ſatiſ: quum in epinomide dicat. Ita diiſ ſummum exhibemuſ honorem: ſi ea de illiſ ſentimuſ: que optĩa rectaq; habeant̃. Et Porphiriuſ ĩ ſecũdo

de abſtinẽtia animatorum. Colamuſ inquit deum ſilentio puro
religione: puriſ ueriſq; de eo opinionibuſ: aſſimilariq; ei atq; cõ
iungi conemur: uiteq; noſtre ſanctimoniã pro ſacrificio offerre.
idq; deo ſacrum accommodare. Non ergo ille ſua ſententia diiſ
honorẽ ſanguine nidoreq; uituli deſcribit: ſed uerbiſ aliiſ idẽ ſigni
ficat. Quod noſtre ſacroſancte littere cenſent: ſpiritum eſſe deũ:
& ſpiritu ueritateq; eum adorari oportere. Quod & Ariſtotelẽ
probaſſe nõ equidem negem. uerum ille quoq; ut mõ dixi cedẽſ
uulgi opiniõi: ſacrificia diiſ & huiuſmodi latriã decernit. q̃q̃ ad
uerſariuſ nuſquã aliquid tale dixiſſe Ariſt. putat: ſcilicet p̃ inſcitiã
quibuſnam de rebuſ philoſophuſ ille ſuiſ ĩ libriſ politicĩſ tractet.
Iubet ille profecto hiſ in libriſ condi templa diiſ: atq; heroibuſ
cõſtitui ſacerdoteſ: & ſacre pecũie queſtoreſ. adhiberi ſacrificia: &
ritũ ſeruari paterne religioniſ: nec diſcedere ullo pacto ab errore
ſue etatiſ audet. quando etiam animabuſ hominũ latriã ſtatuit:
iam etiam uti hoc nomine licet: que deo ĩmortali uni attribuẽda
eſt. Heroeſ enim quibuſ ſacrificandum cenſet: homineſ erant: q
excellẽti quadam uirtute noti: e uita abiiſſent. Sed enĩ ita agere
libuit: ne plebiſcito interimeretur ut Socrateſ cõmuniſ preceptor
pauloãte mortem obiit quoniam religionem uulgarẽ negligere
putaretur. Erat quidem longe laudabiliuſ aperte confiteri quæ
recte ſenſerint: mortemq; pati ob ueritatem: uerum hoc tantum
noſtri potuerunt: illi Socratem Sophroniſci filium preceptorem
ſibi habuerunt: a quo exẽpla uirtutiſ humane caperent: nõ xp̃m
patre deo immortali natum qui ſuo diuino munere profeſſoreſ
ſue ueritatiſ redderet firmioreſ lõge q̃ natura humana pateretẽ.
Ergo non mirum ſi Ariſtoteleſ (Socrate enecto) in macedoniam
abiit uocatuſq; ab athenienſibuſ nolle ſe dixit p̃bere illiſ occaſi
onem ut hiſ in philoſophiam peccarent. Non mirum ſi Plato ſe
italiam & ſiciliam contulit euitanſ ſuoꝝ hominũ in philoſophoſ
iniquitatem egreq; ferenſ uulgi opinionẽ. Ita illi meliuſ de cultu
diuĩo ſenſerũt q̃ ſcripſerint: atq; aliter q̃ p̃barent uulgo aſſentiri
coacti ſunt ꝙ ſiquiſ eoſ reprehendit ꝙ latriam deo tribuendam
creaturiſ dederint q̃q̃ ſentirẽt nõ minuſ requirit q̃ noſtri fecerit
martyreſ: qum noſ ne chriſtianoſ quidẽ illoſ ne dum ſãctoſ fuiſſe
fateamur ¶. Sed aduerſariuſ longiuſ progredienſ Platonẽ p̃mũ
de quo docuerat deum coluiſſe omnino negat. Qum enim inquit
cultuſ latrie ĩ ſacrificio maxĩe cõſiſtat Plato uero nuſq̃ inueniatẽ

iuſſiſſe p̄mo principio ſacrificandū eē:niſi ceteriſ diiſ citra p̄mū: cōſtat eum non colere primum deum. quo etiā in loco hominiſ inconſtantia patet. Quum enim pauloante: Platonem dixerit om̄ibuſ diiſ ſacrificandum cenſuiſſe: mox primū deum neglectū ab eodem eſſe criminatur. Et ipſum dicit:nō eum coluiſſe deum: quem primum:quem ſummum:quem ineffabilem predicauerat. Reſpondeo. & ſi nō ſub hoc nomine primi aut uniuſ: coli p̄mū deum a Platone ſcriptum eſt: quoniā uulguſ quoi legeſ ferebat non eiuſmodi noīa ſibi cognita fāiliariaq; haberet: tamen quum in libro. viii. de legibuſ dieſ feſtoſ duodecim:& cerimōiaſ conſti/tuat diiſ numero duodecim:quorum primuſ Iuppiter eſt. nemini dubium eſſe debet:quin idē Iuppiter in preceptiſ publiciſ ſit:qđ in priuatiſ philoſophie diſputatōnibuſ: unum & primū eſſe bonū ab eodem dicebatur. Egit itaq; nomine Iouiſ cognito omnibuſ: de primo illo & uno. Iouem enim optimum maximum & patrē deorum omnium ueteres illi & appellarūt uulgo: & imprimiſ ob/ſeruandū inſtituerunt. Nec omittere nomē hoc debuit: q uulgo de diiſ colendiſ preciperet. Facile enī per nominiſ p̄mi aut uniuſ inſolentiam incideret in ſuſpitionem uulgi: quaſi deū aliū preter paternoſ quendam afferret: & nouam religionem cōderet: quod & ipſe Plato & eiuſ diſcipuluſ Ariſtoteleſ in ſuiſ ciuilibuſ inſtitutiſ ſemper cauit: & ſuam opinionē quoad tutiuſ poſſet operuit. Ap/pellat inquā Plato: in uſu ciuili ſermoneq; publico: primum illud aut unum & ineffabile implicite ſub nomine Iouiſ. quod ſi grece dicaſ: ut ille locutuſ eſt: id ſignificatur: q uitam in ſe contineat: & ceteriſ omnibuſ preſtet. Quo nomine nihil aptiuſ deo ſummo & optimo attribui poteſt. q̄n noſ quoq; uitam eſſe in deo dicimuſ: & quicqd creatum eſt uitam ī illo fuiſſe: & uiuere nihil poſſe ſine dei ſemp uiuentiſ uiuificatōe. Nec uero ceteroſ deoſ eiſdē nōibuſ obſeruādoſ tradit: quibuſ conſueuerat de eorū natura diſputare. ſed ut uulguſ appellare ſolebat: ita nominat. hoc eſt Mineruam: Mercuriū: Saturnū: Neptunū: Iunonem: Vulcanū: Apollinē: & reliquoſ ad hunc modum: licet ueteres illi doctoreſ hec ratione rerum uel diuinarum uel naturaliū interpretarent̄. atq; ut Iouiſ nomine rationem uniuſ aut primi intelligebāt: ſic Mineruam ad ſapientiam: Mercurium ad ratiōem: Saturnum ad eternitatem: Neptunum ad formam: Iunonem ad materiā: Venerem ad na/turam: Apollinem ad ſolem: Pana ad uniuerſi mundi rationem

referebant. Attamen quum de eorum obſeruantia apud populũ ageret non ſapientiam aut ratõnem aut eternitatẽ aut formã: aut materiam aut naturam colito dicebat Sed Mineruã: Mercurium: Saturnum: Neptunũ: Iunonẽ: & reliq̃ ex uſu uulgari: nam niſi ita nuncuparet facile noue religionis argueretur. quod athenienſes καινον δαιμονιον dicebãt & capite punireẽ. Stultus preterea eſſet qui quum leges populo feret & religionẽ ꝓbaret que morum bonorũ cuſtos eſt non his uteretur nominibusque multitudini ueneranda eſſet: ſed quibus aĩmos hominum ad cõtemnendã religionẽ induceret? Quis queſo Plutonẽ: Proſerpinã: Cererem obſeruaret? ſi non his nominibus ſacra eorũ acciperet: ſed terre frugumq; ratõe moneret? ſcilicet mulier cule ille attice raptum Proſerpine lugerent pectora tunderent genas raderent. Si Proſerpinã rapi a Plutone nõ aliud eẽ audiuiſſent niſi granũ frumenti excipi in terra idemq; occatum repeti ab agricola cum labore. Arcana hec apud ſapiẽtes illius etatis erãt nec uulgo aperienda. Quod ſi hec nõ alio mõ dicere debuit q̃ uulgo noĩarenẽ: q̃q̃ ut fecit ĩtegrius q̃ uulgus ĩtelligere debuit: Cur nõ ſub Iouis etiam nomine primũ aut unũ illud & cauſam omniũ ineffabilẽ coli debuit admonere. quam ipſe aliter appellaret q̃m populus? Tradidit certe ille multitudini prophane & imperite primũ deũ colendum: ut eam ipſam audire decebat & colere. Ipſe autem nõ templo nõ ſigno non ĩmolato uitulo ſed ut uerbis ipſius optime utar: ſentiendo ea que optima rectaq; haberenẽ hoc eſt ueritate & ſpiritũ idem coluit: idẽq; egit ſibi ꝙ tricenteſimo fere ãno poſt a Marco Varrone ciui romano uiro doctiſſimo ſcriptum apud diuum Auguſtinum legimus. ut quũ deũ ſine ſimulachro coleret: Iouem coleret. Illi inquit Iouem colunt qui unum deum ſolum ſine ſimulachro colunt ſed alio noĩe nũcupatum. Vnde nimirũ eſt ꝙ Numa quoq; Pompilius qui primus apud romanos deorũ cultum condidit a Dionyſio halicarnaſenſi traditur templa cõdidiſſe ſed nullum in iĩs ſignum cenſuiſſe conſtituendum. Quum enim inquit Pythagore doctrinam probaret: & omni ex parte illius opiniõem philoſophi ſequereẽ idcirco deũ ſpecie formaue omnino uacare arbitrabaẽ. Sacrificiis uero non ex materia cõcretis ſed intellectu capiendis gaudere deum aſſeuerabat. In hanc ſententiam illud quoq; a Porphirio profecto ſcriptũ eſt in libro ſecundo de abſtinentia animatoꝝ. Sacrificemus inquit ergo nos

etiam: ſed ut conuenit: deo quidem ſummo & primo: ut quidam uir doctuſ cenſuit: nihil uel ĩmolãdo: uel ſuffiẽdo: uel noĩando. Nulla reſ enim materialiſ: non ilico impura ſit: ex creto illi ĩmaterialiq; numini: Quod in eodẽ quoq; repetit: & plane cõfirmat idem auctor. Vbi ſacrificia facta ex ſanguine: nõ diiſ: ſed geniiſ reddi cenſuiſſe eoſ: qui poteſtateſ uniuerſi perceperant. Scribit & alio loco idem auctor) Sanguinem diiſ non placere ullo pacto declaranſ: hec dicenſ. Quanq̃ uetereſ nõ ita agendum cenſuerant: ſed frugibuſ numina coli uoluerunt. in quibuſ natura: omniſq; ſenſuſ integer delectaretur: huiuſce rei argumẽtum uel ex more arę deliacę adducere licet. Nullum enim animal illic immolatur: atq; ob eã rem ara pia eſt nũcupata. In tẽplo quoq; epidaurico ita inſcriptum eſſe refert. Caſtuſ ſit: templi quiſquiſ limina adibit: Eſt caſtuſ quiſq; religioſa ſapit. Que oĩa ſatiſ dilucide explicare uidentur: qualiſ nã de hiſ Platoniſ opinio fuerit. ſiue de uulgari & ciuili deorum cultu: ſiue de uera & certa philoſophie atq; philoſophantium ſententia querere uolueriſ. Ex quo loco intelligi poteſt aduerſarium nulla ductũ ratõe hec in Platonẽ effudiſſe. Quam enim recte Plato de unitate diuina: & principio primo ſenſerit: ſatiſ uolumine ſecũdo expoſuiſſe me arbitror. numerum uero deorum & uaria numina que ex more uulgari tum ab eo: tum ab Ariſtotele ad uſũ ciuilẽ afferunt: uulgo erant neceſſario concedenda: quod q̃nuituſ fecerit Plato) licet intelligere ex ipſa eiuſ breuitate ſermoniſ: qua in libro octauo de legibuſ: quum de ſacrificiiſ ageret: uſuſ eſt. Qui enim cetera oĩa copioſiſſime explicauit. hũc unũ locũ tam paucis uerbiſ perſtrinxit: ut coactuſ ſequi uulgi opinionẽ plane uideretur. In epinomide etiã parendũ eſſe legi paterne ad uſum ſacrificandi ait ſolum: quaſi non ipſe ſit qui ſponte hec ſtatuat. Ita noſ quũ uera ꝓ Platõe reſpõdeamuſ Ariſtotelem etiam defendimuſ: quem aduerſariuſ quum Platoni preferre ſtudeat: ita detrahit illi: ut uituperare hũc plãe uideatur. Sed quid deinde? Quũ Plato inq̃t ſecundoſ & tertioſ coleret deoſ: conſequenter etiã ſerpenteſ & alia monſtra colere debebat. Quum enim quelibet creatura in infinitum diſtet a creatore: & ideo equaliter. Vnum enim infinitũ nõ eſt altero maiuſ. Si una creatura eẽt adoranda: eadẽ ratõe & alia. Quid dicã de doctrina huiuſ hominiſ? q ſophiſmate: quod exercitatõiſ cauſa in ſcholiſ afferunt: ipſe ſibi uelut demonſtratõe potiſſima pſuaſerit: nullã

creaturam differre ab altera/ſed omneſ eque ſua ex parte diſtare
a creatore in infinitum. atq; ita ſtudioſiuſ ad hominum utilitatẽ
ut ipſe dicit diſputanſ/ Platonem putat ob eã potiſſimum ratõem
ſerpenteſ etiã colere debuiſſe: q̃a queuiſ creatura diſtet a creatore
in infinitũ. Prorſuſ hec eiuſ opinio non ſolũ aduerſuſ Platonẽ/
uerum etiam contra ſacroſancte eccleſie rationem & uſũ tendit:
que diuinoſ ãgeloſ(q̃uiſ creatoſ) ueneratꝛ atq; obſeruat: Serpẽteſ
autem odit atq; execratur. ut beſtiam uneratã & miniſtram ue/
teriſ in genuſ humanũ fraudiſ. Quamobrem eo libentiuſ reſpõ/
debo/ quo dei immortaliſ non minuſ q̃m Platoniſ cauſam agam:
Creaturarum ad creatorem reſpectuſ bifariam intelligi poteſt.
Aut enim ut ad enſ infinitũ: aut ut ad enſ ceteriſ pfectiuſ oĩbuſ
& ſummũ/ Quod ſi ut ad enſ infinitũ referſ/ eqne omneſ creature
diſtant a creatore in infinitum/ Sed ſi ut ad perfectiuſ/ quoniam
qua perfectiuſ eſt/ non protendat infiniti rationem/ nihil obſtat/
ne creature pro ſua uaria conditione/ alie aliiſ ſimilioreſ deo/ p/
pioreſq; habeantꝛ/ Cõfirmari hec ratio poſſe uidetꝛ/ uel creatoriſ
ad creaturam proportione(Non enim qua ſimpliciter infinitæ
potentie deuſ eſt/ creat(ſic enim infinitum crearet/ non finitum:
ſed qua ſua potentia commenſuratur rei creãde/ agit/ producendo/
ita creator eſt. Quod ſi(reſpectu eiuſ)altera creatura cum altera
conferenda eſt/ non ratione ſimpliciter infiniti referendum/ ſed
ut creatorem commẽſurate: ſic & creaturaſ uarie determinari in/
telligendum eſt (Dici enim poteſt non ratiõe ſimpliciter infiniti/
ſed termini ſui creaturam alteram pluſ altera aut minuſ diſtare a
ſuo infinito creatore. Sed quoniã de re theologica agitur: placet
imprimiſ afferre ea que a diuo Thoma de hac re ſcripta ſunt: ut
ſi predicta ratio auctoritate illiuſ affirmetur: ualeat. Sin minuſ
omiſſiſ ceteriſ omnibuſ unuſ ipſe ſufficiat. Verba eiuſ ex quarto
ſententiarum. q. v. hec ſunt. In creatione nõ ita eſt: ut quũ aliqſ
facit ex ſimpliciter non ente: quia non enſ purum: non eſt per ſe
terminuſ creationiſ: ſed per accidenſ ſe habet ad eam: dicitur enim
aliquid fieri ex non ente: uelut poſt non enſ. Vnde creator non
habet quantitatem ex diſtantia non entiſ ad enſ: ſed ab ente qđ
cauſatur: & ideo non oportet ut potentia creantiſ proportionetꝛ
diſtantie que inter enſ & nõ eſt: ſed ſolum ei quod creatur: quod
non eſt infinitum. q̃re nõ requiritꝛ potentia infinita ſimpliciter:
ſed infinita ſecundũ quid. ſcilicet ut cõmenſurata aliquoi materie

determinate:ſicut & om̄ia agentia naturalia & materialia agūt.
Ignis enim non producit effectum niſi in materia determinata:
quia uirtus eius materialis eſt. Vel dicendum:non eſſe diſtantiam
infinitam inter ens & non ens:ex parte ipſius entis:niſi ens ſit in/
finitum:quoniam tantum aliquid diſtat ab altero oppoſitorum:
quantum participat altero:unde non diſtat in infinitum a non
eſſe:niſi quod eſſe habet infinitum ſcilicet deus:quo quanto reliq̄
entia ſunt ꝓximiora:tanto magis a nō eē diſtāt:q̄q̄ diſtantia illa
inter ens & non ens quodammodo infinita eſt ex parte nō entis
ſimpliciter:eo ꝙ omnem determinatam diſtantiā ab aliquo ente
ſignato tranſcendit. Nihil enim magis ab ente diſtare poteſt:q̄m
non ens.fit enim ut aliqua diſtantia ſit infinita ex altera parte &
finita ex altera.ut cum finitum cum infinito cōparatur. Niſi.n.
talis diſtantia eſſet aliquo mō finita:nō minus alie alius creature
diſtarēt a deo:& niſi eēt aliquo mō infinita:īcelligi poſſet aliq̄d
magis diſtare a creatura q̄cūq; q̄ deus. Creatio uero non reſpicit
hāc diſtantiā ex parte nō ētis:ſed magis ex parte entis:quod eſt
creatōnis terminus. Sic Diuus Thomas creatorem deum non ꝓ/
portionari interuallo infinito nō entis ad ens. ſed ſolum ei quod
creatur finitumq; eſt commenſurari:& moderari autumat. itaq;
non requirit potentiam infinitam ſimpliciter ad creandum: ſed
menſuratam materie determinate. Ad hec non eſſe diſtantiam
infinitam niſi inter deū & non ens:& ob eam rem nullum ens fi/
nitum diſtare ſua quidem ex parte ī infinitum uel a deo uel a nō
ente. Quod ſi qua ita ſe habent:ut alterum ſit preſtantius altero:
id quod preſtat propius ad deum accedere:& longius diſcedere a
non ente. Nec uero creationis rationem metiri ac ſtatui ex non
ente:ſed ex ente:qui terminus creationis eſt:uidelicet ne deus quia
infinita potētia ſimpliciter eſt:creare intelligatur:ita fit ut cre/
ature que aliquo modo eque diſtent ī infinitum a creatore:non
eque diſtent aliquo modo ab eodem infinitum: qđ diuus quoq;
Auguſtinus affirmans:duo inquit creaſti domine:unū ꝓpe nihil:
quod eſt materia:alterum prope te:quod angelorum natura eſt.
Plurium ſententiam alioꝝ ex phyſica ſchola afferre eodē poſſū.
uerū illa reſpondendi ratio Thome theologi ſancti tāti pōderis
eſt:ut nihil omnino ſit:quod a phyſicis deſyderemus. Plāeq; ad/
uerſarius q hoc deceptus ſophiſmate credidit ſerpentes nō minus
colendos eſſe:q̄ angelos diuinos: nullā diſtinguendi:uel iudicādi

rationē tenere coarguat. ¶ Crimē etiam illud affert: ꝙ demões Plato coluerit: quod nos commune omnium etatis illius hominū crimē eſſe fatemur. Nec Ariſtotelē excipimus: ſiquidem ut Plato is quoq; iudicādus ex his que ſcꝑſerit de demōibus eſt. Crediderūt enim illi eſſe demones: quibus merito honor exhiberetur. ſed nō eos quos aduerſarius arbitratur. hic enim eos tantum dæmones nouit: quos a criminatoris uitio diabolos nuncupamus. At illi nō eos in religionem receperunt: ſed naturas quaſdam aereas diis qdē ignobiliores: ſed homine nobiliores: quaꝝ opera genus humanū ad deum reduceretur: cōmuniq; illi & ſummo principi cōciliaret: quiq; interceſſores atq; interpretes quidam inter deum & homines haberentur. ¶ Luciferum uero illum ſua culpa eiectum in terram e celo: execrandūq; eſſe illi quoq; didicerūt ab Homero ſuo theologo: qui ſine beneficio quodam nature: ſine Moyſis prophetæ ſcriptis carmīe ſuo expoſuerat lapſum Luciferi: quem ille Atam appellat. Errat igitur uel hoc in loco aduerſarius ꝑ nominis demonum equiuocationem. ¶ Sed qd de tota Platonis theologia? ¶ Tota inquit a poetis ſumpta eſt: nec a theologia poetica: & fabuloſa differt. Poetas nihil omnino dixiſſe recte: qđ uel Plato uel Ariſtoteles digne acciperent: nemo dixerit mente ſanus. Quā ob rem & ſi non omnia que de diis a poetis dicunť: Plato ſecutus eſt: tamen aliquid accepiſſe eū non inficior: qđ uel ab Ariſtotele receptum probatumq; uideo: q̄le illud quoq; egregium eſt: qđ in ꝑmo metaphyſice li. ab Homero poeta accipit. ad primi uniuſq; entis confirmationem. Rex ſit duxq; unus numero haud iuuat eſſe tyrannos. Que enim de diis pie honeſteq; poete dixerūt: hæc Plato recipi iubet & obſeruari: q̄ uero minus recte illi finxerūt: hec deteſtari: & perinde ac peſtem uitare. quinīmo ipſos qui ita carmen exerceant: pellendos ciuitate cenſet ac precipit. Quod et diuus Auguſtinus teſtificatur: quum in ſecundo libro de ciuitate dei ſic dicat. Theologiam poeticam Plato penitus repudiauit: & poetas duxit eſſe pellendos ex urbe quam inſtituit. Homerum etiam ipſum ut in eius politica patet: propter inhoneſta quedam de diis figmēta reprehendit. ¶ Quid igitur ſit quod Plato a poetis male acceperit? Equidē hunc plura a ſacris litteris noſtris uideo: q̄̄ a ſuis poetis accepiſſe: quādo in egyptum profectum adiuiſſe Hieremiam ꝓphetā: cōuenit: ut idē Auguſtinus ex ſententia diui Ambroſii refert. nec incredibile ſibi uideri dicit. hebreas litteras

illum didiciſſe: unde quod in Timeo de mundi creatione ſcripſit:
ex libro geneſiſ accepiſſet. Sāctuſ quoq; Cyrilluſ: doctor ſingu/
lariſ: in libriſ que contra Iulianum in defenſionem ſacri euangelii
edidit: Pythagoraſ inquit & Plato: cum in terra egypto operam
diſciplinis darent: multorum aliorum uiroꝝ illuſtrium & in p̄miſ
Moyſiſ doctrinam pro ſuo ſtudio non ignorarūt. erat enim per
id tempuſ apud egyptioſ nomen Moyſiſ non in mediocri admi/
ratione. unde ratione̅ dei: hoc eſt p̄me cauſe: eoſ quide̅ integriuſ
accepiſſe. ꝑ ídeq; ſe̅ſiſſe diſſeruiſſeq; meliuſ ceteriſ de rebuſ diuiniſ
exiſtimo. Quod idem Euſebiuſ quoq; Pamphiluſ uir doctuſ: &
uaria rerum hiſtoria peritiſſimuſ narrat: in libriſ de euangelica
preparatione. qui longiuſ de Platone progrediēſ: omnem fere
theologie platonice rationem a ſacriſ litteriſ noſtriſ acceptam eē
ingenue fatetur. Nominibuſ tamen deorum eiſdem quibuſ poete
Plato etiā uti uoluit: quoniā ut ſupra dictū latiuſ eſt: diſcedere
a publico uulgariq; uſu eiuſmodi nominum: ſine ſuo periculo nō
poſſet. Nec aliter ab Ariſtotele de uſu nominū ſcriptum ítelligo:
quam ut iiſ que uulgo tradita ſint utamur: q̄q̄ nonnulla aliter
atq; uulguſ ítelligere debemuſ. Siquid etiam uel morem ſermōiſ
ſeruanſ: uel hominum ingeniiſ conſulenſ opertiuſ dixerit: ſatiſ me
reſpondiſſe hac de re arbitror ſecundo uolumine: quod nuper de
eiuſ opinionibuſ edidi. ¶ Quod aūt aduerſariuſ adiicit: Platonē
anilibuſ fabuliſ credidiſſe: quū ea de diuío amore diſſereret: que
libro qui cōuiuium uel de amore inſcribitur: explicant: hominiſ
plane non eruditi iudiciū eſt. Quiſ enim neſciat dialogi: quo utit̄
Plato: eam eſſe ſiue legem ſiue naturam: ut perſone fingant̄: que
diſputēt: & uariiſ ultro citroq; argumētiſ de re ꝑpoſita diſcutiāt:
& quaſi excudant: quid certi ueriq; ſtatui debeat. Quē diſputādi
modum. M. Tullium etiam ſeruaſſe uidemuſ. nemo tamen ob eā
rem ſententiā eſſe perſonaꝝ: que diſputare fingunt̄. ſed auctoriſ
qui perſonaſ finxerit arbitratur: niſi quedam ioci & ſolatii cauſa
aut improbatōiſ: ꝑ ingenio ꝑſonaꝝ cōſtitutaꝝ diſtribuant̄: que
enim grauiter digna: que homine ſapiente diſſeruntur: nemo inq̄
tam fatuuſ eſt ut perſone ficte que illa nunq̄ diſputarit potiuſ q̄
auctori ipſi qui dialogum conſcripſerit cenſeat tribuenda. q̄q̄ ab
alio ſe fatēti accepiſſe. At hic aduerſariuſ que Socrateſ in dialogo
fingit ſe accepiſſe ex muliere Diotima. nō Socrati. nō Platōi. ſed
Diotime attribuit: atq; anileſ fabulaſ uocat: que diuuſ Dionyſiuſ

Ariopagita uerbiſ eiſdē Platōiſ ſcribēſ de diuīo amore expoſuit: ut in libro ſecūdo latiuſ declaraui. Platōiſ hec ſunt nō mulieriſ: ſed libuit ita fingi: ut que diuinituſ dicerent: uateſ quedā & uelut Sibylla referre uideretur. Non enim ſiquid a muliere dictum ē: continuo fabula eſt: ſicut aduerſariuſ putat. hinc enim ſue repre/henſioniſ ſumit rationem: quaſi non multe extiterint mulieres docte: non multe ſpiritu acte diuino futura predixerint: & com/modiſſime admonuerīt uiroſ. Atqui Sibylle de ſaluatore noſtro: de redemptione noſtra: & generiſ humāi reſtauratōne p̄cinuere: ſpiritu ſancto preparante uſq; a temporibuſ illiſ ſalutem hominū. Profecto Plato non mō non uituperanduſ: uerū etiā laudāduſ eſt: ſiquidē afferri poſſe opera mulieriſ credidit ad rerum diuinaꝝ cognitionem. In quibuſ cognoſcendiſ Ariſtoteleſ ſuiſ principiiſ nihil poſſe attīgere arbitratuſ ē. & Albertuſ philoſophuſ ſingulaſ aliud deſyderare initiū ſe fatetur in ſuiſ metaphyſiciſ libriſ: quū dicat. Siqua eſt irradiatio ſuperioꝝ ad inferiora: ut Plato dixit: & theologi omneſ confitentur: illa certe per rationē inueſtigari non poteſt: ſed ad eiuſ cognitiōem alia principia ſtatui oportet: ſcilicet ex fide religioniſ: reuelationeq; ſpirituſ: que cum peripa/teticorū doctrina non conueniāt. Ita Plato ſiue fingit: ſeu uere fatetur ſe illa accepiſſe a muliere: nō peccat: q̄ndo & lege dialogi fingere licet. & mulieres diuinituſ plura poſſe referre planum eſt. nec fabulaſ narrat. Sed que uel nature ratōne cognoſci poſſunt: uel noſtri olim theologi & prophete lumine illuſtrati ſuperiori: cernere potuerunt. hec & credidit & edocuit. ¶ Affert etiam ad/uerſariuſ argumentū: quo ſe demōſtrare certo putat ex p̄ncipiiſ Ariſtoteliſ celeſtia corpora coli ab hoīe non debere. Finiſ inq̄t non debet colere ea que ſunt ad finē: quū nullū nobiliuſ debeat colere id quod eſt ignobiliuſ: ſed homo eſt finiſ corporū celeſtiū non debet ergo colere corpora celeſtia. Huiuſ argumēti minorē probare conatur ex uerbiſ Ariſtoteliſ: que partim a ſecūdo libro de generatione ſumit: partim a ſecūdo phyſicorum. Vbi enim in illiſ de generatione phūſ hic dixerit generationē eſſe continuam per motum celi continuum: & cauſam generationiſ corruptōniſq; eſſe acceſſū receſſūq; ſoliſ per circulum obliquum: declaranſ id per cauſam finalem. Quum natura appetat inq̄t ſemper quod meliuſ ſit: meliuſq; ſit eſſe q̄ nō eſſe. hoc aūt impoſſibile ſit eſſe in oībuſ: q̄m longe ab ipſo principio abſunt. Idcirco deuſ eo qui reliquuſ

·III· C· X·

eſſet modo uniuerſum ſuppleuit: quum generationem feciſſet cō/
tinuam. Vnum itaq; hinc locū ſumit. alterū uero a libro ſecundo
phyſicorū: ubi noſ eſſe finem omniū dicitur. Sic enim hic nouuſ
peripateticuſ ratiocinatur. omnium corporum naturalium finiſ
noſ ſumuſ. corpora autem celeſtia ſunt quedā corpora naturalia.
Ergo ea quoq; ad hominem ut finem ordinantur. Ita fidem ſue
minoriſ affert propoſitōniſ. Argumentum uero & uiſ tota argu/
mentatiōiſ conſiſtit in eo ꝙ corpora celeſtia ordinari ad hominē
ut ad finem ponatur. Ad quod reſpondendum recte eſt: omiſſiſ
ſuperuacuiſ: in quibuſ abūdare ſolent: qui in neceſſariiſ deficiūt.
Sed quoniam aduerſariuſ hoc ita eſſe ex Ariſtoteliſ philoſophi
opinione contendit: breuiter uerbiſ ipſiuſ Ariſtoteliſ priuſ aperiā
contra omnino ſenſiſſe illum q̃ hic putat. Ille enim in libro ſexto
ethicorum ſic de nobilitate celeſtiū corporum ſcribit: & homini
illa anteponit. Nec refert inquit ꝙ homo optimum ceterorum
animalium eſt: etenim multa alia natura diuiniora homine ſūt:
ut ea apertiſſime ex qbuſ munduſ cōſtat. Ita hic celum nobiliuſ
eſſe homine aperte fatetur: quē aduerſariuſ ſue opiniōiſ patronū
adducit: Nec minuſ hoc idem declaratur in hiſ: que ad Regem
Alexandrum ſcribenſ de mundo: diſpoſitionem totiuſ orbiſ: & re/
ſpectum ad primam cauſam edocet. Cenſet enim deum ſummum
perinde ac regem ſedere in ſublimi immotum: corpora autem ce/
leſtia perinde ut principeſ alteroſ ſuo motu agere & gubernare
om̄ia: ſuiq; ſummi principiſ poteſtatem referre: quam ſententiam
ſequutuſ Auerroiſ in comento quadrageſimoquarto. Diſpoſitio
inquit in iuuamento celeſtium corporum: & in conſeruando ētia
eſt: ut diſpoſitio optimorum magiſtratuum ciuitatiſ: quoꝝ om̄eſ
actioneſ ad primi principiſ actionem referuntur. ¶ Plura etiam
Ariſtoteleſ eodem in loco de excellenti celi natura: quorum unū
illud quanti ponderiſ ſit intelligat aduerſariuſ ſi poteſt. Sed ma/
xime inquit uirtute dei fruitur: id quod prope illud eſt corpuſ.
deīn quod ab hoc proximū: atq; deincepſ ad hunc modū. Hinc
nemini dubium eſſe poteſt: quum celum ex ſententia Ariſtoteliſ
ratione & anime & corporiſ nobiliuſ homine ſit: quādo & ꝓpiuſ
eſt: & magiſ fruitur dei uirtute. Quid uero illud quod in primo
libro meteoroꝝ legimuſ. Cōtinuuſ uero neceſſario quodāmodo
ſuperniſ delationibuſ eſt: ita ut eiuſ uirtuſ om̄iſ inde gubernetur:
unde enī principiū motuſ om̄ibuſ eſt: illi cauſa prima attribuēda

eſt. Num quiſquã dubitare poteſt: qn celũ nobiliuſ Ariſtoteleſ putet: quoi gubernandi poteſtatem: & primam cauſam tribuit? Hec quum ita ſint: q̃ docte & uere locutuſ ſit aduerſariuſ facile intelligi poteſt. ¶ Nunc ad reſpondendum recte eiuſ argumento: nonnulla ſubiiciam: ut mea reſpõdendi ratio diſtinctiuſ ac dilucidiuſ reddi poſſit. Primũ rem alterã ordĩari ad alteram duobuſ modiſ: aut enim ut inferiorẽ (quomodo materiã dicimuſ ordĩari ad formam) eamq; eſſe propter formam: non formam propter materiam.) Aut ut ſuperiorem (quomodo principem conſtituere aliquẽ dicimuſ: q ſua uice id faciat: quod ipſum facere ĩmediate non deceat. Conſtitui enim quenq̃: ordinari eſt: & hec ordinãdi ratio non inferiorẽ: ſed ſuperiorem eſſe declarat eũ: qui ad aliud ordinatur. Gerit enim perſonam ſuperioriſ qui ordinauerit: & alter ille tãtiſper eſt. unde magiſtratuſ cõſtitutoſ a ſummo põtifice: aut rege: plebſ non tanq̃ ignobilioreſ contemnit: ſed ut ſuperioreſ nobilioreſq; honore proſequitur: & iuſſu eorum ſeruit obediẽter. Hoc notiuſ ẽ: q̃ ut ulla auctoritate Ariſtoteliſ egeat. Secũdum: corpora celeſtia eſſe ita ingenue animata philoſophi ſententia: ut celum ipſum de quo loquor aĩal ſit immortale: atq; diuinum. conſtat hoc libro ſecũdo de celo. Sed noſ inquit de hiſ: uelut corporibuſ tãtum & unitatibuſ ordine quidem preditiſ: ſed omnino inanimatiſ cogitamuſ. At uero ita exiſtimandum eſt: ut actione & uita participent. & demonſtratum iam eſt inquit: q̃d mouetur primum & ſimplex et ingeneratum: & ĩcorruptibile: & omnino immutabile eſſe. Tertium: alterum altero nobiliuſ eſſe: aut ſua forma: aut ſuo ĩuicem reſpectu. ſua inq̃ forma ſi hominẽ eſſe equo nobiliorem dicam. quum hic rationale: ille irrationale ſit animal. Reſpectu autem ſuo inuicem: ſi alterum forte finiſ: alterũ ſpectanſ ad finem ſit: quomodo materiã eſſe forma ignobiliorem fatemur? quod pleniuſ Ariſtoteleſ in ſecundo phiſicorũ declaranſ: Aut inquit quod finiſ bonumq; ceterorum eſt. Nam quoiuſ cauſa illud optimum: finiſq; eẽ uult ceterorum: quod ſiue bonum ſiue apparenſ bonum dicaſ nihil referat: finem etiã ipſum eſſe: quo id perficiatur: quoiuſ ſit finiſ. Auctor idem in quinto metaphyſice eſt. Eo inquit perfecta ſunt: qua habent finem: itaq; quum finiſ ultimum ſit in malam etiã partem transferẽteſ dicimuſ quicq̃ periiſſe perfecte: quum nihil interituſ maliq; deeſt: atq; in ultimo reſ eſt: ſed ſuo quodq; in genere hoc eſt analogice

perfectiſſimum & optimum eſſe ſuo fine intelligendum eſt. Nam
ſi inter ſeipſa comparantur: finem aliú nobiliorē alio eſſe apertú
eſt: uel ordiniſ ratione. Sicut Ariſtoteleſ in primo ethicoꝝ tibiá
finem tibificiſ imperfectiorem eſſe oſtendit tibicine ſcilicet fine:
quoi efficitur. Vel quia forma que finiſ ē preſtat: aut quia finiſ
melioriſ agētiſ eſt: ut idem in tertio topicoꝝ. Quoiuſ finiſ melior
eſt: & ipſum meliuſ eſſe aſſeuerat. Nec uero finē quo perfici unú/
quodq; dicimuſ in alio eſſe niſi in ipſo: quoiuſ eſt finiſ. Sua enim
forma perficitur: unumquodq; perfectumq; eſt: quum a fine qui
intellectu rationeq; prouenerat: motum peregerit. formam autē
ipſam principium motuſ eſſe: q̄uiſ non naturale. Auctor Ariſto/
teleſ in ſecundo phyſicorum eſt. Quoniá igitur quod naturaliter
mouet duplex eſt: tametſi alter non naturale eſt: quippe quod in
ſeipſum non cōtineat mouendi principiú: tale autem eſt. Siquid
ipſum non motum moueat: quale eſt quod omnino immobile:
primumq; omnium eſt: atq; etiam quod qd eſt: & formā dicimuſ.
finiſ ení hoc: & quoiuſ gratia eſt. Sed quoniá quod agit: & actu
iam eſt quod potentia fuerit: nō ſolum ſuum bonum & ſuā per/
fectionem appetit: ſed etiam efficere opuſ certum intendit. Ideo
finem bifariá accipi: aut enim perfectiue pro bono & appetibili:
quo perficitur id a quo appetitur: aut effectiue pro effectu: qua
homo: aut equuſ: aut arbor: aut tale quid ē: quod effectum eſt.
Primum Ariſtoteleſ deſignat: quum in primo ethicorum dicat.
Quam ob rem bene aſſeruerunt id eſſe ipſum bonum: quod oīa
appetant. Secundum etiam in eodē declarat: quum tibiaſ: deniq;
inſtrumenta fineſ appellet. Ad hanc ſententiá & ſimpliciuſ locú
ſecundi phyſicorum de duplici fine exponit: uir in exponendiſ
libriſ Ariſtoteliſ diligentiſſimuſ. Verbú ení illud στοχαξεσθαι
quod ſpectare & ex uſu uulgari diſputationiſ intendere eſt: ad
effectum refert: non ad bonú quoiuſ proprie appetituſ eſt. Licet
etiam hunc phyſicum finem: illum metaphyſicú appellare. Finē
enim phyſicum eſſe rerum ſubiectam ſenſui rationem Ariſtoteli
placet ī tertio de celo. Finiſ inqt ſciētie factiue opuſ eſt. phyſice
autem quod proprie ſecundum ſenſum ſubinde appareat. forma
uero que finiſ eſt attribui metaphyſico aptiſſime poteſt: quando
idem philoſophuſ non id eſſe naturale principium motuſ aperte
fatetur. Sed quum finiſ phyſicuſ peractio: & motōniſ ultimú ſit:
ut Ariſtoteli placet. Finiſ inquit eſt tale: quale ipſum quiſq̄ eſt:

genuiſſe: & nullum inquit tam naturale eſt: q̃ tale feciſſe alterum quale ipſum quicquam eſt: & quippe cum magiſ egiſſe inquit: & generatum eſſe finiſ ſit: q̃ generari & agere. in ſexto topicorum hoc. in ſecundo de anima illa. quum ita ſit inq̃: non effectu qua forte homo aut tale aliquid eſt perficit agenſ: ſed peracta actõe que forma agentiſ: q̃ agenſ eſt. atq; ita finiſ alteram intelligi dif/ferentiam: ut alter actiue ſit: alter paſſiue. Egiſſe enĩ finiſ agẽtiſ eſt: actum eſſe & hoc aut hoc: ex parte rei ſubiecte ſtat. In qua motum eſſe paſſiue certum eſt. & quum ſibi quodq; nobilitatem perfectiõemq; inde trahat: unde ortum eſt: effectũ eo nobiliorẽ eſſe: quo a nobiliore agẽte prodierit: q̄ppe quũ medicina ſanitaſ quodammodo ſit: & edificina forma ſit edium: & homo hominẽ generet. Verba hec Ariſtoteliſ ex duodecimo metaphyſice ſunt. & forma inquit quam ĩtelligiſ taliſ eſt: qualiſ reſ unaqueq; eſt: in libro de motu animalium: & qualiſ quiſq; eſt talia agit & loquit᷑: & uiuere itidem ſolet in quarto ethicorum. Ad hec finẽ in rebuſ phyſiciſ accipi: aut per ſe ratõe effecti operiſ: aut ad aliud: ita ut quod primo modo fuerit finiſ: ceſſet tantiſper eſſe finiſ: idq; loco ultimi finiſ ſit: ad quod referatur: uerbi gratia. Sanitaſ que finiſ medici per ſe eſt in intendendo ſanitatem efficiendam: ceſſat iam eſſe finiſ: dum ad hominem pertinet: quoi medicuſ ſanitatem cõ/pararit. & enſiſ qui finiſ fabri per ſe eſt in intendendo enſem effi/ciendum ceſſat iam eſſe finiſ: dũ ad militem pertinet: qui eo utat᷑. Finiſ ergo ulterior eſt & perfectior ibi homo: hic mileſ. de qua duplici ratione finiſ docet Ariſtoteleſ in primo ethicorum quum dicat. Sed quum plureſ fineſ uideantur: eorũq; aliquoſ eligamuſ propter alium. uerbi gratia. diuitiaſ: tibiaſ: & omnino inſtrumẽta cõſtat nõ eẽ eoſ pfectoſ. Quoiuſ loci meminit idem & in ſecũdo phyſicorum dicenſ. Nam & faciũt arteſ materiã alie ſimpliciter: alie cultiorem & utimur: utpote: quum omnia noſtri cauſa ſint: quippe quum noſ etiam finiſ quodammodo ſimuſ. duplex enim quoiuſ cauſa illud eſt: ut ĩ libriſ de philoſophia expoſui. & in hoc enim loco idem de fine docet: ut que fineſ ſunt artium: eadem ad hominem: qui hiſ utatur. non preterea rationem habeãt finiſ: ſed pertinentiſ ad finem: atq; homini tanq̃ fini ſubiiciantur. Quin & in ſecundo de anima duplicem hanc rationem repetit finiſ: & ter/miniſ propriiſ diſſernit quo loco animam: & effectalem & finalẽ cauſam eſſe demonſtrat. Corpora inquit naturalia omnia tam

aĩa · causa · effectiua et fina nalis ·

animalium:q̃ plantarũ inſtrumenta anime ſunt:utpote que aïe cauſa habeantur. Sed id quoiuſ cauſa:bifariam eſt:aut enim qđ: aut quoi. Nec uero ſimpliciuſ hanc differentiam finiſ:quem & quoi:alio modo declarat:q̃ ego expoſui. Itẽ non eſſe incõueniẽſ finem duplicem aut multiplicem eſſe eiuſdem numero:ratiõe di/ uerſa. ut hominiſ medici finiſ: ſeruaſſe:aut recuperaſſe ſanitatem eſt qui medico competat:& uirtuſ qui homini. Accipitur hoc a ſecundo phyſicorum. Naturam etiã ubi fieri non poteſt:ut plu/ ribuſ ad plura utatur:eodem uti ad plura:ut lingua ad loquendũ & ad ſaporem percipiendum. dentibuſ ad cibum cõficiendum: & ad loquutiõem expreſſiorem. reſpiratõe ad cordiſ refrigeratõem & ad uocem: Cõſtat hoc in libriſ de animalibuſ & de anima. Hec ita pleniuſ ſubiicere uolui:ut facultaſ eſſet ad diſſoluenda argu/ menta quorundã:qui exercendi ingenii cauſa plureſ de fine dif/ ficultateſ mecũ hiſ diebuſ mouerũt. Nã quantum ad argumentũ aduerſarii attinet:non tanta opuſ eſt preparatõe. Sed quid ille?

homo celo nobilior

Homo inquit nobilior celo eſt:quum finiſ ſit motuſ celeſtiſ. & quiſq; finiſ nobilior ſit eo quod ſpectet ad finẽ. Quidã negarũt hominem habere in motu celeſti rationẽ finalem: qui ſi aliaſ me/ taphyſice ipſi hunc locum tractarent:apte ſtatuere ita poſſent. Sed quoniam reſpondere ad hominem debuerint:qui ex motu: generationeq; arguerat:non recte negarũt:quod principiũ fere phyſicorum eſt:ut quod per motum intenditur:finiſ ſit. Fateor enim uerum:quãdo non equidẽ Platonẽ defendo:ſed ueritatem: quam ſi uſpiam apud aduerſarium uidero oppugnari:nõ minuſ meteſu ipſam q̃ Platonem defendam: facile itaq; ego aduerſario cõcedo motum celeſtem habere finem:generaſſe hominem: & ſua continuitate ſeruaſſe ſpecieſ generabilium omniũ. Nec uero cõ/ tendam ſophiſtarum modo ſi hominem dicit finem. ſed ſit homo finiſ:modo ſtet in eorum que ſubiecimuſ ratõe: & quidẽ affirmo: & peritiuſ fortaſſe q̃ aduerſariuſ hominẽ eſſe finẽ ex loco ſecũdi phyſicorum illo Ariſtoteliſ. Conſtat igitur neceſſariũ id in rebuſ naturalibuſ eſſe: quod uelut materia dicitur:atq; etiã motuſ eiuſ ipſiuſ materie. & quũ de ambabuſ cauſiſ diſſerere homo ſtudioſuſ nature debeat:tum uel maxime de ea que quoiuſ cauſa eſt. Hec eſt enim cauſa materie:non materia eſt cauſa finiſ: & nimirũ finiſ ipſe: & quoiuſ cauſa illud a definitione rationeq; petitur:ut in hiſ patet:que arte conſtruuntur rebuſ. Quum enim taliſ ſit domuſ

hec fieri oportere atq; precedere neceſſe eſt. & quũ ualitudo hoc ſit: hec fiant & antecedant neceſſario conuenit. Ita ſi homo hoc eſt: hec: & ſi hoc hec. Atq; etiam ex ſeptimo politicorũ illo ratio noſtra & intellectuſ finiſ nature eſt. Sit itaq; celo finiſ in motu naturali generaſſe hominẽ aut ſpeciem ſeruaſſe humanã. Diuuſ autem Thomaſ: & Auerroiſ: & Alexander: q finẽ celi eẽ dixerũt aſſimilationem ſiue dei: ſiue primi motoriſ: metaphyſice de fine loquuti ſunt: non phyſice. Nec abſurdum finem hunc duplicem eſſe: alterum ut celo & ſimpliciter: alterum ut generatori: & ſecũdarium ex officiõ naturali. Intelligi etiam poteſt ut ordinanduſ ad finem ulteriorem: ſiue deũ ſiue naturam uniuerſalem: atq; ita finem quem: pertinere ad finem quoi. imperfectioremq; eſſe. Sed aduerſariuſ: celum inquit ordinatum ad hominem eſt. Concedo. Sed ut ſuperiuſ non inferiuſ. finem inqt hominem habet. cõcedo. Sed paſſiue: & denominatiue a fine poſito in peractiõe agentiſ: & ut finaliſ actioniſ ſubiectum. Taliſ autem finiſ imperfectior eſt. Contra inquit. finiſ ratione finiſ perfectiſſimum atq; optimũ eſt. Concedo. Sed ſuo in genere: & ratione boni: non ratione effectuſ & hominiſ. atq; ita bonum illud & finiſ: quem coelum in generando appetit. In ipſo coelo poſituſ eſt: eoq; nobiliuſ coelum habetur: quo hominẽ generauerit. nec aliud eſt dicere ita hoiem celo nobiliorem: niſi celum poſt q̃ homiem generauit: ſeipſum eſſe nobiliuſ nondũ homine generato. quod & philoſophuſ diceret: & propterea colendum: ꝙ generarit. ſicut & deũ: quia creauerit. Eho inquit. finiſ hic homo eſt. Concedo. Sed non ſit. i. ut forma mixta materie: ſed ut forma ſine materia poſita ĩ itellectu agẽtiſ producenda in opuſ: quam ubi produxerit: conſecutum eſt ſuum finẽ: & proinde nobiliuſ eſt ſuo materiali effectu: & noblitat eũ: non eo nobilitatur. Nunquid forma inquit in materia hominiſ: bonum ſit. & appetendum? Ita eſt: ſed non tantiſper appetendũ. Ergo inquit bonum illud celi foriſ in effectu: non in celo poſitũ eſt. Non ſequitur bone uir. Forma enim in materia hominiſ eſt quam appetat materia hominiſ: priuſquam formetur. & qua ipſa perficiatur: non quam ſibi appetat coelum. quum enim actu ſit celum: non pluſ uel appetit: uel intendit: q̃ generaſſe: qua generationiſ ratõe perficitur ea forma que non in homine: ſed in ipõ quod generauerit eſt. Ceterum te fallit ambiguitaſ termini ſiue nominiſ: ꝙ enim formam domuſ idẽ eſſe quod edificandi habituſ

.III. C. X.

audieriſ: crediſ nihil referre in intellectu: an foriſ acceperiſ formã. Alterum etiam locum: quem a ſecũdo phyſicorum ſumit ſibi preſidio: non ſecuſ q̃ primũ exponit. Nõ enim ita omnia eſſe noſtri cauſa ibi dicit: ut nihil excipi poſſit. Sed deuſ & celeſtia corpora excipi debent. Agitur enim ibi de uſu hominiſ: illa autem nõ ſũt uſui nobiſ: & proinde noſ finiſ illorũ non ſumuſ: & utimur inq̃t utpote cum om̃ia noſtri cauſa ſint. Sumuſ enim & noſ quodammodo finiſ. Que itaq; ad uſum ueniunt hominiſ: horum tantummodo finiſ eſt homo. Sed quoniam duplex ſit finiſ: quẽ & quoi: ita intelligendum: ut homo finiſ ſit quoi: nam finiſ quẽ celeſtiũ homo eſt. Reſ igitur arte confectæ: & animalia quibuſ homo utatur: & reliqua generiſ eiuſdem referri ad noſ ut ad finem non ſuperiora illa putandum eſt. Quod uel ex illo libri ſecundi de aĩa ſatiſ probari poteſt. Corpora inquit naturalia omnia tã animalium q̃ plantarum inſtrumenta anime ſunt: utpote quum anime cauſa habeantur. In primo etiam politicorum ipſe quibuſ nam deſcribi debeat rebuſ uſuſ hominiſ declarat. Nemo enĩ expoſitor eiuſ eſſe melior poteſt: q̃ ipſe ſui. Exiſtimandum inquit: ut plãte animalium cauſa ſint: ipſa autem aĩmalia hominiſ gratia: cicureſ certe ad uſum uictumq;: fere autẽ & ſi non omneſ tamẽ plurime uictuſ commoditatiſq; alteriuſ cauſa habeantur: quo ueſtiſ: & pleraq; ex hiſ alia ſubminiſtrentur. quod ſi natura nihil uel imperfectũ uel fruſtra facit. Hec hominiſ cauſa facta eſſe a natura neceſſe eſt. Quantum itaq; ſub hoc termino omnia complectat̃: planum hinc eſt quum hec dicenſ oſtendet ea tantũ: que natura ad uſum hominiſ fecerit. Quanq̃m eum locum Simpliciuſ familiariſ noſter ita expoĩt. ut ne naturaleſ quidem reſ illæ: ſed ſolum artificialeſ intelligantur. in qua ſententia & diuũ Thomã fuiſſe certum eſt. Sed ego liberaliuſ agenſ cum aduerſario: do non ſolũ reſ arte confectaſ: uerũ etiam natura: dũmodo non ſe extendat ad ſuperiora: quæ diuina animalia eſſe: & nihil cõmune habere cum miſeriſ hominiſ: Ariſtoteli placuit. Scripta autem huiuſ philoſophi: que a me ita in latinum conuertuntur. ſi diſcrepare uidentur ab iiſ: quorum expoſitiõeſ & cõmenta habentur: petant̃ greca exemplaria: & an bene conuerterim: querant diligentiuſ eruditi lingue latine & grece. Confido enim ſic fore: ut eoſ q illa commentiſ predita ſequuntur: ſi hec noſtra ad ſcripturam Ariſtoteliſ iudicent in hiſ potiuſ uellent fortaſſiſ ſtudiũ ſe conſumpſiſſe.

Nec uero ſi aliquibuſ terminiſ nouiſ fere uſi ſumuſ reprebēdendū
eſt. licet enim docendi cauſa ita facere: quando qui aliiſ quibuſuiſ
terminiſ utenſ de re mecum contendat. demum ſeſe de termino nō
de re contendiſſe intelliget. Sed bactenuſ de fine. ❨ Illud etiam
affert Ariſtotelē uelle: ut p̄muſ motor qui prima cauſa eſt: nullo
pacto ſit motor appropriatuſ primo mobili: neq; moueat primū
mobile immediate effectiue. Quod & ſi nōnulli & doctioreſ ipſo
tueri conantur: tamen ita audacter ꝓnunciare ſumma temeritaſ
eſt. preſertim quum expoſitoreſ multi ꝓbatiſſimi Ariſtoteliſ aliter
ſentiāt. Iam Auerroiſ in duodecimo metaphyſice cōmento qua/
drageſimo ſecūdo: qđ a iunioribuſ dicitur inq̄t primā ſubſtantiā
eſſe priorem primo motore falſum eſt. Vnaqueq; enim ſubſtātia
abſtracta: eſt principium ſubſtantie ſenſibiliſ: ſecundum motum: et
ſecūdum finem. Quamobrē Ariſtoteleſ inq̄t. Si alique ſubſtātie
eſſent non mouenteſ: eſſent ocioſe. Idem cōmento quadrageſimo
quarto. Dicamuſ igitur inquit nullam formam eſſe quaſi finem
communem & uniuerſalem: niſi eā ex qua ceteriſ communiſ actio
babeatur: que ſcilicet mouet primum celum motu diurno. Idem
cōmento trigeſimo. Subſtantie inquit abſtracte ſecundum idem
mouent ut finiſ: & ut efficienſ. Quibuſ aperte exponitur eandē
ſubſtantiam que finaliter mouet: efficienter etiā mouē~~tur~~. & oēſ
ſubſtātiaſ abſtractaſ eſſe principium aliquoi ſubſtantie ſenſibili.
quod certe non ita eſſet: niſi & prima ſubſtantia appropriaretur:
& efficiēter moueret. Pluribuſ etiam aliiſ lociſ idem ita de ſepa/
ratiſ ſubſtantiiſ loquitur: ut nullam excipere uideatur: que non
appꝛoprietur: aut non moueat eadem & ut finiſ: & ut efficienſ. In
bac ſententia & Thomaſ anglicuſ auctor grauiſ eſt: qui quum ex
aliiſ uerbiſ Ariſtoteliſ tum ex illiſ octaui libri pbyſicorū: quibuſ
infinitam eſſe potentiam primi motoriſ oſtendit̄ in motu perpe/
tuo diurno. Arbitrat̄ boc ex pbiloſopbi illiuſ opiniōe. ſubſtātiā
primam appropriari mobili primo. & quum idē ubi nam ſit ille
motor: qui nec per ſe: neq; per accidenſ moueatur querat. Statuit
demum illum in deuexo eſſe primi orbiſ: quo faciliuſ & ublociuſ
ipſe orbiſ moueri poſſit: in qua ſententia et Alexander græcuſ
commentator eſt. Atq; ſimpliciuſ octauū pbyſicorum exponēſ:
Plutarcbuſ quoq; in libriſ de opinionibuſ pbiloſopboꝝ: Ariſto/
teleſ inquit: deum formā eſſe intelligibilē dicit: & eūdem inſidere
ſpbere uniuerſi aſſeuerat. unde fit ut effectiue īmediate moueat:

·IIII·C· XI

& approprietur: quãdo & locuſ ille circumferentia primi mobiliſ deſignat. Nec dici ab aduerſario poteſt hec de motore ĩterpoſito illo intelligi. Ariſtoteleſ enim de motore qui nec per ſe: neq; per accidenſ moueatur diſſerit: quam quidem immobilitatiſ rationem nõ niſi primo motori cõpetere aduerſariuſ ipſe arbitratur. ꝓbat hoc idem ille doctor ex numero ſubſtantiarum ſeparatarum inueſtigatione qua uſuſ Ariſtoteleſ in duodecimo metaphyſice eſt. Quod enim totidem eſſe intelligentiaſ dixerit: quot delationeſ ſint celeſtium corporum: & ordinem illarum eſſe ad motuſ aſtroꝝ rationem: Concludit hic ſingulaſ ſubſtantiaſ ſeparataſ ſinguliſ approprïari mobilibuſ. quod non ita conſequeretur. ſi prima ut aduerſariuſ uult: nõ appropriaretur: nec totidem eſſent numero quod Ariſtoteli placet. una enim illa non appropriata numerũ addita augeret. Accedit ad hec teſtimoniũ diui Thome auctoriſ grauiſſimi q ex ponenſ hunc Ariſt. locũ: & reprehendenſ Auicẽne opinionẽ ꝙ primũ mobile nõ moueri immediate a ꝑmo: ſed ab intelligentia cauſata a ꝑmo ſtatuerit. Concludit hiſ uerbiſ. Satiſ conuenire uidetur. ut primuſ motuſ rerum corporalium ex quo ceteri omneſ dependent: habeat ſibi ꝓ cauſa primã immaterialiũ ſubſtantiarum: ut quedam cõnexio & ordo ſenſibilium & intelligibilium ſeruetur. Ita huiuſ quoq; doctoriſ ſententia declarat: primam ſubſtantiam motorem eſſe appropriatum mobili primo & ratio quur ita: redditur illa. ut connexio & ordo ſenſibilium & intelligibilium ſeruetur. Sed tamẽ aduerſariuſ ni mirum quantũ audacter contra tot tamq; clarorum uirorum iudicium: dixit ita eſſe ex Ariſtoteliſ ſententia: ut primum mobile non immediate moueatur a primo: & platonicoſ qui ita Ariſtoteliſ uerba interpretantur reprehendit. Ceterum argumenta quibuſ hoc probare conatur uideamuſ. Motor inquit appropriatuſ: beatur ex generatione continua inferiorum: quia finiſ beat ea quæ ſunt ad finem. deuſ autem nõ beatur ex aliquo extrinſeco. Item quia motor appropriatuſ mouetur per accidenſ ad motũ mobiliſ q̃uiſ non per ſe. Aut enim ſicut anima: aut ſicut gubernator mouetur. Deuſ autem nec per ſe nec per accidenſ mouetur. Itẽ omniſ motor appropriatuſ componitur ex actu & potentia: & ſubiicit motui: & tota uita ſua non eſt ſimul: quæ non conueniunt deo. Item Ariſtoteleſ in primo de celo: ea que ſunt extra celum non eſſe in loco nec in tempore dicit: nec ſeneſcere: nec ullo modo mutari:

· III · C · XI ·

ſed uitam habere optimam: & eſſe eterna atq; diuina. omne etiã diuinum eſſe immortale: & primum: & ſummum. Ac primum et ſummum non niſi deuſ ſoluſ eſt. Ergo deuſ eſt extra celum: uita eterna ĩmobiliſ: & nullo in loco. Sed motor omniſ appropriatuſ eſt in loco mobiliſ: quod mouet: & mouetur peraccidẽſ: nec uere eternuſ & immortaliſ eſt. ergo deuſ non eſt motor appropriatuſ. Item idem philoſophuſ dicit: ex eo dependere coelum & totam naturam. Ergo motor appropriatuſ primi mobiliſ dependet ex primo motore ſimpliciter. Aliter enim non dependeret coelum & tota natura: ſed parſ tantum. Item nullum primum ſimpliciter: ẽ primum tale in aliquo genere quia illimitatum ſic eſſet limitatũ: ſed deuſ eſt primum ſimpliciter: ergo non eſt primuſ motor appropriatuſ: quia eſſe appropriatum aliquam affert aditionem & reſtringit. Item ſi p̃muſ motor moueret: ut motor appropriatuſ nõ differret a ceteriſ motoribuſ natura & dignitate: nã ſi differret hoc ceſſet ratõe mobiliſ. Sed mobile primũ non differt ſua natura a ceteriſ. omnia enim celeſtia corpora quintum corpuſ eſſe ab Ariſtotele ponitur. Ergo nulla ratione differret a ceteriſ. Hæc colligi ita poſſunt: que ipſe paſſim cõfuſeq; ĩ ſecũdo ſuo capitulo refert: alucinanſ argumenta alioꝝ ſine iudicio: & danſ ſine mẽte ſonum. Solutio primi. ꝙ nõ omniſ motor appropriatuſ beat̃ ex generatione inferiorum. Siquidem beari: perfici eſt. perfectio enĩ motoriſ ex fine: nõ niſi hiſ motoribuſ cõtingit: q naturaliter moueãt: quod ſi deuſ & quequunq; ſubſtantia ſeparata non naturaliter mouet: ſed ratione boni & appetibiliſ: quemadmodum ſuperiori ſolutione declaratum eſt. perficit ſane nõ perficitur dũ mouet. Cõtra inquit. finiſ eſt quo unũquodq; perficitur: cõcedo. & ideo modo dixi deum eẽ eum finem: quo mobile primum perficiatur & beetur. Sed nego quodquunq; mouenſ habere finem ſibi naturalem ad quẽ moueat. hoc eſt ut motum ipſum moueat alterũ. Hec enĩ ratio cauſe unde motuſ phyſica eſt. In ſubſtãtiiſ uero illiſ intelligibilibuſ ſi admittẽda eorum ſententia eſt: qui effectiue eaſ mouere dixerunt. Aut ita hic effectuſ intelligenduſ ẽ: ut conſequenſ ſit appetitum & finiſ non intentuſ. ſed acceſſoriuſ: quo perficiatur nõ motor ſed mobile: & alteram afferat naturã: & cõſtat ratio huiuſ finiſ decimo libro ethicoꝝ. Aut ita ut uelut obiectũ moueat intelligentia ad ſe appetendã: qui & ipſe motuſ nõ mouenſ ſed mobile perficit. Ad ſecundum negat̃ motorem

.III. C. X.I.

appropriatum moueri peraccidenſ. Demonſtratum eſt enim ab
Ariſtotele in octauo phyſicorum non moueri nec per ſe: nec p/
accidenſ: quod mouet motu ſempiterno: nec poſſe continuum &
perpetuum eſſe hunc motũ: ſi eiuſ motor ita moueret. Alexãder
etiam & Simpliciuſ ita uolunt ut ne peraccidenſ quidẽ moueat.
quanq̃m Alexander hoc ideo eſſe dicit: quia motor ipſe non in
parte: ſed in tota orbiſ circunferentia eſt. Simpliciuſ autem quia
abſtractuſ eximiuſ & ſupremuſ. Ad ratõnem uero quam affert ꝙ
aut ſicut anima: aut ſicut gubernator. dicimuſ uerum hoc eſſe in
motu naturali per principiũ unde motuſ: ſed deuſ non ita mouet
ſed ut amatum & deſyderatum. Quod in duodecimo metaphy/
ſice conſtat. Ceterum ſi rem de qua agit intelligeret aduerſariuſ:
probabiliuſ utiq; argueret inde. ꝙ motoreſ orbium ſecundorum
moueantur peraccidenſ. Verum & ſi illi quidem mouentur per/
accidenſ: tamen ita peraccidenſ moueri intelligendum: ut p aliud
moueantur: non per ſe. mouentur enim illi motoreſ in quantum
ſphere: quaſ mouent: rapte aliunde moueantur: quod moueri p/
accidenſ per aliud eſt. non per ſe peraccidenſ: quod ei conuenit:
quod ad motum ſui mobiliſ proprium moueatur. Deuſ uero per
aliud moueri non poteſt: quia ſphæra eiuſ non mouetur motu
alteriuſ ſphere ſuperioriſ. Ad tertium. Negatur omnẽ motorẽ
componi ex actu & potentia hoc eſt paſſiua: ut ipſe accipit. Id
enim in motu mere naturali ſolum eſt. Negantur etiam reliqua:
que ſine ulla ratione: ſine ullo teſtimonio adicit quaſi ſatiſ ſit aſ/
ſeruiſſe tñ preſertim perabſurda quedã: & ad integram diſputãdi
rationem. Ad quartum. Quæ ab Ariſtotele in libro de celo de
ſuperceleſtibuſ ſubſtantiiſ dicuntur: quoniam pluratiuo numero
explicantur: non ſolum ad primam ſubſtantiam ſeparatã referri
debent. Sed etiam ad ſecundaſ quaſ & antiquorum opinio: que in
eodem loco memoratur ſuperceleſteſ tulerit: & euo preditaſ im/
mortalitateq; ſumma predicarit. Itaq; diuuſ Thomaſ eũdẽ locũ
exponenſ: hoc intelligendum eſt inquit de deo: & de ſubſtantiiſ
omnibuſ ſeparatiſ: quæ non in tempore ſunt: neq; in loco: quia
quia abſtracte a materia ſunt: & ideo ibi non ut in loco: ſed ut nõ
contenta in continentia corporalium rerum ſunt: quia totã rerũ
corporalium naturam excedunt: & ideo non mutantur: & uitã
optimã habẽt & ſufficientẽ. Idem mox adicit antiquoſ auctoreſ
ſub hiſ uerbiſ diuinum: immutabile: primum: ſummũ: intellexiſſe

1 4 3

· III C · XI ·

omnem ſubſtantiam ſeparatam: diuinamq; appellaſſe: quia non ſubiecta motui eſt: primam: quia non ſubiecta tempori eſt: ſummam quia non contenta in loco eſt. Ita diuus Thomas locũ eũ exponit: in quo aduerſarius Ariſtotelem ideo plurali numero uſũ dicit: ut uel myſterium trinitatis induceret: uel quia plurali pro ſingulari uti liceret. Sed quis tam eius ineptũ ſenſũ non ſpernat quando uel Ariſtotelem docere trinitatis myſterium arbitratur. uel quod in greco ſermone plurali numero exponi nõ poteſt: id pluraliter dictũ arbitratur: preſertim ab Ariſtotele qui quotiens de primo & ſummo pͤncipio loquitur: cauet magnopere nequid pluralitatis ſuſpicetur. Quum igitur non ſolum primus ſed etiam ſecundi motores extra celum eſſe dicantᷣ: nõ ob id primus motor appropriatus non ſit. Nec uero ſi tam primus q̃ ſecundi in circunferentie ſuorum mobilium ſint: ideo accidit ut ĩ loco limitentur. quod ipſe inepte imaginatur: neq; per motũ ipſum aliquid ex ſua immortalitate poſſunt amittere. Ad quintum. Non quũ celũ nomĩatur ſimul & aggregatum ex mobili & motore intelligitᷣ. Itaq; ſenſus huius ſcripture integer ille eſt: ut celum non ſuo cũ motore ex deo dependeat. Sed ipſum corpus coeleſte ſine altero motore ex primo immediate. Quod autem ſibi magnifacit illud & tota natura quid iuuet non uideo: nam ut eius fraudẽ omittã: quum ipſe addiderit tota: ubi Ariſtoteles non tota: ſed natura tm̃ dixerat. quid iuuet queſo etiam tota natura dependens ut ipẽ accreſcens dicit. Non enim ſi tota natura: continuo & intelligentia dependet: que res naturalis non eſt. Iam Ariſtoteles quum naturã dependere ex pͥmo illo principio dicat: ita intelligit auctore Alberto: ut principium motus corporum naturalium generabilium non celeſtium inde dependeat. quoniam motus ille ab anima nõ a natura eſt. Auctore autem diuo Thoma motus celeſtis dicitur naturalis: ratione paſſiui principii. Itaq; dici poteſt primum celũ circunſcripto motore ratiõe ſui principii paſſiui: & naturam hoc eſt principium motus primi paſſiuum: dependere. Ad ſextum. Quidam uolunt: ut ſiquid principium eſt omnium entium: ſicut deus eſt: idem poſſit: & ſimpliciter dici primũ tale ĩ aliquo genere. ſed inferri ab aduerſario poteſt: nihil poſſe dici principium oĩum entium: aut generum: quod primum ſimpliciter ſit. Quare aliter reſpondendum: negando quod primum ſimpliciter ſit: idem non poſſe primum dici in aliquo genere. Iam enim theologie prima

· III · C · XI ·

ſcientia ſimpliciter eſt:& prima in ordine:quum a ciuili auctore
ordinantur ſcientie ad uſum ciuilem.Ad rationem uero dicendũ:
non eſſe inconueniens:ut quod illimitatum ſimpliciter ſit:aliquo
modo limitetur.hoc eſt inquantũ conſyderatur cũ aliis:ut p̉mũ
ad ſecundum. Item quum eadem res aliter a physico q̃ a meta/
physico conſy deretur:nullum incõueniens ſit:ut deus q primum
ſimpliciter ſit:per conſyderationem metaphyſici:motor ſit p̉mus.
per physicam conſyderandi rationem inq̃ntum physicus ꝓcedẽs
deueniat ad ultimum quod moueat:non motũ ipſum:& ſi plura
huiuſmodi ſint: quod prius & principalius ſit conſyderet. Ad
ultimum. Irridendus iam hic Platonis irriſor eſt. In quo enim
Ariſtoteles reprehendit̃ a Platonicis:ꝙ par̃ digne de deo egerit:
quũ nihil grauioris fungendi officii illi tribueret:q̃ ut cũ ceteris
intelligentiis partes ſuas moueret. hoc ipſe inconueniens pro ſui
argumenti ratõne accipit.& ſi primus motor moueret appropri/
atus inquit non differret natura aut dignitate a ceteris. Sic. ita
Plethо uir platõicus dixerit:q hoc argumento uſus ĩ Ariſtotelẽ
eſt.nec uidet ſe contra Ariſtotelem quem defendit:arguere:quum
ita ratiocinetur.quod itaq; ad eum pertinet reſponſum ſit illud.
ita ſit. Sequitur enim inconueniens iſtud:non culpa Platõis:ſed
eius qui motorem primum appropriatum ſtatuerit. Verum q̃a
me non affectus: ſed ratio uera ad hanc controuerſiam mouerit.
Non minus Ariſtotelem q̃ Platonem defendendum a me cenſeo:
atq; ita apud ceteros dico non bene afferri:motores non differre
inter ſeſe:quoniam mobilia ipſa: in natura corporis quinti con/
ueniant. Non enim ſi conueniunt in natura quinti: ceteris quoq;
omnibus rebus conueniant. Iam homo & equus conueniunt in
natura animalis:& tamen differũt ſua propria ſpecie. ꝙ ſi celeſtia
corpa differũt ĩter ſe ſpecie: ut pleriq; auctores illuſtres ſentiũt.
motor p̉mus q̃q̃ appropriatus:p̃ſtãtior ceteris eſſe põt.differẽtia
ipſa ſui mobilis ſpecie deſcripta longe nobiliori:ſed ſi ſpecie non
differunt:ut aliqui non contemnendi auctores uoluerunt:ne ita
quidem ſequetur quid inconueniens auctore Auerroe & Meſſa/
laco:& Alexandro qui ea cõuenire in ſpecie differre participatõe
ſpeciei eiuſdem in equali ſecũdum prius & poſterius: atq; ita alia
aliis eſſe poſſe nobiliora exiſtimarunt. Neq; id eſſe impoſſibile in
his que materia carent paſſiua:immouero aptius:q̃ ut conueniãt
in genere & ſpecie differant. quando forma quæ conuenientior

III. C. XII.

celeſtibuſ eſt: ſpeciem comitatur q̃ materia: qua generiſ nomine indicetur. Quanq̃m Albertuſ & diuuſ Thomaſ & Simpliciuſ eam ſententiā oppugnant: uoluntq; omnino ut ſpecie celeſtia corpa inter ſe differant. ſed huiuſ queſtioniſ diſcuſſio: non cōuenit huic loco: ſatiſ itaq; ſit tueri Ariſtotelem in reſpondendo ſi differentiā eſſe celeſtium corporum dicimuſ: licet uel in genere: uel in ſpecie cōueniant: qđ facere aduerſariuſ neſcienſ cedit rationi platōicoꝝ ut deuſ nobilior ceteriſ motoribuſ eſſe nō poſſit: ſi motor appropriatuſ ſtatuatur. Ita aduerſarii tela fruſtra in Platoniſ ſcholā coniecta ſunt: que deum eē motorem primi mobiliſ appropriatū refert ad Ariſtotelem auctorē. ¶Venio ad aliam eiuſ argumentationem que taliſ eſt. Primum mouenſ eſt uita optima inquit & uita eiuſ eſt tota ſimul. Vita autem ceterarum intelligentiarum ſecundum Ariſtotelem non eſt tota ſimul· ſed in quadā ſucceſſiōe conſiſtit: inquantū appropriantur mobili: & ideo eternitaſ eoꝝ non eſt tota ſimul: nec continet totum tempuſ: & earum duratio eterna eſt magiſ extenſiue. Hec uidetur quidem ex noſtra theologia alucinari: ſed imperitia uitam intelligentiarū non eſſe totā ſimul pronūtiat: & ignaruſ quod Ariſtoteleſ hac de re ſcripſerit: attribuit illi inepte: & falſo: quod ipſe peruerſe a noſtriſ theologiſ intellexerit. Noſtri enim ſic cenſent: ut eſſe dei ſolum eternitate menſuretur: neq; in eo ſit aliquid ſucceſſioniſ: uel ſecūdum eſſe: uel ſecundum operationem: ſed ſimultaſ ſit omnifaria: āgeloſ uero quantum ad eſſe nō eternitate menſurari uolūt: ſed euo. differre aūt euū ab eternitate: ꝙ eē eternum nullā recipit ſucceſſionem: quod eſſe eui utiq; patitur propter uariaſ angelorum electioneſ. a tempore uero differre: ꝙ eē temporale priuſ & poſteriuſ habet: eſtq; mutabile: quum in euo non ſit priuſ & poſteriuſ: in quo innouatio & inueteratio ē: que in āgeliſ eſſe poſſunt. At hic nouuſ theologuſ uitam intelligentiarum ceterarum non ſimul totā eſſe ait. ideoq; Ariſtoteli fidenter aſcribit: quod q̃ Ariſtoteliſ placitū ſit uideamuſ. Appellat ille intelligentiaſ oēſ ſempiternaſ: ut cōſtat in duodecimo metaphyſice ubi ultra ſubſtantiam ſenſibilem: perpetuam eſſe ac ſempiternam ſubſtantiam probat: et ubi numerū ſubſtantiarum ſeparatarū inueſtigat: omneſ eiuſmodi ſubſtātiaſ ſempiternaſ uocat. ꝙ ſi omneſ iudicio illiuſ ſunt ſempiterne: uitā earum totam ſimul eē neceſſe eſt. primo etiam libro de celo: que ſunt extra celum & eterna: & uitam habere non temporalem &

extenſam demonſtrat: quem locum diuuſ Thomaſ exponenſ de omnibuſ ſubſtantiiſ ſeparatiſ intelligenda eſſe uerba hec Ariſto/teliſ ait. Nulla igitur intelligentia eſt: quoiuſ uita ſucceſſionem ullam patiatᷣ. Si ex opinione Ariſtoteliſ iudicio probatiſſimoꝝ expoſitorũ loqui uelimuſ. Sed queuiſ ſeparata ſubſtantia ꝑma: ſumma: & diuina: ab eo ipſo philoſopho appellatur: prima quia non ſubiicitur tempori: neq; a tempore menſuratur. ſumma quia non loco continetur. diuina. quia non ſubiicitur motui. Ratõne etiam rei facile coargui poteſt. Nam ſiqua ſucceſſio eſt ĩ ſecũdiſ intelligentiiſ: hec aut in earum eſſe: aut in operatiõe ſit neceſſe ẽ. At nõ in eſſe eſt: quia eſſe illaꝝ: ut peripateticiſ placet: abſtractũ omnino a motu eſt: quoiuſ ratione motuſ ſucceſſio eſt. Nec uero in operatõe eſſe poteſt: quando intelligere & uelle in ſubſtãtiiſ ſeparatiſ non differunt ab earum eſſentia: ut tertio de aĩa cõſtat: & commento Auerroiſ: qui in intellectu agente nõ eſſe potentiã ad aliquid ſicut in intellectu recipiẽti: aſſeuerat. Cõmento etiam duodecimo libri metaphyſice trigeſimoprimo. oportet inqt haſ ſubſtantiaſ exiſtere: quum enim moueant: ſine ulla potentia: ſine ulla materia eſſe neceſſe eſt. eternaſ enim eſſe neceſſe eſt. Necnon cõmento trigeſimonono: intellectum: & quod intelligitur idem eſſe ita affirmat. Omne inquit compoſitum eſt nouum: niſi quid per ſe componi dicatur. Sed ſiquid per ſe componatur id de po/tentia ĩ actum per ſe exeat & moueatᷣ per ſe ſine motore neceſſe eſt. quo in loco addit in formiſ materia carẽtibuſ. predicatum & ſubiectum hoc eſt: quidquid predicatur & ſubiicitur unum eſſe in re: q̃q̃ duo in conſyderando: reduci nanq; ad unam intentionem ſiue rationem eſſentialem: nec differre niſi in intelligendo ſolum. Ita actio intelligentie non differt ab eiuſ eſſe: & quũ nulla in hiſ compoſitio: nulla creatio noua ſit: nec ſucceſſionem eſſe poſſibile eſt: uel in ipſo eſſe: uel in operatione. Sed aduerſariuſ qui noſtre theologie rationem ad Ariſtotelem refert: quũ a noſtriſ audierit deũ noſſe ſpiritualẽ crearuram per tempuſ hoc eſt p ſucceſſionẽ temporiſ diſcreti propter uariaſ angelorum electioneſ: & uarioſ actuſ intelligendi: Ariſtoteleſ hoc ſenſiſſe ait: quod remotiſſimũ ab eiuſ philoſophi ſenſu eſt. quum unitum eẽ: & unitam actionẽ: apertiſſime ipſe ſtatuat: quum & eſſe coeleſtium corporum nullo tempore menſuratur: quoniam nullam in ſe habet ſucceſſionem in eſſe: nec ſunt in potẽtia ad eẽ: ſed euo ipſa menſuranᷣ ſentẽtia

Ariſtotelis: licet motus eorum tempore menſuretur: nec dici pōt ſucceſſionem hanc eſſe inquantum mouent celeſtia corpora: aut enim ratione moti: aut ratione mouentis hoc ſit: quod ſi ratione moti: pari ratione deus quoq; habebit ſucceſſionem: a quo primū celum mouetur. Sed ſi ratione mouentis: quum mouere nō aliud ſit niſi uelle ipſius intelligentie: ut ī uolūtatis actu nulla ſucceſſio eſt auctore Ariſtotele: ſic ne in mouendo quidem eſſe poteſt.

¶ Deinde opinio Ariſtotelis inquit de rerum productōe ē magis conſona fidei q̄ opinio Platonis: quia Ariſtoteles poſuit deū oīa produxiſſe ex nihilo: & a deo omnia dependere immediate: ſicut a cauſa efficiente: que quidem dogmata cum dogmate chriſtiano multum conueniunt. ſolum differunt in mundi eternitate: quam fides non aſſerit. Plato aūt credidit ꝙ primus deus non ꝓduxerit uniuerſum immediate: ſed per alterum deum a primo ꝓductum: & q̄uis regem eum appellat: tamen non ſibi rerum cauſalitatem actiuā immediate tribuit. Hec nullo pacto ad Ariſtotelē poſſe referri: declaratum ſatis a nobis ſecūdo uolumine eſt. Platonem autem ita ſenſiſſe: ut principium primum nō per ſeipſum: ſed per alterum crearet mūdum uere ab aduerſario dicitur. Sed hoc cō/ſentaneū magis noſtre fidei eſt: q̄ illa Ariſtotelis opinio: ut deus non produxerit mundum. Nam ne fides quidem aliter ponit: q̄ ut per filium cuncta creata a patre ſint. omnia per ipſum facta ſunt inquit. Ipſum autem eſt uerbum: quod in principio erat: & deus erat. quod ſi myſteriū trinitatis ſuſpectum ab aliquo illorū gentilium dici fas ſit: Platoni hoc uni dandum eſt: qui a primo principio genitam aſſerit perſonam diuinā: que in uirtute patris cuncta crearet. Audi Porphyrium in quarto libro hiſtorie phi/loſophice: Platonē ita de bono ſcripſiſſe referentē. A bono mens produit: in intelligibilis quodam modo humano ingēio: atq; per ſe ſubſiſtens: in qua ea: que uere entia ſunt: continentur. omniſq; entium ſubſtantia ſita eſt: quod & primitus pulchrum eſt: & de ſe ipſum formā pulchritudinis poſſidet. Produit uero eterne a cauſa deo ipſo emanans: q̄q̄m ſui ortus principium non ad aliud refert: quoad non per motum producta eſt: ſed ipſa ſponte ſua ex deo produit ſuiq; ipſa autor eſt: nec uero a temporali ullo initio pro/ceſſit: tempus enim nondum erat: nec facto iam tempore: ſubiicit ipſa temporis rationi. ſemper enim intemporalis ſolaq; eſt: atq; ut primus deus: q̄uis cuncta efficiat: tamen unus ſoluſq; ſemper eſt:

propterea quia non cum iiſ numeretur & ordinet: Sic menſ ſola ſempiternaq; eſt: & tempore ipſa uacāſ: tempuſ ipſa rebuſ tempo/ ralibuſ eſt: manenſ in eadem ſue ſempiterne ſubſiſtentiæ ratione. Hec Porphyriuſ ex Platoniſ ſententia. Verum aduerſariuſ pro ſua conſuetudine: ne illud quidem intelligere unq̄m uoluit: quod apertiſſime ab Ariſtotele ſcriptum eſt. Platonē ſolum arbitratū creatum generatumq; eſſe celum. Atq; ita quem nullo pacto eſt Ariſtoteliſ placitū: quod ipſe dogma appellat: Ariſtoteli tribuit: & quum Platonem calumnietur Ariſtotelem ita prefert: ut non ſatiſ callere ariſtotilicam diſciplinā uideatur. ❡ Ad hec: interp̄teſ inquit: male interpretati ſunt Ariſtotelē ubi dicit ꝙ deuſ eſt aīal eternum & optimum. Debuerunt enim interpretari uitam: aut uiuenſ non animal: quia animal in greco non dicitur ab anima: ſicut in latino: ſed a uita. Alter hic error aduerſarii eſt: ut græca nomina ex etymologia: id eſt ratione nominiſ: non ex uſu ana/ logico interpretemur: uerbi gratia: αγθρωπογ dicimuſ: ne hoīem interpretemur: ſed reminiſcentem: & quum θεογ: non deum: ſed currētem: & quum ζωηγ: non uitam: ſed feruorem. Sic enī cenſet: ut q̄uiſ Ariſtoteleſ ζωογ hoc eſt animal dixerit: tu non animal interpreteriſ: ſed uitā: a qua ζωογ dictum eſt: quaſi quum aīmal dicitur: nullo pacto quiſ intelligere uitam queat. Atqui animal ab anima dicta referri eodem poteſt: quo ζωογ. Anima enī p̄n/ cipium uite eſt. & licet in plantiſ anima uitaq; ſit: tamē quia per/ fectiuſ patentiuſq; in animali hec ſunt: hinc græci a uita ζωογ: romani ab anima animal nominarunt. Sed quur deum animal Ariſtoteleſ appellauit: facile dignoſci ab hoīe poteſt: qui uſum & uernaculoſ: ut ita dixerim: moreſ greci ſermoniſ teneat. Nō.n. ſuo ipſe iudicio & inueſtigatione compertum hoc ita aſſerit. Sed phamen dicit. hoc eſt. dicere ſolemuſ deū eſſe animal ſempiternū: optimum: ut ex publica opinione confeſſum accipiat animal eē: quoi euum continuum ipſe attribuat. quod per demonſtrationē iam ceperit: aut certe ut ſue demōſtrationi uulgarem etiam opi/ nionē congruere oſtendat. quod ſepenumero ita facere cōſueuit ad quem ſenſum & diuuſ Thomaſ exponenſ. Appellat inquit Ariſtoteleſ deum animal ſempiternum: optimum: quia uulgo ita dicebatur. Vita enim in ſoliſ animalibuſ māifeſte nobiſ ſentitur: quæ quum illi precipue competat: proinde aīmal dictuſ eſt. Sic diuuſ Thomaſ. quanq̄ Albertuſ celi motorem dici animal errori

Ariſtoteli aſcribit. Ita conſtat Ariſtotelem animal uoluiſſe: non
uitam dicere: ſed aduerſariuſ non uſq̄quaq̄ perituſ greci ſermõiſ
nec animaduertenſ quẽadmodum Ariſtoteleſ in docẽdo ꝓcedat:
damnat & emẽdat interpreteſ: & que nunq̃ addiſcere ipſe potuit
docet alioſ. ¶ Secundi capituli crimẽ eſt. ꝙ Plato nihil de trini/
tate diuina ſentire potuerit: quum Ariſtoteleſ aperte intellexerit
trinitatem eſſe in deo ex ſolo ueſtigio impreſſo in rebuſ creatiſ.
Quod ita probat. per ueſtigiũ inquit poteſt ĩtelligi ueſtigiatũ:
quum ueſtigium ſit ſimilitudo ueſtigiati. Ergo Ariſtoteleſ q reſ
naturaleſ: & creataſ intellexerat trinitatem etiam intellexit. De
cognitiõe trinitatiſ: quod ad hoſ philoſophoſ pertinet: dixi ſatiſ
ſecundo uolumine: quoiuſ loci ſumma hec eſt: ut myſterium tri/
nitatiſ non ſit referendum: niſi ad noſtre fidei auctoreſ. Si quid
tamen ſignificationiſ: & quoiuſdam ſuſpectioniſ tante rei uel in
exteriſ auctoribuſ querenda ſit & notãda: lõge plura exp̄ſſioraq;
inditia comperiri apud Platonem: q̃ apud Ariſtotelem poſſunt.
quod quum ſatiſ ſuo loco oſtenſum ſit: hic argumentum ſolum
aduerſarii: quo Ariſtotelem probare conatur aperte cognouiſſe
trinitatiſ diuine rationem: refellere debeo: quia cõtra theologoꝝ
ſententiam eſt. Dicit ex rerum peritia naturalium cognitam eſſe
trinitatem diuinam: quũ diuuſ Hilariuſ libro de trinitate dicat.
non putet homo ~~tanta~~ intelligentia: generationiſ ſacramentum
poſſe cognoſcere. Diuuſ Ambroſiuſ. Impoſſibile eſt generatõniſ
ſcire ſecretũ: menſ deficit: uox ſilet. Diuuſ Thomaſ in prima p̃te
queſtione trigeſimaſecunda articulo primo. Impoſſibile eſt inq̃t
per ratiõem naturalem ad cognitionẽ trinitatiſ diuine ꝑuenire:
& qui probare enititur trinitatem perſonarum naturali ratione:
fidei derogat: primum quantũ ad dignitatem: quũ fideſ de rebuſ
inuiſibilibuſ ſit: que humanam excedunt ratõem: ut Apoſtoluſ
epiſtola ad hebreoſ. fideſ inquit de non apparentibuſ eſt. Mox
quantum ad utilitatem inuitandi ad fidem homineſ: quum enim
rationeſ nõ cogenteſ inducat: incidit certe in irriſionẽ infideliũ.
putabunt enim noſ illi rationibuſ tantum hiſ inniti: & propterea
ita credere: que igit̃ ex fide ſunt: non niſi per auctoritateſ ꝓbari
debent: apud eoſ qui auctoritatem recipiant: apud ceteroſ uero:
ſatiſ eſt defendiſſe: ut impoſſibile non ſit: quod a fide predicatur.
Quibuuſ grauiſſimiſ ac ueriſſimiſ ſanctorum uirorum teſtimo/
niiſ latiſſime patet: primum trinitatem cognoſci ratione naturali

.III. C. XV.

impoſſibile eſſe: ſecundũ: plurimum derogari fidei ex huiuſmodi rõne
tertium: fidem irrideri. quartum: auctoritatibus tãtũ ſacris poſſe
probari trinitatem. Cõtra que aduerſarius palam ſcribere audet.
Expreſſius item ſanctus idem demonſtrat: philoſophos non co/
gnouiſſe propria diuinarum perſonarum ex auctoritate Pauli
epiſtola ad corinthios. Loquimur dei ſapientiã: ĩquit: quã nemo
principum huius ſeculi nouit. principes enim pro philoſophis ibi
accipi confeſſum eſt. Diuus quoq; Auguſtinus primo de trinitate
mentis noſtre acies inualida inquit: in tam excellentiſſimã lucem
figitur: niſi per iuſticiam dei emundetur. In hac eadem ſententia
eſt & diuus Baſilius omelia ſuper ſcripto illo: In principio erat
uerbum: & diuus Gregorius Nazãzenus cum locis pluribus aliis:
tum ſermone de diuinitate: & altero ſermone de filio. Sed aduer/
ſarius qui ſuo argumento fretus: quid ſancti auctores ſcripſiſſent:
minime curarit. plus ualet inquit apud me ratio una: q̃m multe
auctoritates. reſponde ad rationem inquit: aut te uictum fatere:
q̃ ſue rationi confidens hic uerba: & impetum facit. Sed quantũ
ualeat eius ratio uideamus. In rebus naturalibus quas Ariſtoteles
nouit ueſtigium eſſe trinitatis: atq; ita cognitam eſſe trinitatẽ ab
Ariſtotele ait. Veſtigium trinitatis eſſe in creaturis ſiue rebus
naturalibus certum ẽ. Sed quid & quemadmodum hoc ueſtigiũ
ſit: & quãtum cognitionis afferre poſſit: cogitemus: quo eius rõe
expoſita: perſpicuum ſit: inquantum errorem inciderit aduerſa/
rius in ratione ueſtigii difiniendi. Veſtigium itaq; a theologis
tranſlatum a rebus corporeis analogie quadam ratione: accom/
modatum diuinis eſt: atq; ut corporis ueſtigium perobſcure: ac
imperfecte repreſentatur: ſic diuinitatis ueſtigium admodũ im/
perfecte in creatura eſt: Nam ut qui ueſtigium pedis humani
uident: intelligit quidem non equum: ſed hominem eſſe qui im/
preſſerit: Verum quiſnam ſit Socrates ne: an Plato: intelligere
nequit: Ita & quod metaphora ueſtigium prime cauſe ĩ creatura
haberi fatemur: impreſſio quedam eſt: qua eſſentialia attributa
diuinis perſonis cognoſci poſſunt. Appropriata uero & propria:
nõ niſi fide: quaſi fundamento ſubiecta recipi poſſunt: quum .n.:
ſumma apud theologos differentia inter propria & appropriata
diuinarum perſonarum eſt. Tum ne ipſa quidem eſſentialia rati/
onem appropriatorum recipiunt: niſi per relationẽ intelligantẽ.
proprium nanq; id eſſe uolunt: quod ita uni perſone conueniat:

ut nullo mõ ſalua fide poſſit attribui alteri: ut paternitaſ & ge/
neratio actiua: patri attribuũtur propria: nec filio ullo pacto:
aut ſpiritui ſancto communicantur: filiatio autem & generatio
paſſiua: filio. Spiratio uero paſſiua ſpiritui ſancto. Appropriata
autem: eſſe attributa eſſentialia: ut potentiam: ſapientiam: boni/
tatem: que non ita attribuũtur: ut potentia ſit in patre: & nullo
modo in ceteriſ perſoniſ: ſapientia in filio tantum. bonitaſ in ſpũ
tantum. Sed ita ut communia omnibuſ: atq; eſſentialia ſint. Eſ/
ſentialia uero ipſa ita intelligi: ut nulla cum relatione adhuc ad
perſonaſ deo attribuanẽ: ut potentia: ſapiẽtia: bonitaſ: abſolute:
diuine nature attributa. Quum itaq; ueſtigium trinitatiſ ĩ rebuſ
hiſ creatiſ ineſſe fatemur: non propriorum aut appropriatorum
qua appropriata ſunt: ueſtigiũ intelligimuſ: ſed eſſentialia: qbuſ
& ducimur ad dei cognitiõem: uelut preuiiſ quibuſdam: ſiue eru/
dimentiſ: ſiue elementiſ: quoad nature humãe imbecillitaſ diuĩaſ
reſ aſſequi poteſt. idq; triplici ratiõe. Aut enim ut aſſimilatum ad
exemplar refertur creatura ad deum: quod idea diuina eſt: aut
ut productum ad productorem: aut ordĩatum ad finem relatõe
menſure: ſuo enim quodq; fine menſuratur. Nec uero ueſtigium
intelligi integre poteſt: niſi triplici hoc reſpectuſ genere: quum
ſingula non ſufficiãt auctore diuo Auguſtino libro octuagin/
tatrium queſtionum queſtione ſeptuageſimaquarta. Hiſ igitur
tribuſ reſpectibuſ theologi conſyderant appropriata diuiniſ per/
ſoniſ: Quippe quum creatura reſpectu ſimilitudiniſ repreſentet
exemplar: quod filio appropriatur: reſpectu productioniſ po/
tentiam: que patri appropriatur: reſpectu ſpirationiſ: bonitatem
que ſpiritui ſancto. Que uel aliiſ nominibuſ interdum redduntur.
Nam & nomine ſubſtantie: uirtutiſ: operatõniſ & numeri: pon/
deriſ & menſure: & unitatiſ: ſpeciei ordiniſ: Quamobrẽ generale:
& ueluti regula reddi de ueſtigii partibuſ ita poteſt: ut omneſ
perfectioneſ quæ reduci ad trinitatem poſſint: ſub quadã mutua
connexione: ueſtigium conſtituere poſſint. Verbi gratia: quum
a ſubſtantia uirtuſ procedat: ſicut filiuſ a patre: & a ſubſtantia &
uirtute opatio: ſicut a patre & filio ſpũſ ſanctuſ. Ideo hiſ tribuſ
cõſumi ueſtigium poteſt. Patet etiam qua ratione ueſtigium ab
imagine differat. Veſtigiũ enim imperfecte: & ſub ratõne ſpeciei
repreſentat: ut dictum eſt. imago autem perfectiuſ repreſentat:
quippe quæ ſub ratione indiuidui refert: ut deſcribi poſſit. quo

repreſentatiuū ſit alicuiuſ totiuſ tū ſpecie: tū particulari: imitādo illud quoiuſ imago eſt. Sed redeo illuc. Quum ueſtigio inquam ad dei eſſentialia reducti fuerimuſ: finem ibi faciamuſ neceſſe eſt: niſi fide ſubiecta: maiora deinde cōtēplemur: ūde fit: ut iuuemur quidem cognitione rerum naturalium ad dei cōtemplationem: ſed non ampliuſ q̄ quoad deum omnipotentem: ſapiētem: bonū: & reliqua huiuſmodi intelligemuſ. Idq; eſt: quod ab Apoſtolo ſcriptū legimuſ. Inuiſibilia dei cognoſci ex rebuſ ſenſui ſubiectiſ: paternitatē uero ineffabilem illam & filiationem: & ſpirationē nullo pacto noſter attingere intellectuſ poteſt. & niſi p̄ncipiiſ hiſ eſſentialibuſ attributiſ utendo: & fidei imprimiſ ſubiecta: ad propriorum cognitionem enitatur: remaneat in cognitōe eſſentialium tantū: atq; exteriora quedā non interiora diuine nature cōtempletur: neceſſe ē. omnino ut ſimilitudine ueſtigii: aut imaginiſ utimur ad docendam trinitatem: poſt q̄ fide firma articulū tenuimuſ trinitatiſ. Sic inueſtiganda comperiendaq;: hiſ eiſdem iuuamur: & aut ſimilitudinem deſignamuſ: quemadmodum argumento intellectuſ uerbi & uoluntatiſ perſonaſ diuinaſ diſtinguimuſ: aut diſſimilitudīe quadam ut diuuſ Auguſtinuſ ꝓpterea patri appropriari potentiam ait: ne quia patreſ apud noſ ſolent eſſe ob ſenectutem infirmioreſ: aliq̄d tale ſuſpicemur in patre illo ſūmo atq; omnipotēti. Hec a diuo Thoma parte p̄ma queſtiōe trigeſimanona articulo ſexto plene ſcribuntur. Ex quibuſ facile intelligi pōt Ariſtotelē: & reliquoſ philoſophoſ illoſ eſſentialium attributorum dei cognitionem ex ſuiſ ſtudiiſ aliquam: proprioꝝ uero aut appropriatoꝝ nullam omnino habuiſſe: atq; oppoſitū eiuſ: quod aduerſariuſ putat aſſequutoſ: ex rerum naturalium diſciplina: q̄q̄ enim deuſ triplici perſona diſtinguitur: tamen hæc ueſtigia non ſunt a tribuſ illiſ perſoniſ: inquantum ſunt treſ: ſed inquantum ſunt unum. Itaq; fit ut intellectuſ: qui ratiōe mōituſ naturali: diuina cōtempletur: que in hiſ diſtingui ſenſerit: ſcilicet uitio naturaliſ conditioniſ: hec unienda iudicet in diuiniſ: & quo priora ſuperioraq; repetat: eo deueniendū cenſeat ad ſimpliciora unitioraq;. Dixi philoſophoſ nullam habuiſſe cognitionem appropriatorum: quoniam & ſi eſſentialia attributa cognouerunt: tamen non ut appropriata diuiniſ dignoſcere potuerūt. Quippe quum appropiata ipſa relatōem quandā deſignāt: que cognoſci non poteſt: quum proprium hoc eſt terminuſ ignoratur. Vnde

Auerroiſ commentator exponẽſ locũ duodecimo metaphyſice: quo Ariſtoteleſ deum eſſe ſubſtãtiam ſapiẽtem & uiuentẽ fateč. Eſt igitur inquit deuſ unuſ & ſapienſ. quo argumento quidam trinitatem eſſe in dei ſubſtantia putauerunt: conãturq; ſuã tueri opinionem: ea ratione: qđ deuſ ſit treſ & unuſ: tueri tamen non poſſunt: quia quum ſubſtantia fuerit numerata: congregatum entium erit unum per intentiõem uiuẽntem additã congregato. Non igitur ſi Ariſtoteleſ attributa eſſentialia cognouit: eadem & ut appropriata cognoſcere potuit: longeq; minuſ per eſſenti/alium cognitionem deuenire ad propriorum potuit. Adde quod creature ducunt in dei cognitionem inquantum ille cauſa entiũ productiua eſt. Taliſ autem cauſa: communiſ toti trinitati eſt: quum in hoc treſ perſone uniantur: non diſtinguantur. Atq; ita per effectum cognoſci non trinitaſ: ſed unitaſ poteſt: ut & diuo Dionyſio placet capitulo ſecũdo de diuiniſ nominibuſ: cõmunia totiuſ trinitatiſ eſſe omnia cauſalia: & diuo Auguſtino in quinto de ciuitate dei. capitulo decimoſeptimo. Sicut pater & filiuſ inqt ad ſpiritum ſanctum ſũt principium unum: ita omneſ treſ pſone ſunt unum principium: ad producendam creaturam. Nec uero Scotuſ uir ſũme ſubtilitatiſ aliter ſentit: quũ dicat. ultra doctri/nam philoſophorum: eſſe neceſſariam chriſtianam theologiam: quoniam proprietaſ primæ ſubſtantiæ: quæ communicabiliſ in tribuſ perſoniſ eſt: intelligi non poteſt ex effectibuſ qui a deo p/cedunt: ut ab uno nõ trino. Pluſq; erroriſ inquit q̃ cõmoditatiſ afferunt: quũ nulla creatura ſit una numero in tribuſ ſuppoſitiſ diſtinctiſ. Deniq; ratio creandi uſq; adeo uni tantum tribuitur: ut ſummi theologi dicere non dubitarint: ſi una tãtum eſſet pſona: adhuc in ea eſſe plenam ſapientiam: & potentiã: poſſeq; pducere om̃e poſſibile. Ita cauſalitaſ ex ſua ratiõe inquantũ ad exteram productionem refertur: nõ affert habitudinem ad internam p/ductionem: licet deuſ fundamentũ neceſſario ſit & ratio & cauſa utriuſq; productioniſ & qdem priuſ interne q̃ externe: q̃propter philoſophi q̃uiſ habitudinem rerum ad principium efficienſ ne/ceſſario aĩaduerterent: tamen productioniſ externe habitudinẽ: ad internam productionem nõ adhibuerunt. Quunq; reſ natu/raleſ productaſ eſſe faterentur: ad internam tamen diuinam illã productionem aſpirare nõ potuerũt. & quum creare nihil aliud ſit q̃m dare eſſe. Terminuſ autem actioniſ oſtendat principium

S. III. C. X.Y.

actionis: omne enim agenſ ſibi ſimile agit. ſi terminuſ creationiſ eſt eſſe: principium quoq; producenſ creaturam eſt eſſe diuinum: tribuſ perſoniſ commune: ſicut & eſſentia eſt. Ergo eſſe creatum: nō trinitatem: ſed unitatem declarat. Tum etiam quū deuſ cauſa cauſa creature ſit: non uniuoce: ſed equiuoce: aut analogice: nec niſi minimam quandam ſimilitudinem fundatam in unitate analogica habere poſſit creatura cum deo: non ſequitur: ut ſi in re creata ſit aliqua trinitaſ: in re etiam increata ſit: que enim in inferioribuſ diſtinguuntur: hec in ſuperioribuſ uniuntur. Nec ex naturali quidem ratione intelligere quicqam multiplicari in natura diuina poſſumuſ: quādo quod in effectu multiplicatur: atq; diſtinguitur: id in cauſa eminenſ unitum que continetur. Vnde diuuſ Thomaſ queſtione undecima de ueritate articulo ultimo q̄uiſ inquit ī creaturiſ aliqua reperiatur ſimilitudo perſonarum: non tamen ex ſimilibuſ illiſ cōcludi licet ita eſſe in diuiniſ: quum ea que in creaturiſ reperiātur diſtincta: in creatore ſine ulla diſtinctione ſint. Sed aduerſariuſ uacuuſ harum rationum putat Ariſtotelem exploratum ſibi habuiſſe myſteriū trinitatiſ: peritia rerum quaſ callue rat naturaliū: & quod munuſ ſanctiſſime fidei & reuelationiſ ſolum eſſe theologi noſtre religioniſ arbitrantur: ipſæ nature attribuit: & argumento quod inſolubile putat: hoc aggreditur ſapientiſſimoſ omneſ doctoreſ: qui adhuc in religiōe chriſti claruerint. per ueſtigiū inquit poteſt intelligi ueſtigiatū: In rebuſ autem creatiſ & naturalibuſ eſt ueſtigiū trinitatiſ. Ergo Ariſtoteleſ qui reſ naturaleſ & creataſ ītellexit: trinitatem etiam intellexit. Hoc non ſolum non indiſſolubile eſt: ſed etiam facile ſolubile. Falſo etenim dicitur ueſtigium trinitatiſ inquātum trinitaſ eſt: eſſe in rebuſ creatiſ. Non enim ea ratione: qua trinitaſ diſtinguitur ſua productione interna. Veſtigium trinitatiſ in reliquiſ creaturiſ eſt: ſed qua unitum & unū: quomodo expoſui. Contra inquit Ariſtoteleſ hoc cognouit demonſtrato deo. hoc autem eſt trinitaſ: ergo cognouit trinitatē. Hoc a pueriſ didicit: qui in ſcholiſ ingenii exercendi cauſa ita arguūt. Sed quod uel illiſ ſoluere facile eſt: ſic reſpondendo: Ariſtoteleſ deum trinum & unum cognouit: et tamē non cognouit deum trinum & unū: ipſe imperitia ſoluendi lapſuſ eſt in tantum impietatiſ errorē: ut noſtre religioniſ arcana declarari nature facie pīgui exiſtimet. At ſi trinitatē cognitā ab Ariſtotele dicit ſub ratōe: qua trinitaſ

eſt: ſine cognitiõe proprioꝝ atq; appropriatoꝝ. Id nec poſſibile eſt: ut quiſ trinitatem ſub ratione qua trinitaſ eſt cognoſcat. & tamen ignoret qua ratiõe diſtinguantur ipſa ſuppoſita & ꝓpriiſ ſuiſ: aut appropriatiſ deſcribãtur ac limitentur. & eodem uoluit: ut in natura diuina diſtinguat: que unire omnino debet. Quid uero trinitaſ illa Ariſtoteli cognita: per diſtinctionem ne ratõiſ ſit: an per diſtinctionem realem? Nam ſi per diſtinctionẽ rõniſ: nihil ad noſ pertinet chriſtianoſ: ſed ſi reali prorſuſ: aut ita eſt: ut accidentia realiter diſtincta ſint: quod eſſe ĩ deo nemo cõceſſerit. aut ita ut treſ ſubſtantie primæ realiter ſint diſtincte. Sic enim ab illo ſuppoſita & hypoſtaſeſ diſtinguunt̃. Plura inquit aduerſariuſ meam ſententiam tuentur. dic ſodeſ reliq̃. ut calor effectuſ a ſolo. in hoc ſubiecto calorem eſſe ã ſole declarat: ſic & trinitatẽ eſſe in creatore exprimit ueſtigium. quod in creatura a creatore poſitum eſt. Hoc reliquum nihil eſt: & contra te eſt. Calor enim effectuſ a ſole non eſt in ſole formaliter: neq; ita ſol caliduſ: ſed uirtualiter eſt. Quid uero quum ne effectum quidem a deo qcq̃ ſit opiniõe eiuſdem philoſophi Ariſtoteliſ? Quid inqt theologi ſancti adducunt rationeſ ad probandã trinitatẽ: ſi nulla exꝑimi ratione poſſit? Quid Pauluſ inuiſibilia dei per ea que facta ſunt conſpici intellectu dicit? Sunt iſta quidẽ: ſed tu imperitia diſtinguendi quemadmodum dicãtur intelligere nequiſ. probari enim aliquid per effectum: bifariã poteſt: aut enim ita ut ab effectu ad cauſam cognoſcendam deueniatur: quomodo ex motu ꝑmuſ motor & deuſ cognoſcitur: aut ita: ut poſita cauſa conuenire effectum cauſe poſite oſtendatur. ut in ſyderali ſcientia eccentricoſ eſſe probamuſ: ꝙ ratio apparentium circha motũ ſeruari poſſunt conuenienter tali poſitioni. Quũ itaq; diuuſ Auguſtinuſ arguat ex proceſſione uerbi & amoriſ ita intelligendum ut nõ ducatur per inueſtigationem ab effectu ad ponendum trinitatem: ſed ut poſita trinitate ex fide: congruere poſitõi rationẽ uerbi amoriſ & reliquorum huiuſmodi declaret. Quod probandi genuſ ratio ueriſimiliſ quedam eſt: & que ſolui de facili poſſit. Non enim ſi deuſ eſt infinituſ: ſequitur ut filium quoq; infinitum producat. phyſicuſ enim productionem hanc internam eſſe impoſſibilem dixerit: & potẽtiam dei infinitã apparere in dependentia entiũ: aut in productione rerum ex nihilo: ſi admittit ex nihilo eſſe ꝓductaſ: nec oportere tantam in effectu: quantam in cauſa eſſe

perfectionem. Nec uero ſequitur ſi intellectuſ noſter producit uerbū:ut intellectuſ quoq; diuinuſ idem faciat. quū nō uniuoce intellectuſ de nobiſ & de deo dicatur. Pauluſ uero nemīnē prin/cipum huiuſ ſeculi hoc eſt philoſophorū trinitatem cognouiſſe aperte ad corinthioſ ſcribit ut dictum eſt. quod aūt ad romāoſ dicit: Inuiſibilia dei ītelligi ex rebuſ creatiſ: unitatē dei nō trini/tatem ſignificat. Agit enim apud eoſ qui plureſ deoſ colebant: in quem errorem aptiſſime uti poterat argumēto creaturarum: que deum unum eſſe declarant: ut a theologiſ expoſitum omnibuſ. Magiſter ſententiarum in primo refert. Ita aduerſariuſ fruſtra capitula tria tota cōſumpſit ad oſtendendum Ariſtotelē chriſti/anum fuiſſe: contra q̄m religio cenſet. ¶ Sed quum friuola hec ita dixiſſet: quaſi iam potiſſimiſ ratōibuſ uictoriā obtinuerit: effert ſeſe contumelioſiuſ. & Platonē ne ſomniare qdem trinitatiſ rōem potuiſſe ait. Fatetur tamen eundem: quem nē ſomniaſſe quidem trinitatem dicit: ſemel tanquam furore cōcitatum appellaſſe deū patrem: quaſi parum hoc ſit ad Platoniſ egregiam laudem. Sed q̄ Plato propiuſ ad trinitatiſ cognitiōem: q̄ Ariſtoteleſ acceſſerit: ſatiſ ſuo loco oſtendimuſ. Nunc breuiter diuum Auguſtinum meminero: qui in octauo libro confeſſionum fatetur ſeſe legiſſe in libriſ platonicorum auctorum: q̄q̄ non eiſdem uerbiſ: rationē euangelii noſtri illiuſ. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud deum: & reliqua loci eiuſdem: uſq; ad uerbum caro factum eſt: excluſiue. Diuum etiam Thomā non pretereo: q̄uiſ ꝓperem: qui inter initia ſententiarum allegans diuum Auguſtinū. Plato inquit hoc intelligere potuit: quum in egyptum profectuſ eſſet. In prima etiam parte. Reperitur inquit in libriſ platonicorum. In principio fuiſſe uerbum uerum: non ut uerbum perſonā ge/nitam ſignificet: ſed ut ratio rerum idealiſ intelligatur: per quam deuſ cuncta creauerit. Ceterum & ſi appropriata tribuſ perſoniſ illi cognouerunt: tamen deuenire ad ſpirituſ ſancti bonitatē nō potuerunt. quia cognoſcenteſ deum: non ut deū coluerunt. Hoc idē & diuuſ Auguſtinuſ de Porphirio platōico auctore in decīo libro de ciuitate dei teſtificatur. uidelicet. treſ ſubſtantiaſ illū ſta/tuiſſe. primam quam patrem uniuerſitatiſ appellaret. ſecundam: primam mentem: que filiuſ a Macrobio dicta eſt. tertiam animā mundi: quam Maro poeta ex Platōiſ opinione ſpiritum uocat. Spirituſ intuſ alit: totoſq; infuſa per artuſ Menſ agitat molem:

Apud platonicos legitur In principio erat verbum et verbum apud deum

Ita Plato teſte diuo Auguſtino: patrem & uerbum in unitate
eſſentie ſtatuit. Diuo autem Thoma altero teſte. Appropriata
diuinis perſonis intellexit. idq; in egypto a ſacris litteris didicit.
Tres etiam ſubſtantias realiter diſtinctas referri ad Platonem: q
auctor Porphirii fuerat: iuſtum eſt. nec magis damnandus ille ē
ꝙ non trium ſuppoſitorum diſtinctiōem realem in eadē natura
ſtatuerit: q̃ commendandus ꝙ preter alios tam prope ad diuinæ
trinitatis rationem acceſſerit. Plato inquit ſemel quaſi furore
concitatus patrem deum appellauit. Ergo & filium affert: qui
patrem appellarit. Non enim pater uel eſſe uel intelligi pōt ſine
filio. pulchrum uero & quod fateris ipſum: furore quodam actū
illum ita dixiſſe. furor enim hic eſt pius: ille & laudabilis: quē his
tribuimus: qui numine inſtincti: res diuinas quas ratio attingere
nequit humana. referunt. ſed tu que laudare debes: uituperas.

plato deū patrē appellauit Igitur, et filiū, ex quo cor- elatiua ſunt.

¶ Pergit in aſſerendo ueſtigium ſatis eē ad trinitatis cognitionem:
affertq; non item argumentū: ſed cōcluſionem ſine ulla ꝓbatiōe.
Si oīa inquit ueſtigia creaturaꝝ in unū colligerentur: pfecta
dei cognitio haberetur ad omnia: excepta comprehenſione dei:
& infinitate. Arguimus igitur contra hanc falſam concluſionem
ad hunc modum. Si per ueſtigia creaturarum poteſt eſſentia dei
diſtincte ītelligi: hoc certe fuerit aut per ſpeciem rerū ſenſibiliū
que non modo rem quoius ſpecies eſt: uerū etiā cauſam rei eiuſdē
repreſentet per propria ipſius rei cauſata ueſtigiis: aut per argu-
mentatiōis rationem a noſtro intellectu proficiſcentem. At per
ſimilitudinem effectus equiuoci: cognoſci eſſentiam cauſe equoce
impoſſibile eſt. Non enim ſimilitudine uermis cognoſci poteſt
eſſentia ſpecifica ſolis: quum non ſolū ſpecie differant: ſed genere
etiam phyſico. Quum itaq; deus ſit cauſa equiuoca omnium cre-
aturarum (nec niſi unitate analogica cum his conueniant. hinc p
eiuſmodi effectus ad quedam communia tātum non ad propria
uſq; cognoſci poteſt.) Nec uero intellectus noſter ex cōmunibus
argumentandi principiis elicere poteſt concluſionem propriā ad
dei rationem: quandoquidē immediatas propoſitiones deo aptas
ignorat. Sint etiam oīa ueſtigia in eodem collecta: quod ad-
uerſarius argumento deducit. Sed quum aggregatū hoc finitū
limitatumq; ſit: nec diuinam equare poſſit perfectionem. ſed in
infinitum a deo ipo excedatur: ideo aut uno aut altero ueſtigio
eſſentia dei cognoſci non poteſt. Sic ne per ueſtigiū aggregatū

Deus ē cā equoca oīū creaturarū

IIII C. XVII

quidem:poterit propter diſſimilitudinẽ limitationũ:& infinitã diſtantiam quoquunq; poſito. Auctorum etiam omniũ ſentẽtia eodem plane tendit. Iam diuuſ Thomaſ in primo contra gẽtileſ capitulo tertio eſſe aliquaſ ueritateſ diuinaſ refert:que cognoſci: niſi per reuelationem diuinam non poſſint. ut ueritatem diuine generationiſ: aut proceſſioniſ. Idẽ in prima parte queſtione. xii. articulo ſecũdo. Impoſſibile eſſe ait eſſentiam per aliquam ſimilitudinẽ cerni ab intellectu noſtro:quod biſ mediuſ probat.pmũ diui Dionyſii auctoritate:q capitulo pmo de diuiniſ nomibuſ: ſimilitudine rerum ordiniſ inferioriſ:nullo modo poſſe cognoſci reſ ſuperioriſ ordiniſ cõfirmat. ut enĩ per ſpẽm corporiſ cognoſci ſubſtantiam incorpoream non poſſe:ita multo minuſ p quãuiſ ſpeciem creature poſſe cognoſci ſubſtãtiam dei arbitratur. Mox ratiõe: q eſſentia dei eſt ipſũ eiuſ eſſe:quod nulli forme creature competere poſſit:& qa eẽ diuinũ eſt incircunſcriptũ & illimitatũ: eminenſ ſupra omnia que intelligi poſſint:queq; autẽ forma creata eſt limitata ratione uel ſapientie uel uirtutiſ uel eſſentia uel aliquoiuſ generiſ eiuſdem. Philoſophi uero ſic uolunt:ut qditaſ ſubſtantiarum ſeparatarũ:& maxime pme:cognoſci nõ poſſint quantum ad quid eſt per materialia & ſenſibilia:qq̃ aliquam eſſe huiuſmodi ſubſtantiã intelligi poteſt.idq; magiſ ad id quod ipſa non eſt:q̃ ad id quod eſt. Vnde Ariſtoteleſ primo metaphyſice. Vt ueſpertiliorum inqt oculi ad lucẽ diei ſe habent:ſic menſ aĩæ noſtre ad ea que nature omnium apertiſſima ſũt.& in primo de partibuſ animalium.reſ nãq; illaſ ſuperioreſ inqt:tametſi leuiter attingere poſſumuſ.tamẽ ob eiuſ cognoſcendi generiſ excellentiã magiſ oblectamur:q̃ quum hec nobiſ iuncta oĩa tenemuſ.& in ſecũdo de celo argumẽta de corporibuſ celeſtibuſ facta diſſolui non poſſe niſi ratione topica ſcribit. Auerroiſ etiã commentator tertii libri de anima ſexageſimo declaranſ queſtionẽ illã Ariſtotelis: An intellectuſ noſter poſſit ĩtelligere ſubſtãtiaſ non in materia poſitaſ. Impoſſibile eſt inquit per reſ ſenſibileſ intelligere quiditatem ſubſtantie abſtracte.ſed hoc fuerit quum intellectuſ agenſ unietur:ut forma intellectui poſſibili. Alexãder quoq; in hac eadem ſentẽtia eſt:& diuuſ Thomaſ exponenſ ſecundũ metaphyſice librum:& tertiũ de aĩa:dicit ſubſtantiã noſ intelligere poſſe:quantum ad eſſe:non quantum ad eſſentiã. Ita & rei ratio & auctoritaſ uirorum illuſtrium impoſſibile eſſe declarat:ut per

· III · C · XVIII ·

reſ corporeaſ eſſentia dei proprie atq; diſtincte ītelligatur. quod aduerſariuſ poſſibile eē autumat. Si ueſtigia ī idē oīa colligantē. delapſuſ ad hunc errorem ut opinor quum referentem quempiā illud ſcoteū audiuiſſet: poſſe hac in uita diſtinctā haberi cognitionem de articuliſ fidei: quod ſchola diui Thome non probat. Ceterū Scotuſ nō id fieri poſſe per ueſtigia creaturaꝝ arbitratuſ eſt. ſed per ſpeciem diuinituſ miraculo procreatam: que diſtincte hoc repreſentet. Sed an hec opinio recta ſit: non hoc loco querendum eſt. Aduerſarium hic nihil uel a ſe rationiſ: uel ab aliiſ auctoritatiſ pro ſua opinīōe habere iam oſtendiſſe: ſatiſ eſt. finē huiuſ reſponſioniſ faciā. ſi priuſ ſibi ipſum cōtradicentem aperiā. Dicit hominem niſi peccaſſet: priuſ cognoſcere potuiſſe trinitatē per ſapiētiam ex ueſtigiiſ: ꝙ̄ p fidē. Sed poſt peccatū cognoſcere priuſ per fidem ꝙ̄ per ſapientiā hoc eſt per ueſtigioꝝ cognitionē eſſe neceſſe. Quod ſi poſt peccatum illud originale nemo poteſt ad trinitatiſ cognitōnem per ueſtigia deuenire: niſi antea fide illuſtretur: Ariſtotelem autem fide caruiſſe: nec aliquid litterarum ſacrarum deguſtaſſe: ne ipſe quidem negat: qui fieri poteſt: quin ſibi ipſe turpiter contradicat: quum eundem & fide caruiſſe: & per ueſtigia trinitatem cognouiſſe confiteatur. Sed uidetur nō ſatiſ uim colligende contradictiōiſ ſyllogiſmiq; cum animaduerſiōe cōficiendi habere. Nec uero quod de primo homine putat cognoſcere illū potuiſſe trinitatem: ſi in ſtatu innocentie perſtitiſſet: caret impietatiſ errore. religio. n. ita uult: ut ꝙ̄uiſ ille nō peccaſſet perfectamq; haberet ſcientiā: tamen nunꝙ̄ aſſeq poſſet trinitatiſ cognitionem: & reliqua que a fōte fidei profluunt. ¶ In quinto ſuo capitulo: quum demonſtrare ueſtigium expreſſe trinitatiſ cognitionem prebere uellet. Corpuſ inquit: ꝙ̄uiſ ſecundum ꝙ eſt in predicamento ſub ſtantie ſit compoſitū ex materia & forma: tamen ſcd̄m ꝙ eſt in predicamento quantitatiſ: & habet treſ dimenſioneſ: nullam compoſitōem dicit: & ſicut treſ perſone diuine ſunt unum ſine compoſitione in eſſentia: realiter tamē diſtincte: ſic treſ dimenſioneſ corporiſ realiter diſtinguuntē: & faciunt unū ſine compoſitione. Sed falſum quod dicit eſt. & recte Iohanneſ Gattuſ theologie [professor] familiariſ noſter reſpondit affirmādo corpuſ uel ita ſumptum dicere compoſitionem: hiſq; uſuſ eſt rationibuſ. Si treſ dimenſioneſ unum conſtituunt ſine ulla compoſitōe: hoc fuerit: aut quia in altero quodam ita idem efficiuntur: ut una

reſ numero ſit: quomodo de tribuſ perſōiſ reſpectu diuine eēntie dicimuſ: quod quidem rebuſ naturalibuſ dare nō modo aduerſuſ ratiōem phyſice diſcipline ē: uerū etiā theologiſ noſtriſ derogat auctoritatē: q diuine nature ꝓpriū eſſe predicāt: ut in ea tantū ſint tria diſtincta numero: & ſuppoſita: que reſ una numero abſoluta ſint. Aut quomodo a ſcoteiſ dicit̄: ut licet ī diuina eſſentia ſint diſtincta attributa formaliter: tñ non faciūt compoſitionē: quia nullum eorum ſit in potentia ad alterum: quū nullum per alterū ꝑficiat̄. quod dimenſiōibuſ nō cōgruit. Altera.n. ꝑficitur altera ut ſuo fine. & quū ſingule iþe dimenſiōeſ: neq; actuſ puri: neq; potentie pure ſint: ſed partim in actu: ꝑtim in potentia ſtatuantur. hinc unum fiat ex hiſ neceſſe eſt. Sicut ex entibuſ quoꝝ alterū ſe habet ad alterū: ut actuſ: aut potentia: que quidē unio niſi cum compoſitione fieri non poteſt. Hec ille. Sed quoniā de Ariſtotele & de dimenſionū naturali rōe agimuſ: placet afferre: quid Iſ ꝑhūſ de hac re ſenſerit. Cenſet ille in ꝑmo de generatione & corruptione: rerum naturalium unāquāq; bifariā dici: ut carnē: oſ: corpuſ: & reliqua: aut enim ſcd̄m formā: aut ſecundū materiā. Nam & materia inquit & forma dicit̄ caro: aut oſ. Item octauo metaphyſice negat hoīem eſſe idē: qd̄ aīal ratōale: mortale: aut animal ingreſſibile bipeſ. Sed aliquid preter hec eſſe arbitratur: quando hec materia ſunt. Non eſt inquit compoſitio & mixtio ex hiſ: quorum cōpoſitio aut mixtio eſt. Sed aliqd eſſe oportet: quod ꝑter hec ſit: nō utiq; elemētū: neq; ex elemētiſ: ſed ſubſtātia: quod excluſa materia dicitur. Hiſ ita poſitiſ reſpondeo. Corpuſ de quo loqmur: indicare compoſitionē. utpote qd̄ tribuſ dimēſionibuſ conſtet. lōgitudīe: latitudīe: ꝓfūditate: aut ut qd̄ tribuſ dimenſile ſit: q̄q̄ ut forma: ſimplex eſſe intelligatur. Corpuſ inqt ut q̄ntū & in ꝑdicamento poſitū quātitatiſ in quo nulla materia ſit: & tamen cōtineat treſ dimenſioneſ: unitaſ ſine ulla cōpoſitōe eſt. hoīem dialecticū. qd̄ impoſſibile eſt ꝓ poſſibili accipit. parteſ enim diffinitōiſ in q̄uiſ re pro materia habentur. Idq; eſt corpuſ ſi corpuſ: qd̄ definit̄ ē. licet & excluſa materia corpuſ accipi pōt: altero modo. ſed id non ex dimenſiōibuſ eſt: ut ne homo qdem: ex animali & bipede: que ſc̄ptura: quā mō ꝓpoſui Ariſtoteliſ declarāt̄. Sed hic nō aduertenſ qd ille auctor de hiſ rebuſ ſc̄pſerit: credit dimenſiōeſ in corpore nullā oīo facere cōpoſitionem: nec potuit cogitare quodlibet corpuſ fore nobiliuſ ītellectu humāo

ſuo iudicio: quando triplex illa dimenſio in corpore tãtum eſt:
quoi uim cognoſcendi trinitatẽ diuinam ipſe attribuit. Fuerũt
ergo ipſi quidem infime creature magiſ ad imaginẽ dei q̃ homo:
& relique p̃ſtantioreſ: quod inſania eſt. Quod aũt affert corpuſ
inquantũ habet treſ dimenſioneſ unitaſ ſine cõpoſitiõe ſubſiſtit:
ſicut deuſ in tribuſ perſoniſ. nõ ſolum cognatum precedenti eiuſ
opinioni eſt: ſed etiam a philoſophie ratiõe alienũ: q̃q̃ ſue ſchole
aptiſſimum. nihil enim niſi ſubſtantia ſubſiſtere põt. Corpuſ aũt
de quo loqmur: non ſubſtantia: ſed quãtitaſ eſt: ꝓindeq; accidẽſ.
qñ predicamentũ q̃ntitatiſ inter p̃dicamẽta accidẽtiſ enumeratũ
eſt. Poſtremo licet inq̃t in aĩa noſtra nobilior ſimilitudo trini/
tatiſ inueniatur: tamẽ nobiſ qui in ſordibuſ corpoꝝ includimur:
nullum expreſſiuſ ueſtigiõ eſt. q̃ quod in corpore cõtinet̃. Quod
ſi de ſe ip̃e dicit numero utẽſ plurali ꝓ ſingulari: ſcilicet ſua regula
qua & Ariſtotelem loquutũ de intelligentiiſ putat: ita ſit: ut ipſe
ꝓpter ſuaſ ſi ita uult ſordeſ: trinitatẽ niſi in corpore cognoſcere
nequeat. Sed ſi de om̃ibuſ hominibuſ ita ſentit: uehemẽter errat
ut ſolet. Nõ. n. diuuſ Auguſti. quoiuſ iudicium ſi grauiuſ iudicio
aduerſarii dicã: nõ digneagã cũ uiro illo diuino: quũ explicare
articulum trinitatiſ nobiſ ſtudeat: a ueſtigio dimenſionũ accipit
argumentum: ſed a proceſſione uerbi & amoriſ in noſtra anima
poſiti. quod non ita ageret: ſi ut aduerſariuſ indicat ueſtigium in
corpore expreſſiuſ: commodiuſq; ad cognoſcendam trinitatem
contineret̃. Non diuuſ Thomaſ in tractatu de ratõe fidei docẽſ
quemadmodum reſpondendũ ſit infidelibuſ de fidei rõe: corpuſ
dimenſioneſq; ꝓbat & petit. Sed nullum eſt inquit mediũ aptiuſ
ad declarandam infidelibuſ trinitatem q̃ ea que ĩ noſtra anima
reperiuntur: non ceteri ſancti: qui exemplum aut ab anima: aut
a nonnulliſ aliiſ rebuſ: ſpreto corpore acceperũt. & recte illi q̃dẽ.
notior. n. nobiſ eſt imago poſita in anima noſtra q̃ dimenſioneſ:
& ueriuſ ſuggerit ſimilitudiniſ rationem: quãdo quiſq; noſtrũ in
ſe ipſe experitur uerbum amorem ue in ſpiritũ. dimenſiõeſ uero
coniectura quadam intelligit. Iam ſi aduerſario concedat̃ lineã
eſſe improductam: ſuperficiẽ aũt & profũditatẽ eſſe productã.
Cognoſci quidem hoc ueſtigio poteſt unum eſſe improductum:
duo autem producta. Sed que nam productio ſit cognoſci non
poteſt. At anime noſtre argumento cognoſcitur productionem
filii eſſe modo uerbi: ſpirituſ ſancti: modo amoriſ. Non ergo di/

menſioneſ corporiſ certiuſ noſ ád trinitátiſ cognitionem ducent:
q̃ anime diſtincta eademq; unita ratio: nec ſordibuſ immergi in/
tellectuſ humanuſ exiſtimanduſ eſt. dum intelligẽtiiſ iungitur:
& deo immortali aſſimilatur ¶ Sed q̃uiſ finẽ capituli aduerſariuſ
faciat: tamen propoſiti finem nondum facit. Verum procedenſ
ulteriuſ capitulo etiã quarto & quinto conatur Ariſtotelem cor/
poriſ uſu cognouiſſe trinitatem diuinam oſtendere. Scriptum eẽ
ab Ariſtotele ait: principium: ultimum: & mediũ habere numerũ
uniuerſi. eaq; ipſa trinitaſ: quo in loco: quum trinitatiſ nomen
inquit cum articulo poſuiſſet: dicenſ τησ τριαδοσ: ſummam
trinitatẽ ſignificare uoluit: que deuſ eſt. Alioquin fuerit alia p̃ci/
pua trinitatiſ ratõ· quod ne fingi q̃dem poteſt. Hoc argumentũ
tantã habere uim dicit: ut & ſibi & ceteriſ recte ſentiẽtibuſ plene
ſatiſfacere poſſit. Dictum etiam ab eodẽ auctore refert. homineſ
quaſi lege a natura accepta uel ad cerimoniaſ deorũ hoc uti nu/
mero: & appellatõeſ hoc pacto accommodare: quum duo ambo
dicamuſ: & duoſ amboſ: aut utroſq; non omneſ. Sed de tribuſ hac
appellatiõe primum utamur. Ex quibuſ arguere ſic uelle uidet̃.
Ad quod impellimur a natura: & maxime in ſacrificandi ratiõe:
id & profluit a deo: & referendum ad deum eſt: quũ quodquunq;
in natura communi cõtentum a prima impreſſũ ſit cauſa. Ergo
quod in ſacrificando ſeruandum natura ipſa docuerit: id nature
diuine attribuendum eſt. Item quum homineſ omneſ a natura
impellantur ad ſenſum trinitatiſ: ſequitur ut ratio trinitatiſ na/
turaliſ ratio ſit: proindeq; trinitatẽ in deo eẽ putandũ ſit: natura
enĩ ipſa impellenſ nihil aliud ẽ niſi nature auctor ille & creator
qui deuſ eſt. & quum omniſ cauſa imprimat ſui ſimilitudinem in
effectu. reſ autem naturaliſ ſit dei effectuſ. ſequit̃ ut quod in hac
pateat: idem in deo eſſe intelligendum ſit. Eodem tendunt & que
in primo libro de celo de ſuperceleſtibuſ ſubſtantiiſ modo plurali
modo ſingulari numero diſſeruntur. hoc enim trinitatem dei de/
clarat. Adde quod in problematibuſ queritur: quur aq̃lo nocte
ortuſ: nunq̃ tertiam lucem excedat. Redditur enim cauſa: ꝙ oĩa
per terna perficiantur: & que minima ſunt per primam trinitatẽ
finem aſſequantur: Nam ſi omnia trinitate perficiunt̃: quo aũt
unumquodq; perficitur finiſ ultimuſ eſt: ſequitur ut trinitaſ ſit
ultimuſ finiſ: & bonum ultimum rerum. Sed tale bonum deuſ ẽ.
ergo deuſ trinuſ & unuſ ẽ. Hinc intelligi etiã facile põt trinitatẽ

diuinam cauſam eſſe efficientem omnium rerum. principiũ enim primum & finiſ idem re ſunt: q̃q̃ differant ratione: ut in natura: & quauiſ arte manifeſtum eſt. Efficienſ nanq; forma & finiſ: co/incidunt auctore Ariſtotele. ꝙ ſi trinitaſ ſit finiſ ultimuſ rerum: ut demonſtratum eſt: principiũ quoq; efficienſ eandẽ eſſe neceſſe eſt. Ita fit ut Ariſt. trinitatem ſanctã & cognouerit: & coluerit. Hec ex longa eiuſ futilitate collegiſſe me fateor: & nulla forma ratiocinãdi ab eo expoſita: redegiſſe ad ſyllogiſmoſ: queãdmodũ ipſe argumentari uelle mihi uidebatur. Nam ipſe quidem ſuum ſenſum ne exprimere quidem ſatiſ mihi uidetur. Conatur igitur Ariſtotelem ex gẽtili & infideli apoſtolum facere: & quod peiuſ eſt: cõtra ſententiã auctorum ſanctorum: qui trinitatem nõ niſi ex fide poſſe cognoſci arbitrantur. Ceterum quod Hierõymuſ ſcribenſ ad Paulinam dicit in illoſ: qui Virgilium de incarnatiõe filii dei loquutum putarent. Puerilia ſunt hec: & circulatorum ludo ſimilia: ac ſi ſine Marone non poſſemuſ eſſe chriſtiani. Idem aptiſſime dici poteſt in aduerſariũ noſtrum. puerilia ab eo ſcribi & ut minime uera ſic nullo pacto chriſtiane religiõi utilia. Atq; ut latiuſ doctrina hominiſ appareat. primum trinitatiſ diuinæ rationem principiiſ Ariſtoteliſ eſſe abſonã & contrariã oſtendã. Mox ratõneſ quaſ hic attulerit patefaciam: falſaſ: leueſ: puerileſ eſſe: & auctoritateſ quaſ allegauit minime quo tendant: ab ipſo intelligi. Nam tertium illud Ariſtotelem dico ne ſuſpicatũ quidẽ fuiſſe trinitatiſ diuine rationem: declaratum iam eſt eo loco: ubi trinitatem cognoſci naturali quidem ratõne non poſſe oſtendi: & fide illum philoſophũ caruiſſe: ſine qua ipſe quoq; aduerſariuſ fatetur nemini poſſe contingere hanc cognitiõem: nec uero re/uelatione dignatum: aut a libriſ hoc didiciſſe iudeorum: quãdo ne aduerſariuſ q̃dem ipſe uel peritiorẽ fuiſſe Ariſtotelẽ iudeorũ libriſ: uel diuinituſ reuelatum ſibi habuiſſe trinitatiſ intellectum cõtendit: ſed una rerum naturalium ſcientia id factum autumat. Ergo quũ ꝑmo de celo Ariſtoteleſ mũdi unitatẽ inueſtigaret: accepit uelut pronũtiatum quoddã ſiue proloquium: ut forma que non niſi in materia eſſe poteſt: communicari pluribuſ ſpeciei eiuſdem indiuiduiſ poſſit. Forma autem que in materia non eſt: cõmunicari non poſſit: utpote que ꝑ ſe ipſa ſubſiſtat. Sed adiicit: ut ſi forma in tota materia eſt: communicari [illegible] pluribuſ non poſſit. Ex quo intelligi poteſt ut ſi diuina eſſentia & deitaſ ipſa

ſit forma p ſe ſubſiſtenſ: nec in materia poſita: nullo mõ pluribuſ nature eiuſdem perſoniſ communicari poſſit: eiuſ quidem ipſiuſ philoſophi ſententia. Nec dici poteſt Ariſtolem hoc de commu/nicatione cum diſtinctione ſubſtantie: non de communicatione cum unitate eſſentie cogitaſſe. Impoſſibiliuſ enim Ariſtoteli eſt: unam eſſentiam numero non in materia poſitam: communicari pluribuſ numero diſtinctiſ: q̃m formam non in materia poſitam communicari pluribuſ indiuiduiſ cũ diſtinctõe ſubſtantie: qppe quum in illo duo repugnent: ſcilicet formam: ſubſiſtentem com/municari pluribuſ. et unũ numero eẽ in tribuſ realiter diſtinctiſ. in hoc autem unum tantum illud obſiſtat formam ſubſiſtentem communicari pluribuſ. Itẽ duodecimo metaphyſice plureſ fore motoreſ arbitratur: ſi plureſ ſint mundi: neč poſſe diſtingui nu/mero: niſi materiam habeant. Quod ſi plureſ perſonæ diſtinctæ numero ſunt in diuiniſ cõuenienteſ in natura una: ſequit̃ iudicio eiuſ philoſophi ut diſtinguant̃ numero per materiam: quod ab/ſurdum eſt. Nec dici poteſt diſtingui per proprietateſ relatiuaſ. hoc enim non Ariſtoteliſ eſt: ut ex hiſ que modo expoſui patet. Diſtinctio enim indiuiduorum eiuſdem nature: per materiã eſt. nec poſſibile apud Ariſtotelem habetur: ut ſuppoſitũ conſtituat̃ in eſſe perſonali: ſubſiſtatq; nobiliſſimum per relatiõem: que mi/nime entitatiſ eſt: nec fundatur immediate in ſubſtantia: ſed in quantitate: q̃litate & actõe: ut auctor ipſe in qnto metaphyſice eſt. & inter predicamenta accidentiſ enumerat̃: que & ſi a noſtriſ theologiſ ita exponũtur: ut quod fide tenemuſ: nõ implicet ſibi contradictionem. Tamen hoc tuentiſ eſt ſua: non monſtrantiſ: & Ariſtotelem itidem ſenſiſſe dicitur etiã ſecundo de anima cauſã eſſe multiplicationiſ indiuiduorum: ut ſpecieſ conſeruetur: quum in uno indiuiduo conſeruari nequeat. At natura prime ſubſtãtie abſtracte conſeruari ĩ uno ſuppoſito põt. ergo auctore Ariſto. trinitatem in illa eſſe nõ neceſſe eſt. Addo etiam qđ in duodecĩo metaphyſice demonſtratum eſt principium primum & unum eẽ plene perfectum: & ſua ipſum ratõe ſufficienſ. Nã ſi ipm ſufficit unum ad oĩa tuenda que de deo dicant̃: fruſtra poſueriſ plura: ſicut & primo phyſicorum ſcribitur. principia fruſtra eẽ infinita quando tria ſufficiunt. & quum generatio ſit ſpecieſ motuſ: qđ q; intelligit & quod intelligit̃ idem ſit in abſtractiſ ſubſtãtiſ. nulluſ aũt motuſ eſſe poſſit in pmo motore & abſtracta ipſe ſubſtãtia

ſit: nó eſt qđ Ariſtoteleſ ex ſuiſ ꝑncipiiſ cogat̃ ponere trinitatẽ:
uel ꝑpter filii generationẽ: uel ꝑpter uerbi ꝓductionẽ. Ita ratio
trinitatiſ diuíe nó ex ꝑncipiiſ Ariſtotelicíſ accipi pót. ímouero
pugnat cũ eiſ: & altiuſ ad grãm reuelatóíſ ſe refert: que ſi aduer/
ſariuſ aíaduertiſſet: nó fruſtra tam multa dixiſſet. Sed uenio ad
eiuſ argumenta. Atq; ad ꝑmũ qđ a ꝑmo li. de celo ſumit̃: rñdeo:
male id ita ſũi. Expoſitoreſ. n. quoꝝ maior q̃ aduerſaria aucto/
ritaſ eſt: non ita eũ locũ exponũt. Sed diuuſ Thomaſ in primo
ſententiarũ. Nó inqt trinitatẽ pſonaꝝ ponendã in deo Ariſto.
cenſet: ſed quũ in oíbuſ creaturiſ pfectio in trinario principium
dico mediũ: & finẽ appareat. Ideo uetereſ numerũ hũc ſeruãdũ
in cerimoniiſ ſtatuiſſe narrat. Idẽ in queſtóíbuſ de ueritate qóe
undecima. dicendũ inqt Ariſtotelẽ non trinariũ numerũ in deo
intellexiſſe. Sed huiuſ pfectionẽ numeri oñdere uult ex eo qđ
ueteres hũc í ſacriſ ſeruarint. Quod idẽ í ꝑma etiã pte. q. xxxii.
ar. ꝑmo refert. Albertuſ etiã tractãſ eundẽ locum. c. ii. Numeruſ
inqt hic trinitatẽ reꝝ ſignificat naturaliũ. quãobrẽ Pythagoraſ
eo ipſo colendoſ eẽ deoſ p ſacra admonuit: qm̃ eiuſ actuſ apparet
in naturalibuſ rebuſ. utpote quũ ita pficiãt̃. Reliq uero expoſi/
toreſ: quoſ enumerare lõgũ ẽ: in hac eadẽ ſñia ſũt. ut Ariſtoteleſ
quũ uerbiſ uteret̃ illiſ: nó ítellexerit trinitatẽ diuinã: ſed trinitatẽ
ſolũ rei naturaliſ: quoiuſ pfectio in ternario cóſiſtit. quum omẽſ
eiuſmóí reſ pficiant̃ ſuo principio: medio: & fine. Articuluſ uero
quẽ Ariſt. grece loqueñſ cóiungit cũ noíe trinitatiſ: nó ſummã &
ꝑcipuã quandã rem ſignificat: ut aduerſariuſ credit. Sed preterea
uſuſ eiuſ ẽ: tum ad rei ipſiuſ róem & formã: hoc ẽ nó ſub códitóe
pticulari ſuppoſiti huiuſ aut illiuſ: ſed ſub róe formali í q̃ ſuppo/
ſita cóueniãt oía: ut ſi quũ dicere uelim hoíem: in quo pticulareſ
cóueniãt oẽſ hoíeſ: cum articulo dicam ο αγθρωποσ: quũ aũt
pticularẽ: ſine articulo αγθρωποῳ τῖγα. tum etiã ad rẽ cognitã
iã ei apud quẽ loquor tendit uſuſ eiuſdẽ: ut ſi diſcipuli inter ſe de
ſuo doctore loquunt̃: cũ articulo nominẽt neceſſe ẽ ο διδασκ
αλοσ. Reſ. n. alteri cognita ab altero noíat̃. Quũ itaq; triplex
uſuſ articuli apud grecoſ ſit: Ariſto. quũ uniuerſitatẽ reꝝ natu/
raliũ numero cótíeri ꝑncipii: medii: & finiſ dixiſſet: hec trinitatiſ
habere numerũ attulit cũ articulo τησ τριαδοσ. ac ſi diceret:
nó huiuſ aut illiuſ pticulariſ trinitatiſ: ſed trinitatiſ ipſiuſ ſimplici/
ter ſub róe trinitatiſ. qđ nó facit: ut trinitaſ abſtracta in diuiniſ

.166.

illa intelligaẽ. Sed qđ ex ꝓpoſito ẽ: ea ſignificetur trinitaſ: quæ ĩ materia ẽ ſub trinitatiſ ſimpliciter rõe: que cã formaliſ ſinguliſ trinitatibuſ eſt. ſicut & forma hõiſ addicta materie cũ hõiſ noĩe ſpẽm humanã ſignifico. Sed aduerſariuſ: ꝙ Leonardũ aretinũ audierat cõuertiſſe p̃mo ethicoꝝ libro ταγαθον ſummũ bonũ: credidit ſẽp uſũ eiuſmõi articuli egregiã q̃ndã & ſũmã rẽ dicere: quũ nec Leonarduſ recte cõuerterit: ſed meliuſ Ioanneſ argy/ ropiluſ noſter: q bonũ ipm interp̃tatuſ eſt. Appetũt. n. oĩa bonũ non rõe ſũmi: ſed ea q̃ bonũ: & expetendũ ẽ rõe formali: qđ per ipm nõ p ſummũ ſignificaẽ. & licet aliq̃n ſũmũ ſignificeẽ: tñ non ſemp: ut ſatiſ iã declaratũ ẽ. Hoc ẽ illud aduerſarii argumẽtũ: in quo tantã uim eẽ dicit: ut plene & ſibi & ceteriſ: q recte ſentiunt: ſatiſfaciat. ſed q̃ imbecille ac friuolũ hoc ſit: iã oĩbuſ cõſtat: que tñ de eo aduerſariuſ predicat: nõ om̃i ex parte falſo dicta uelim. facile. n. ſuo ut dicit auctori: & q̃dem plene ſatiſfacere põt. Ad ſecundũ quũ a deo & in deo eẽ id ĩ qđ a natura impellimur dicit: Concedo id eſſe in deo: uerum nõ eodẽ mõ: ſed ut effectuſ in ſua cauſa eſt: nihil igiẽ ualet conſeqnentia aduerſarii illa: ꝙ a natura impellimur offerre deo aĩmal aut numerũ pfectũ: ergo id tale in deo eſt: q̃le a nobiſ offerẽ: q̃q̃ ſequiẽ ut ĩ deo ſit aliquo mõ: quod quidẽ & noſ cõfitemur ex ſententia Ariſtoteliſ numerũ ternariũ eſſe in deo: ut effectuſ in ſua cauſa ẽ: nec minuſ quaternariũ: q in q̃drupediſ rõe contineẽ. q̃q̃ ne efficiẽſ q̃dẽ deuſ ẽ iudicio Ariſto/ teliſ: niſi inquãtum qđ a ſecundiſ efficiẽ cauſiſ proprie: id referri quodãmodo poſſit ad primã que p̃ncipiũ eẽndi: uiuendi: ſeruãdi: dependendi ſecundiſ eſt: ſed tamen qđ noſ dicimuſ quidq̃d factũ eſt: in deo fuiſſe & eſſe: ne Ariſtoteleſ quidẽ negare poterat: quũ om̃ia unite in illo p̃ncipio cõtineri atq; ex eo dependere fatereẽ: q̃q̃ creatum & factum dicere recuſaret: Ad tertiũ non ſequitur trinitatẽm eſſe in deo: ꝓpterea quia trinitatiſ ratio naturaliſ eſt: ut dictũ iam eſt. Vnite enim in deo ſunt ea quæ diſtincta reſ pficiũt naturaleſ iudicio Ariſtoteliſ. Ad rationem uero nec uere diciẽ nihil aliud eſſe naturam niſi deum: quippe quum natura nõ deuſ ſit: ſed ex deo depẽdeat auctore Ariſtotele: & ſi iſtud quod male dicitur trahere ad meliorẽ ſenſũ uelimuſ: ut natura quodãmodo deuſ ſit: q̃a dei uicariuſ quidã eſt: inquantũ ea facit que deuſ ab eterno uoluerit: tñ non ſequitur: ut ſi ternario reſ ſuaſ perficiat: ternario quoq; perficiaẽ ipſe: q nature auctor eſt. Vt enim ille

longe eminentior eſt:q̃ natura:ſic & modo ſue perfectóiſ longe
ſuperior eſt:q̃ ut trinitate perficiatur.quod itaq; in deo unitum
eſt:id in natura diſtinctú ternario:refert ſui auctoriſ ſummã &
ineffabilem unitatem:qđ idẽ & Syneſiuſ cyrenẽſiſ philoſophuſ
illuſtriſ docet:quũ dicat. Entia p̃ma ſimplicia ſút:deſcendẽſ uero
natura multiplici rõe uariať. Plato Proculuſ & omneſ platonici
idẽ ſentiunt. Igiť ex Ariſtotelíſ ſententia:unitaſ que in deo eſt
ſimplicitatiſ repreſentať trinitate:que in rebuſ nature eſt:ſcilicet
modo quo fieri poterat meliori: q̃ndo impoſſibile erat ut ſimul
& natura eſſet:& unitaſ ſeruareť. Ad q̃rtú nó ſequiť:ut dictú
ſepiuſ ẽ:eodẽ mó haberi in cauſa quod exp̃miť in effectu.nó.n.
ga homo bipeſ: aut equuſ q̃drupeſ eſt.deú quoq; bipedẽ eẽ aut
q̃drupedẽ dixeriſ. omnẽ aút cauſã imprimere ſuam ſimilitudinẽ
in effectu ita ĩtelligẽdú:ut ꝑ ſubiecta materia:& ꝑ natura ipſiuſ
effectuſ:modo quo fieri pót meliori ſimilitudo exponať. Quo
fit:ut qm̃ forma ꝑducenda ĩ materia ſtare nó poterat cú unitate
ſed optime ꝑ re ſubiecta cú ternario ſtaret. Idcirco trinitaſ in re
naturali ſit:que in cauſa eſſe nó poteſt:ſicut & quadrupediſ rõem
diſtinctam ſine q̃ equuſ ſtare nó pót. in deo eſſe nefaſ dictu ẽ.

Ad quintú ſatiſ ante reſpóſú eſt Ad ultimú:Ariſtoteleſ in eo
ꝓblemate nó ita uſuſ ẽ uerbo:ut argumẽtãdo aduerſariuſ ſumit.
In tribuſ.n. & ꝑ terna ille ad exitú deueniri dicit:quó & medici
ternariuſ diẽcriticú.i.decretoꝝ ĩſtatuunt morbiſ. Sed aduerſariuſ
inexperientia tum rerú:tum greci ſermóiſ:putat. τελειονσθαι.
unú illud ſemp ſignificare:formaliter pfici:quú nó ſolú formalẽ
pfectionẽ:ſed etiã exitú rei & terminú motuſ ſignificet.unde &
τελοσ nó mó finẽ:quoiuſ cauſa cetera agantť:ſignificat:uerum
terminú quoq; & exitú ip̃m actóiſ.q̃obrẽ & ridiculú dicere pro/
ductú ait Ariſtoteleſ illú poetam: q dixerit:habet ipſum finẽ:
quoiuſ ortuſ gratia ẽ. Finẽ.n.ſtatui non omne extremú:ſed qđ
optimú eſt. Ceterú ſi ita loq aduerſario placet:nó referat:modo
trinitate pfici ita ĩtelligať:ut p ternariú aut ternarioſ ad exitú
uentú ſit:aut bonum:aut malú. Sic.n.eger quarto aut ſeptimo
die moriť. & flatuſ aqlóiſ:de quo Ariſtoteleſ diſſerit tertio finiť
id eſt deſinit. Quo ita poſito:quemadmodú arguit aduerſariuſ:
uideamuſ. Omnia trinitate pficiunť inqt:quo aút unúquodq;
pficiť:finiſ ultimuſ ẽ.ergo trinitaſ eſt ultimuſ finiſ. Reſpódeo.
perfici trinitate bifariã:aut.n.fiue q forma eſt pficitur:aut fine

qui terminuſ & exituſ motioniſ eſt finitur: quod & ipſum perfici dici poteſt: preſertim ſi exemplo greci uſuſ loqui uelimuſ: ut et perfecte periiſſe Ariſtoteleſ dixerit: qđ in ultimo corruptóiſ iam eſt. Sed qd ulteriuſ? Ergo inqt trinitaſ eſt ultimuſ finiſ: & bonū ultimū rerum. Nō ſeqt̃ bone uir: finē enim quoiuſ cauſa cetera ſint: nō omne extremū ſtatuimuſ: ſed quod optimū eſt & forma. Quid uero dicam quum progredienſ afferat concluſionē illam. Ergo hoc ultimū & bonū deuſ eſt. Nā & ſiqſ cōceſſerit trinitatē eſſe bonū & ultimū: non ſequitur ut & deuſ hoc ſit. perficit̃ enim unumquodq; ſuo bono: & hoc ultimum & optimum analogice eſt. Alioquin conſequet̃ ex hac illatoria rōe aduerſarii dialectici noui: ut aſinuſ ſit deuſ. forma enim aſini finiſ & ultimum bonū: quo perficitur aſinuſ eſt ſuo in genere. Quod ſi omne bonum & ultimum eſt deuſ: forma aſini eſt deuſ: & aſinuſ eſt deuſ ratōe ad/uerſarii noſtri: qui in eoſ erroreſ dilapſuſ eſt: per ignorationem diſtinguēdi. Sed correlariū eiuſ uideamuſ. hinc & facile intelligi poteſt inquit: trinitatem eſſe cauſam efficientem omnium rerum. principium enim primum et finiſ: idem re ſunt: efficienſ nanq; & forma & finiſ coincidūt. Formam eſſe finem uere ab aduerſario dicitur. Sed hoc nuper uti puto didicit: correctuſ a Theodoro noſtro familiari: quippe agenſ aduerſuſ Theodorum hoc argu/mento mandauerat ſuiſ litteruliſ. Generatio inquit: nihil aliud eſt: q̃ inductio forme in materia: unde ſi forma generationiſ ſit finiſ: ſequitur idem ſibi ipſi finem eſſe: quod ridiculoſiſſimum in/uenitur. Hec ita antea ſentiebat & ſcribebat: nūc uero poſtquā reſponſione Theodori meliuſ ſentit: formam eſſe finem cōfitet̃. Sed ſit ita: ut tria hæc ueniant ſepe in idem auctore Ariſtotele. nam homo hominem generat: & equuſ equū. Verum qd tandē? Ergo inquit trinitaſ: qui finiſ eſt: efficiēſ quoq; eſt: Ridicula reſ. quaſi coincidant ſemper: ita argumentatur. At non ſemper hæc conuenire: ſed ſæpe: hoc eſt: quotienſ quod efficit idem ſibi ſpecie efficit: Ariſtoteli placet. Aliter enim ſequetur ut celum aut ſol ſit homo: quum in generando hominem: finem hominem habeat: quod et aduerſariuſ uſuſ eſt argumento: quum demonſtrare uellet hominem eſſe coelo preſtantiorem. Adde ꝙ ſi finiſ & effi/cienſ conueniunt in diuina trinitate: ad Ariſtoteliſ ſenſum: quo aduerſarii ratio fundatur: ſequitur ut trinitaſ diuina: efficiat trinitatem ſibi eandem ſpecie. Ceterum trinitaſ nec finiſ eſt iſ:

quem aduerſariuſ putat: ut declaratū iā eſt. nec efficiēſ eē poteſt: & longe minuſ ad deum referri hec poſſunt. Sed ipſe fallitur: & miſcet confunditq; reſ: quaꝝ cōcluſioneſ mōſtra plane ſint cōtra nature rationē. ¶ Tranſit aduerſariuſ ad mundi creandi rationē & ꝙ Platonem audierit ſcripſiſſe mundū eſſe creatū ex materia. conatꝰ capitulo ſuo ſexto. viii. viiii. x. demonſtrare Ariſtotelem opinatū ex nihilo mundi productionem: ut ueriorē chriſtianū faciat Ariſtotelem quaſi Plato ex materia ſenſibili preſuppoſita mundū creatū putauerit: que cū probare ſtudeat: ſic argumētari uelle uidetur. ¶ Deuſ prima cauſa efficienſ omnium rerum eſt: auctore Ariſtotele qui. xii. methaphyſice libro: celum et naturā depēdere ex deo ait: hoc enim produci et effici eſt. et ſecundo de generatōe: deū compleuiſſe totū faciendo cōtinuā generationē. et primo de celo: & tertio de anima: deū & naturam nihil facere fruſtra: hoc enim indicatur: deum eſſe efficientem cauſam principalem: Naturam autem cauſam inſtrumentalem. Item quum deuſ cauſa finaliſ rerum omnium ſit: finiſ autem et efficienſ in deo concidant: Agit enim propter ſe ipſum deuſ: Sequitur ut deuſ ſit cauſa efficienſ omniū: & proinde mundi de quo agitur. Itē cauſa que eſt actuſ puruſ: nō agit ꝑ motū: neq; ī tempe: & ꝓinde nō ex potētia materie aliquoiuſ: nec ſubiectū ullum materiale ſibi preſupponit: quia ſic per motum & in tempore ageret: Deuſ autē eſt cauſa: que actuſ ſit puruſ: ut duodecio methaphyſice demōſtratū eſt: ergo deuſ ſine motu et tempore agit: & nihil preſupponit: et proinde ex nihilo ꝓducit. Item cauſa omīpotenſ nihil ī ꝓducēdo ſibi preſupponit: nam niſi eiuſ potentia ultra ſubiectū materiale ſe extenderet: nō omnipotenſ eſſet: ſed deuſ ē cauſa omnipotenſ: quum enī actuſ ſit puruſ ſine ulla potētia paſſiua: habeat īfinitā potentiā intenſiue non extenſiue: neceſſe eſt: proindeq; omīpotēſ ſit: ergo deuſ ex nihilo omnia ꝓducit. ¶ Item neceſſe fuit ut dei omnipotentia aliquo modo manifeſtaretur: quod quum nō alio modo fieri poſſet: niſi per productionē ex nihilo: ita enī potētia infinita requiritur: que ſuper diſtātia infinita: que inter enſ & nō enſ terminoſ creatiōiſ eſt: preualeat: Ideo cuncta ex nihilo deuſ produxit. ¶ Item dari primam ſimpliciter cauſam efficientem in ordine cauſarum efficientium neceſſe ē ut ſecundo methaphyſice demonſtratur: Hec aūt deuſ eſt: que cauſa quum nihil ꝑſupponat ſua ratione: nam niſi ita eſſet: non prima ſimpliciter: ſed in genere

| cū mūdꝰ ex nihilo factꝰ ſit
Tria pncipia Actiua
Ars
Natura
Deus

eſſet. Ageret enim in ſubiectum et per motum. Sequitur ꝙ deus propter primam cauſalitatem efficientis cauſe nihil ſibi preſupponat: ſed ex nihilo agat. Item quum tria principia ſint agentia: ars que formam accidentalem producat nō attingens ſubſtantiā: natura que formā producat ſubſtātialem nō attingens materiā: et deus quod potius primo ſecundoq; ē: quum ex eo illa depēdeāt. ſequitur ut hoc ſimpliciter poſſit producere: & nihil agēdo p̄ſupponere ſibi: atq; ita ex nihilo facere. Item ſi unūquodq; reſoluit in ſua principia: ut domus in lapides et ligna: ex qbus conſtituta eſt: mundus quoq; ſi reſolueretur: ad id reuerteret: ex quo factus eſt. At remota uolūtate diuina reuertetur ad nihilum: ex nihilo ergo factus eſt. ¶ His rationibus pſuaſus aduerſarius Ariſtotelē mūdi productionē ſenſiſſe & ex nihilo arbitrat: que ipſi quidē potiſſimē quedā habentur demonſtrationes. Ceteris uero etiā mediocriter eruditis ſophiſmata ſunt: et ſolui facillima. Sed priuſq̄ ſoluā ineptias iſtas: explicabo ſentētiā Ariſtotelis & expoſitorū: īpoſſibile eſſe non ſolum ut ex nihilo: ſed etiam ut omnino productus ſit mūdus aut creatus: nihil enī refert apud philoſophū hūc: ſiue productū: ſiue creatū: ſiue factum: aut generatū dici. Ergo nihil ex nihilo fieri īter oēs conſtat. Quod et Ariſtoteles p̄mo phyſicorū pro principio accipit: quod ſiquis aliquid ex nihilo factum ſiue productum dicit: aduerſus Ariſtotelem enunciat. Nihil enī fieri poſſe: et aliquid fieri poſſe: ſibi inuicem pugnant. Nec recte dici poteſt hoc intelligi de productiōe rerū per motum: que materiā preſupponat: non de ſimplici emanatione rerum: que nihil preſupponit. Hec enī diſtinctio non ex ſenſu Ariſtotelis eſt: ſed eorū qui Ariſtotelis opinionem nō pugnare cum creatione oſtēdere uelint. Quod & ipſum non tollit: quin Ariſtoteles ſenſerit mundū non productum. Hic enim philoſophus nec uerbo uſus eſt tali: ut et aduerſarius ipſe fatet: neſcio quo admonente: nec ſuis pricipiis indicat ſimplicem illam emanationem: ut q̄uis nō explicite tamē īplicite dicta elici poſſit: niſi qs celi nāq; depēdentiā: emanationē interpretet: quod uel nos facile conceſſerimus. Iam uero īs p̄mo phyſicorum libro quum materiam primam ingenitam eſſe pbare uelit: accipit rationē: ꝙ ſi generaret: preſupponeret ſibi aliquod aliud ſubiectum: et ī octauo eiuſdem operis: omne quod fit inqt poſſibile eſt fieri: alioquin impoſſibile eſſet id fieri: & quod eſſe poſſibile eſt id ex materia ē: que eſt ī potentia ad formā: in qnto

pduci
Creari
Fieri
Generari
| idē apd Xrlem

nē

etiam metaphyſicorum potētia actiua eſt inqt prīcipiū mutādi alterum qua alterū eſt. Quod et in octauo eiuſdē operiſ repetit: ubi comentator diffinitionem hanc dicit eſſe priorem omnibuſ diffinitionibuſ eorum que nomine potentie appellant: ut prin/cipium ſit mutandi alterum. qua alterum eſt. Item eodem in libro ſcriptum legimuſ. Siqua ſubſtantia eſt forma ſine materia hanc protinuſ per ſeipſam eē enſ atq; unum nec ullam habere cauſā que ſe faciat enſ et unum. Ita patet nullam aliam productionē intelligi ab Ariſtotele niſi eam que per motū ſit ſubiectūq; preſupponat quādo quidem in libriſ metaphyſiciſ ita loquitur ubi non de motu non de natura non de aliquo eiuſmodi agitur ſed de ente ipſo q̄ enſ eſt. Profecto ſi ad phyſicam tātū pducēdi rationem hec redigenda putaret ut aduerſariuſ credit: nō ea pte phyloſophie qua reſ diuinaſ tractare uellet potentiam definiret actiuam per mutationem. Nec diceret potentiam immutandi eē primam in genere potentiarum ſi potentiam creandi illā agentē ſine motu ullo pacto admitteret: neq; negaret formā ſine ma/teria ſubſiſtentem habere cauſam ſui eſſe niſi materiam ſemper in productione p̄ſupponi arbitrareē eſſe neceſſe. Quid uero mūdū ingenitum ſempiternum & neceſſarium eſſe diceret ſi productū putaret? Neceſſarium enim id eſſe uult quod nullo modo poſſit non eſſe. At ſi creatuſ ex nihilo eſt poteſt non eſſe qum ita eiuſ nature conueniat nō eſſe et habeat eſſe a cauſa externa & p̄uſ nature ordine conueniat non eſſe q̄m eſſe quod neceſſarii rationi repugnat. Quam obrem Auicenna opinatuſ eſt quod creatur a primo poſſibile eſſe ſua natura et neceſſariū cauſa externa. Quā opinionem Auerroiſ improbat in primo de celo cometator quo diligentiorem neminem Ariſtotelis opinionū fuiſſe omneſ arbi/trantur qua propter in allegandiſ expoſitoribuſ hūc imprimiſ cenſui adducendum. Hic igitur in primo phyſicorum comento octuageſimo primo. exponenſ locū Ariſtoteliſ illum ex nihilo nihil fieri hec refert. Qui generatum eſſe quicq̄ ex nō ente dicit concedat alterum de hiſ duobuſ neceſſe eſt. Aut enim ut mutatū ſit ſine mutatione aut ut mutatio ſit in mutatōe: que īpoſſibilia ſunt. Sed iunioreſ hoc impoſſibile recipiunt. ſcilicet aſſueti qm̄ a pueritia id audiant. Conſuetudo enim natura altera ē. Nunqd dubium ſit ne iudicio Auerroiſ ex ſententia Ariſtoteliſ īpoſſibile ſit aliquid ex nihilo fieri? Hoc igitur primum ex Ariſtoteliſ

.III. C. XX.

opinione accepimuſ ab Auerroi/ut nihil productum ex nihilo
eſſe poſſit/Secundum autem in octauo phyſicorum comento
quarto/ad hũc modum/Conuenit inter uetereſ omneſ auctoreſ/
ut ex non ente puro nihil generetur/ Sed aſſertoreſ et Sarraceni
noſtri negant principium hoc/& poſſibile putant/ut ex nihilo
aliqd generet̃/quoiuſ erroriſ cauſa eſt/qd̃ plura uiſu incõprehẽ/
ſibilia generẽt a rebuſ uiſu cõprehẽſibilibuſ/nã ratio quã afferũt
ad id pbãdũ/ꝙ ſubiectũ neceſſariũ agẽdi diminuit auctoritatẽ
agẽtiſ/uulgariſ et friuola admodũ opinio ẽ/Agẽſ eni ſi agere nõ
poteſt quicq̃ impoſſibile/dicẽdũ non ẽ amittere ſuã auctoritatẽ/
ſed rem/que ĩpoſſibiliſ eſt/effici poſſe arbitrari/Id certe falli et
decipi eſt/Ita Auerroiſ conſector intimuſ Ariſtotelice diſcipline/
et principium hoc per ſe notũ eẽ exiſtimat/nihil ex nihilo fieri:
et chriſtianoſ/iudeoſ/& ſarracenoſ/q creatũ eẽ ex nihilo opinãt/
impoſſibile ſibi admittere/aſſertoreſ eni et loquenteſ hoſ uocat/
quoniam ſine demonſtratiõe loquantur/et tm̃ aſſerant/Rationẽ
enim illam ꝙ ſubiectum requiritur in actione agentiſ impfecti
non perfectiſſimi et infiniti/Friuolum eſſe arbitratur/qum fieri
nõ poſſit/ut aliquod agenſ rem impoſſibilem faciat/quale eſt ex
nihilo quicq̃ fieri: idq; non eſſe in potentiã et defectum agentiſ:
quando digniuſ id non poſſe q̃ poſſe deo eſt/Falli item ac decipi
eum/qui credit ex nihilo poſſe quicq̃ fieri aperte exponit/Ex
quibuſ latiſſime patet aduerſarium loq ex opiniõe fidei noſtre/
& Platoniſ nõ Ariſtoteliſ/Sed Auerroiſ uel ſuper tertio phyſicoꝝ
idem fatetur/ubi et Auicennam reprehendit/ꝙ aliquantulũ diſ/
ſentire uiſuſ fuerit ĩ opere de ſubſtantia orbiſ a cõmuni philoſo/
phorum conſenſu/ut nihil ex nihilo poſſit fieri/Quod ſi opinio
hec Auicenne aperte ab Auerroe improbat̃/ut a ſententia Ariſ/
totelis aliena/nemo utiq; poteſt ſine reprehenſione attribuere
Ariſtoteli creationem ex nihilo factã/plura etiã Auerroiſ de hoc
lociſ aliiſ affert improbãdo/quale uel illud eſt/quod ĩ duodecĩo
metaphyſice comẽto decimonono hiſ uerbiſ exponit/Qui autẽ
creationem ſtatuũt/enſ totum ab agente creari ex nihilo aiũt:
nec eſſe neceſſe/ut materia ſit in quam agat/Totum enim ipſum
creari/que quidẽ opinio aſſertorum legiſ tum noſtre/tũ chriſtia/
norum eſt/et quidem Ioanneſ chriſtianuſ poſſibilitatem non eſſe
niſi in agente ait/ut Alpharabiuſ narrat libro de entibuſ mutatiſ.
Auicenne quoq; opinionem loco eodem meminit/que datorem

Auicenne Opinio q nihil ex nihilo fieri posset

Auerroys 12° methaphysice

Johannes gramaticus

Opinio Auicenne de datore formarum

ſtatuit formarum|ut agentia naturalia diſponāt tantū materiā per qualitateſ primaſ/Forma autē detur aliundeſ|Memorat etiā Anaxagore opinionem de formaꝝ latitatione/Poſtremo Ariſ/totelis affert ſententiam|ut agenſ faciat compoſitum ex materia & forma/ idq; certo modo mouendo et immutando materiam| donec exeat de potentia in actum/atq; educendo nō inducēdo| ne creatio ex nihilo ſit:ſed preſuppoſito ſemper ſubiecto agenſ extrahat in actū|quod in potentia eſt|et quodammodo latitat. quo fit ut & latitationi Anaxagore aliqua ex parte aſſimiletur| et creatiōi uidelicet:|quatenuſ qđ potentia fuerit/actu ex nihilo quodammodo exiſtat|Addo quod ſuper eodem libro comento quadrageſimo quarto contra Auicennam ab eo dicit̄ de intelli/gentiiſ|Aiunt inquit quaſdam intelligentiarum conſequi:quaſdā/ ut cauſatum cauſam;primam uero unam eſſe debere ac ſimplicē. a motore autem primo prouenire animam primi celi: & moto/rem orbiſ ſequentiſ|atq; ita eſſe neceſſe | ut non ſit ſimplex| et habeat cauſam priorem.Que ratio imaginaria eſt.|Nulluſ enim ibi prouentuſ:nulla conſecutio eſt:aut actio:ut dici poſſit unam actionem conſequi unum agenſ tantum.Cauſa enim & cauſatum ibi eo modo eſt|quo intellectum eſſe cauſā dicimuſ intelligentiſ. Quod ita ſit|poſſibile eſt| ut quod eſt per ſe intelligentia & in/tellectum|id cauſa plurimorum entium ſit| in quantum uarie intelliguntur|Idem mox. Verborum autem inquit conſuetudo illa apud iunioreſ|ut a tali motore|taliſ proueniat motuſ|aut pro/ſequatur|aut producatur/aut procedat|& reliqua id genuſ non uere de abſtractiſ ſubſtantiiſ predicantur. Hec enim omnia diſ/poſitioneſ ſunt agentiū ſuperficietenuſ|nō uere|nihil enī prouenit ab agente ut dixi|ſed tantum extrahere in actū:qđ ē in potētia intereſt agētiſ|Itaq; cū ibi potētia nō ſit| nec agēſ ē|Intellectuſ utiq; tm̄ et intellectum ibi eſt:perficienſ et perfectū:quēadmodū artificia alia ab aliiſ proficiſcunt̄|eo ꝙ ſua principia alia ab aliiſ trahunt|demumq; omnia reducunt̄ ad idem uniuerſale artificiū: unde ſua queque pricipia accipiāt|Quam ob rē ſcientia pprior primi dei eſt| que in prima philoſophia continetur|Sciētia uero propria principiorum|que ſub illo ſunt|ſimiliſ eſt ſcientiiſ parti/cularibuſque ꝑme philoſophie ſubiacēt:ut Nicolauſ ꝑipateticuſ in ſuo de philoſophia primo opere refert|Quod autē a Platone ſcribitur|creatoſ eſſe a primo deoſ|qbuſ preciperetur/ut mortalia

animalia ipſi crearent/primum autem illum creatorẽ requieuiſſe: ac uacuum labore manſiſſe/ non eſt ita intelligendum ut uerba ſonant/Quinto etiam libro eiuſdem operiſ exponenſ locum de neceſſario hec refert/Si ſunt entia ſimplicia/eterna/& ĩmutabilia ut declaratum alibi eſt/nullum illoꝝ acquirit ſibi eẽ neceſſarium ab alio/neq; eſt quicq̃ in illiſ extra naturam/Hec Auerroiſ/Sed redigamuſ ad ſummã/que huiuſ Ariſtotelici auctoriſ ſententia contra aduerſariũ dicit/opinionẽ Auicenne ſtatuentiſ creationẽ eſſe omnino repudiandam/In intelligentiiſ nõ eſſe cauſã & cauſatum: nec agenſ et actum/ſed intelligenſ et intellectum/quoniã aliã alia intelligit/intelligendoq; perficit/Agenſ nulla alia ratiõe dici agenſ/ niſi quia extrahit ad actum quod in potentia eſt/ et proinde ſemper agenſ preſupponere ſubiectum materiale/ nec eſſe poſſibile/ut nullo preſuppoſito ipſum agenſ producere qcq̃ poſſit/Intelligentiaſ eſſe entia neceſſaria p ſe/ac ſibi eẽ neceſſariũ ab alio nõ acqrere/Item Platoniſ uerba non ita eſſe exponẽda/ ut ſonant/que cum ita ſint/conſtat latiſſime aduerſarium falſo per ignorantiam attribuere Ariſtoteli creationẽ ex nihilo/Sed alterum teſtem & hunc grauiſſimũ adducã/Albertũ Ariſtotelice ſchole familiarẽ: ut q̃ aduerſariuſ erret/magiſ magiſq; explicet. Hic duodecimo metaphyſice tractatu ultimo capitulo ſeptimo/ ita concludit/Incertuſ ẽ nobiſ motoꝝ numeruſ celeſtium corpoꝝ cum ſuiſ motibuſ/Ideoq; Ariſtoteleſ dubie loquutuſ de hiſ eſt/Sed quoniã per rationem cauſandi nihil aduerſuſ hec comprehendi poſſit/Ideo aut nihil oĩno de hiſ differit/aut talia eẽ reprobat.

Ceterum ſunt qui neutram harum uiarum ſequenteſ putant ſe ſe per uiam philoſophãdi incedere/Si philoſophiam cũ theologia confundant/ab uno ſimplici primo agente per eſſentiam/ nõ eſt niſi unũ/inquiũt/Itaq; ſi quod ab aliquo eſt/multũ & multiplex ſit/nõ id a quo eſt/agit per eſſentiam/Videmuſ autem nõ alterũ per alterum celum ꝑduci in eſſe/nec omnino generari ex materia/ ipſumq; multiplex eẽ & uariũ/Ergo producit in eſſe ab aliquo agente per electionem/Hoc enim multa agit/unum exiſtenſ/ut uult/& cauſat ex nihilo/qum nõ ĩdigeat materia p̃iacẽte/ꝑpter ſue infinite uirtutiſ exceſſum ſupra omniſ agentiſ rationem/Sed noſ ut ſupradiximuſ/nõ poſitõeſ haſ tractare hoc loco uolumuſ. Non enim hoc negotio niſi ſententiã peripateticoꝝ inſtituimuſ explicare/Que autem a Platone dicunt/maneãt quoad poſſũt/

donec ab aliquo exponantur. Theologie uero ratio noſtre nõ cum philoſophorum principiiſ conuenit/ quoniam reuelatione inſpirationeq; diuinituſ hec fundatur/ non demonſtratione hu/mana. Sic Albertuſ negat a prĩcipiiſ Ariſtotelicę diſciplinę accipi poſſe productionem rerũ ex nihilo/ & deũ eſſe agẽſ p electionẽ multa producenſ/ & propter ſue infinite uirtutiſ exceſſum nulla egenſ materia. Sed a theologia tantum hec accipi poſſe fatetur que per reuelationem habeatur. Verũ aduerſariuſ qđ peculiare fidei eſt ad peripateticam ſcholã refert: et quod noſtri theologi penituſ repudiarunt ipſe tuetur/ et ad ſacrã ducere aulã contẽdit. Erix andauenſiſ doctor egregiuſ ex Ariſtoteliſ opinione inqt. Trifariam aliquid dici ſe habere ad eſſe poteſt. Aut enim ut ex ſe ſit formaliter neceſſũ eſſe/ et ab alia cauſaliter. Aut ex ſe ſit for/maliter neceſſum eſſe/ & ab alio dependenter. Aut tertio/ ut ex ſe ſit poſſibile eſſe/ et ab alio habeat eſſe neceſſariũ/ quia cauſa poſ/ſibile illud neceſſario cauſet. Primuſ moduſ cõtradictionẽ ĩcludit/ nam quod cauſatum ab alio eſt id de ſe eſt non enſ/ et poſſibile eſſe/ quod autem de ſe eſt neceſſum eẽ nullo modo poſſibile eſt. Ergo dicendum eſt Ariſtotelem addidiſſe hunc modũ notando contradictionem/ et quia putauerat intelligentiaſ habere neceſ/ſariũ per ſe eſſe negauit eaſ a prima cauſaliter depẽdere. Tertiũ etiam modum negat/ qui ſimiliter contradictionem includit/ ut comentatoriſ iudicio patet in duodecimo metaphyſice Contra Ioannẽ grammaticum/ Male inqt a Ioanne grammatico dicitur/ motum de ſe poſſibilẽ/ poſſe ab alio perpetuari. Subſtãtia enim poſſibiliſ perpetuari non poteſt: atq; ita ſubſtantia perpetua non eſt ab alio/ quoniã ſi ab alio eſſet perpetuaretur que poſſibiliſ de ſe eſſet/ q̄ oppoſitum ſententie auctoriſ eſt. In primo etiam de celo idem exponenſ locũ illũ/ Impoſſibile eſt ne generabile deueniat ad corruptionẽ. Si inueniretur (inquit) aliqđ generabile eternũ/ poſſibile eſſet ut natura poſſibiliſ mutaretur ĩ neceſſariã naturã/ Aliter enim eſſe nõ poteſt/ niſi aut altera in alterã mutetur naturã. Aut due nature contrarie ſint in eodem. Reliquum igitur eſt/ ut ex tribuſ hiſ modiſ ſecunduſ tantum ab Ariſtotele probetur/ hoc eſt ut aliquid habenſ formaliter ex ſe neceſſum eſſe Dependeat ex deo/ non ut a cauſa efficiente/ ſed finali et perfectiſſimo entiũ omnium/ in hac ſententia nonnulli etiam moderniores doctoreſ ſunt. Tertiũ teſtẽ fidedignũ referam/ diuum Thomã Ariſtotelice

diſciplme peritiſſimum: qui in prima parte queſtione q̄drageſima q̄rta/articulo ſecundo/querenſ an materia prima ſit facta a deo? Vetereſ inq̄t philoſophi paululū ueritatiſ cognitionē attigerūt/primi enim illi rudioreſ adhuc/nulla entia niſi corpora ſenſibilia eſſe putauerūt/ponenteſq; in hiſ motum/non niſi per aliqua ac/cidentia motū conſiderarūt/Verbi gratia ſcđm raritatem/denſi/tatē/aggregationem/ſegregationem/& qum ſubſtantiam ipſam corporum incauſatam ſtatuerent/cauſaſ aliquaſ reddebant acci/dentalium mutationum/amorem/litem/intellectū/aut huiuſmōi aliquid/Tū proceſſu temporiſ diſtinguere formam ſubſtātialē= et materiam/quā ponerent incauſatā excogitarunt/& mutatōeſ in corporibuſ ſcđm formaſ eſſentialeſ percipere inceperunt/Sed earum mutationum cauſaſ uilioreſ quaſdam eſſe uoluerunt/ ut circulum obliquum/aut Ideaſ/Sed conſyderandū materiā cōtrahi per formam ad ſpeciem ſibi determinatā/ut ſubſtantia aliquoiuſ ſpeciei per accidenſ ſibi aduenienſ contrahitur ad determinatum modum eſſendi: ut homo per albū/Vtriq; igitur illi cōſiderarūt enſ particulare/uel inq̄tum hoc enſ/uel inq̄tum tale enſ: atq; ita cauſaſ agenteſ particulareſ reddiderunt/Sed ulteriuſ alii ſtudio progeſſi ſe altiuſ erexerunt ad conſiderandum enſ: qua enſ ē: atq; ita comtemplati ſunt cauſaſ rerum non ſolum qua hec aut talia ſunt/ſed etiam qua entia ſunt/Hoc igitur quod cauſa entibuſ ē= inq̄tum entiā ſunt/cauſam eſſe oportet non mō inq̄tū p formaſ accidentaleſ talia ſunt/Verum etiam ſecundum unumquodq; ad eſſe eorum pertinenſ quoquomodo/Atq; ita materiā etiā primā ſtatui cauſatā a cauſa entiū uniuerſali/Ergo ad primū dicēdū/Ariſtotelem loqui de fieri particulari/quod eſt de forma i formā/ſiue accidentalem/ſiue ſubſtantialem/Noſ autem loquimur de rebuſ ſecundū emanationē earum ab uniuerſali pricipio eſſendi/a qua quidem emanatione materia non excluditur/licet a primo modo faciendi excludatur/Sic diuuſ Thomaſ/primum ueteres philoſophoſ totam ſubſtantiam rerum naturalium incauſatā eē exiſtimaſſe/productionem tantum accidentiū ſtatuenteſ/refert/ſecundo Platonem et Ariſtotelem indicat/qui productionē par/ticularē animaduertenteſ formā ſubſtantialem produci/materiā autem primam improductā et ingenitā/utpote primū ſubiectū et cuiq; facture ſubditum exiſtimarunt/Poſtremo ad eoſ uenit/qui ulteriuſ pergenteſ conſyderauerūt enſ ſimpliciter/et materiā

quoq; a deo eſſe productam putarunt platonicos indicans q hec apertiſſime dicunt. Quod ſi teſtimoniú uel huius doctoris ſancti Ariſtoteles nó inter eos enumerandus eſt qui productioné rerú uniuerſalé et entis ſimpliciter poneret ſed inter eos q pductioné tantum particularem attigerint ſequitur prorſus ut Ariſtoteles non conſyderauerit productionem materie prime & proinde nec creationé qdem ex nihilo de platone uero quoius ná opinionis de hac re fuerit et in ſecundo dictú eſt latius et poſt hec clarius dicetur Nunc ad reſpondendum argumentis aduerſarii uenió primú dependentia celi fundat et eo ꝙ deus fecerit generationé cótinuam & ſepius dixerit idem auctor Ariſtoteles deum facere Hinc enim aduerſarius putat cauſam eſſe deum efficienté oíum rerum Ratio quam ſibi potiſſimam arbitratur et ſepius repetit: hec é. Sed q̃ leuis & pinfima ſit facile iá ex his que expoſuimus intelligi poteſt Depédere ení qđ ἐξήρτηται Ariſtoteles dixit non efficientiam aut creationem monſtrat ſed aut finem quum res unaqueq; ex ſuo dependeat fine aut ſi propriam termini ſignificationem & uſum frequentem ſequamur ſitum dicit partis fundate in altera parte ſine qua eſſe non poſſit atq; plurimum refert creari aut effici an dependere dicas ſi ſententiá Ariſtotelis ſequi uelis et uſum ſeruare uerborum quem ipſe probauerit Alimentum enim augeri & δημιουργεῖσθαι (qđ creari eſt a calore) dicit í libro de ſenſu & í corde pmo uim eé creanté ſanguiné in ſecundo de partibus animalium in quo et ſanguinem craſſiorem calidioremq; ποιητικώτερον id é efficientioré eé uiriú corporis aſſeuerat Videlicet cú cauſam efficientem aliméti ſáguinis uiriú uelit explicare At uero quum partium ſitum reſpectú & copulationem certam exponit nó effici aut creari dicit ſed depédere uelut in primo de hiſtoria animalium ex medio renum uenam dependere ſcribit & in quarto de partibus animalium omentú ex medio uentriculo dependere Non enim uel renes uenam uel uenter omentú creat ſed principium eſt ſine quo ſtare ad totius compoſitionem non poſſit ea pars que inde dependeat Vt igitur in his dependendi ratio partium copulationem ſecundarum in pmis & principalioribus fundatá ſignificat ſic í uniuerſe nature ratóe intelligendum eſt id quod duodecimo metaphyſice ſcribit celú et naturam ex principio quod deus eſt dependere et primo de celo ex euo immortali diuinoq; dependere Ceteris partim aptius

partim obſcurius eſſe & uiuere/ Nominat hãc uniuerſam naturã apertius Ariſtoteles in primo politicorum libro/ quum dicat/ In omnibus que ex pluribus ſiue continuis/ ſiue diuiſis conſiſtunt/ et unum aliquod fiunt/ inſpici imperans & imperatum: idq; ex uniuerſa natura in eſſe in ſingulis animatis/ Non itaq; deũ efficere/ aut creare putandũ/ eo ꝙ depẽdere ex illo uel naturam/ uel uitã ſcriptum eſt/ Sed ad aggregati rationem referendum/ ꝙ ueluti partium modum tum eſſentialium/ tum etiam integralium recipe poteſt/ aut certe ad finem/ quum a ſuo quodq; dependeat fine/ ut dictum eſt/ et finis/ q̃ finis eſt/ eſſe nõ poſſit efficiens cauſa/ Quod ſi aduerſarius ſignificatum dependentię/ ita intelligens ut nos exponimus/ uerbo tamen efficiendi et creandi abutitur ad eundem ſenſum/ non plus peccat q̃ ꝙ improprie loquitur/ Sed ſi quoniã cauſam eſſe deum ut mundus ſit audit/ ideo et efficere putat/ lõge aberrat/ non enĩ ꝙ cauſa ſit eſſendi/ idem ꝑptera et efficiendi ẽ/ Iã aĩa cauſa eſt ut hõ ſit/ ſed tamen non eſt que efficiat hominem/ niſi inq̃tum id efficit/ quoius forma ipſa anima eſt/ quod deo et nos ex Ariſtotelis opinione tribuimus/ ut p celũ efficiat quecũq; ab ipſo celo immediate efficiuntur/ Vnde uel alterius loci ſolutio patet/ quo libenter aduerſarius uoluitur/ Facit enim et deus/ et qdem bonitas atq; diuinitas ſemper ſecundum ſuam naturã cauſa melioris in rebus contingentibus eſt/ ut in ſecundo de generatiõe animalium dicitur/ ſed per motum celeſtem et naturam. Quum enim duplex ſit ratio cauſe efficientis/ aut enim p ſe/ aut p alterũ/ hoc ẽ/ altera unde principiũ motus ſimpliciter/ altera que forma eſt eius quod ſimpliciter moueat et efficiat/ deus non ita cauſa efficiens eſt/ ut qđ ſimpliciter moueat/ ſed ſicut id quo actu q̃cũq; iam ſubſtãs moueat et efficiat/ quo modo et animę cauſam efficientem tribuimus/ Quod enim forma hominis eſt/ qui ſimpliciter et proprie agere dicatur/ ideo que ab homĩe effectiue agantur/ hec ad formã quoq; referentes dicimus ab anima effici/ q̃q melius dici poteſt anima effici q̃ ab anima/ Teſte ariſtotele primo de aĩa/ Melius inquit fortaſſe ſit nõ aĩam dicere miſereri/ aut diſcere/ aut intelligere/ ſed hominem anima/ Atq; longe improprius dici exiſtimat/ ſiquis texere aut edificare animã refert/ Atq texendi edificandiq; principium unde motus anima eſt/ Sed quoniã ita principium efficiens eſt/ ut non ſimpliciter ſit/ ſed inq̃tum forma eſt eius quod ſimpliciter & proprie efficiens texendi edificãdi ue

eſt/ob id inepte anima dicat texere aut edificare/et lōge ĩeptiuſ
dixeriſ deum efficere celum/aut ex hiſ aliqd/ que celū ſuo motu
efficiat/iudicio Ariſtotelis/Nec enī anima efficit hominem q̄uiſ
principium ſit actiuum/nec deuſ celum/q̄uiſ non paſſiuum ſed
actiuum principium ſit/de quo ſit et ſeruetur celum atq; natura.
Quum itaq; aduerſariuſ dicit deum feciſſe et facere continuam
generationem/Idq; ad Ariſtotelem auctorem refert/diſcat/ita
deum feciſſe et facere/ſententia Ariſtotelis/ſicut anima texit/atq;
edificat/Idq; non ſolū ex ratione diſcipline Ariſtotelice colligi/
ſed uerbiſ etiam eiuſdem auctoriſ exp̄mi in libro de mundo ad
Alexandrum Regem/Quum deum dicat/genitorem omnium
que in mundo efficiuntur eſſe/nō ꝙ ipſe operator ſit/ſed quoniā
celi opera/qđ primum uirtutiſ diuine particepſ eſt/omnia faciat/
diſponat/gubernet/conſeruet/Tale eſt argumentum aduerſarii/
quo precipue fretuſ Ariſtotelem chriſtianum non dubitauerit
facere/Sed attendēdum quod adiecerit/naturam cauſam eſſe in-
ſtrumentalem/Sibi enim ipſe contradicit/quum ſuperiori tēpore
ſcribenſ ad beſaram contra Platonem demonſtrare uoluerit/ex
ſua opinione/naturam eſſe non poſſe cauſam inſtrumentalem/
rationeq; uteretur:quod inſtrumentum ſeparatur ab eo quod ꝑ
ipſum efficitur/Natura autem non ſeparatur a rebuſ quaſ efficit
naturalibuſ/ſed altera tunc noſtra reſponſione emendatuſ didicit
captiunculam ſui argumenti/& intellectum inſtrumentaliſ cauſe
ex opinione Platoniſ/quem non parum probaſſe uidet̄ quando
quod ante reprehendebat/eo nunc decorare Ariſtotelem ſtudet/
Sit igitur natura cauſa inſtrumentaliſ/Idq; Ariſtotelem uoluiſſe
concedo:quando eum nō ſolum hoc/ſed omnia Platoniſ ſui pre-
ceptoriſ placita animo coluiſſe intelligo/quāq interdum uerbo
preceptorem urget/et imperitoſ fallit/Sed quid nam/ſi natura ſit
dei inſtrumentum/fecerit ita profecto deuſ mediante natura/ut
et anima mediante corpore/Verum naturam ipſam nunquā nec
fecit nec facit. Ad ſecundum/Finiſ et efficienſ et ſi concidunt/
ſiue conueniunt in idem/ tamen quoniam deuſ nihil immediate
efficit/ut oſtenſū eſt/fruſtra ita arguit̄/et licet idem deuſ & finiſ
ſit et efficienſ/tamen quia nō per ſe/ſed per aliud efficienſ ē/nihil
hoc aduerſarium iuuat/ut deuſ ex nihilo faciat/Ad tertium/the-
ologorum noſtrorum ſunt iſta/quibuſ noſ quoq; adheremuſ/nō
Ariſtotelis/ut iam expoſitū eſt/Nam ſententia eiuſ gdē auctoriſ

nihil effectiue/niſi mediáte celo a deo agitur/Celum autem ſemp
ſubiecto preſuppoſito efficit/quicquid efficit/contra inquit/ſi per
motum et tempuſ et ſubiectum agit/eſſe actuſ puruſ non poteſt.
Immouero poteſt/nõ enim ſue puritatiſ ratiõe impoſſibile etiã
agere debet/quale iſtud eſt/ ex nihilo aliquid fieri./Quod enim
ſeparatum a materia eſt=non poſſe immediate materiam im/
mutare auctor Ariſtoteleſ ſeptimo metaphyſice eſt/quem locum
exponenſ Auerroiſ/Impoſſibile ẽ inqt ut forme ſeparate ĩmutẽt
materiam niſi corpore mediante nõ mutabili/ſcilicet=celeſti/Ad
quartum/Si omnipotentiam accipit eo mõ quo noſtri theologi/
ut deuſ facere poſſit immediate/nec repugnat fieri a deo quicqd
non implicat cõtradictionem/ Reſpondeo talem omnipotẽtiã
remotam eẽ ab Ariſtotelis opinione: quod et ceteri omneſ the/
ologi noſtri/et Scotuſ doctor inſigniſ fatetur/& rationem cur a
philoſophiſ impoſſibile uocatur/ ut deuſ ita omnipotenſ ſit/ut
immediate efficere poſſit/illam reddit/q principium neceſſarium
& omnino perfectum ad nihil immediate cõtingenter ſe habet/
Ita enim fit/inqt/ne deuſ poſſit omne poſſibile cauſare/quum hec
nouitatiſ ratio aſſignari nõ poſſit/neq; ex pte pncipii/qđ neceſſa/
rium eſt:neq; ex parte aliquoiuſ impedimenti: qñ principiú ipm
perfectiſſimum et inimpedibile eſt/Sequeret etiã ſi deuſ creare
poſſet omnem effectum ſine cauſa ſecũda/ut et facere poſſet quod
nulla cauſa ſecunda haberet propriam actionem/& eſſentiam
propriam/Quod abſurdum omnino eſt/ut comentatoriſ ſentẽtia
patet in duodecimo metaphyſice./Quoniam ſecundũ Ariſtotelẽ
preter cauſam primam=Alie quoq; ſunt neceſſarie/quin etiam ſe/
queret/ut ordo ĩ cauſiſ nõ eẽt ſimpliciter neceſſariuſ & eſſẽtialiſ/
quod negatur ab Ariſtotele ſecundo metaphyſice libro/Sic et
Scoti iudicio referri ad Ariſtotelem non poteſt=omnipotentia
eo modo/quo a noſtriſ theologiſ intelligitur/Quam obrem aut
nulla dei omnipotentia eſt/ſententia Ariſtotelis/aut ea tantum ẽ/
que in dependentia mundi ex prima cauſa et in conſeruatione
rerum cunctarum appareat/Cõtra inquit./Deuſ eſt actuſ puruſ/
ergo habet potentiam infinitam intenſiue: & proinde omnipo/
tentiam/Reſpondeo non ſequi iſtud/ quando nec uſpiam ab
Ariſtotele ſcriptum legimuſ deum eſſe uirtutiſ infinite intenſiue:
et licet ſit actuſ puruſ/tamen nõ propterea ita eſſe omnipotenſ
poſſit/ut aliquid ex nihilo faciat/Quod enim ſeparatũ a materia

x. III. C. XX.

eſt/materiam immutare nõ poteſt/qua ratione uſus Ariſtoteles eſt contra Platonis ideas ſeptimo metaphyſice. Nullam igit͛ rem factibilem attingere poſſit/niſi per motũ celeſtem/Cõtra inqt/ debuit ita manifeſtari omnipotentia dei/Hoc enĩ qntum erat argumentũ/At nõ ita mãifeſtari debuit/ſed potius in dependẽtia celi ex prima cauſa/& in cõſeruatiõe cunctaꝝ rerũ/qñ ĩpoſſibile ẽ etiã deo ipſi/ut qcq̃ ex nihilo fiat/Ad ſextũ/Dari qdẽ primam cauſã efficientẽ in ordine cauſarũ efficientiũ/concedo/ſed quod preterea adicit cauſã illam efficientem primã nihil pſupponere/ nego/et ad rationem/ꝙ ſi preſupponeret/nõ eẽt pma ſimpliciter/ falſum id eẽ reſpõdeo/quũ non dicat͛ prima ſimpliciter/qa nihil preſupponat/Id enim impoſſibile ẽ/ſed qa non in uirtute prioris cauſe efficientis ipſa efficiat/& p pmũ motũ agat uniuerſalẽ/Sic enim ab Ariſtotele cauſa efficiens diffinit͛:ut hoc ſit uñ prĩcipiũ motus. Subiectũ aũt motui eſſe neceſſe ẽ. Ad ſeptimũ. Nõ quia deus agens potẽtius ceteris agẽtibus ẽ:ideo ex nihilo poſſit agere. Nõ enĩ ita a natura deus diſtinguit͛:ut ſubiectũ qđ ſibi preſup/ponit natura:ille nõ pſupponat. Quod enĩ impoſſibile eſt:ratio diuini agentis nõ recipit. Sed qa qđ natura facit ut inſtrumẽtũ & miniſtra: id a deo efficitur:ut auctore:agẽteq; principali. Ideo potẽtius agẽs & nobilius illud ẽ. Hic enĩ agẽdi modus et dignior eſt: & pfectiõis diuĩe ſignificãtior. Quã ob rẽ opus nature opus eẽ intelligentie Auerrois ait. Similitudo itaq; quã aduerſarius ab agẽtibus inferioribus ſumit: nõ admittenda ẽ. quũ deus nõ agat in uirtute prioris agẽtis: ſatiſq; ad eius preſtantiam ſit:ut primum principaleq; enumeret͛. Ad ultimũ. Cõceditur:remota dei uolũ/tate mundũ poſſe reuerti in nihilum:ſed negat͛ ſequi propterea: ut ex nihilo creet͛. Multa.n.uel ex materia creata ſiue generata: reuerti in nihilũ poſſunt: remota dei uolũtate ut ſingula aĩalia ſigule plãte & reliq̃ generis eiuſdẽ. Sed tñ nemo ob id negauerit hec eſſe ex materia facta. Nempe dato uno abſurdo cetera con/ſequunt͛. qđ ſi dei uolũtas remoueat͛:quod impoſſibile eſt: nulli dubiũ eſt:qn mũdus in nihilũ reuertat͛:ſed hoc non ideo euenit: qa ex nihilo creatus ẽ:ſed qa cauſa remouet͛:que cũcta ingenita ab eterno conſeruat. Refugit etiã aduerſarius ad obſcuriora: ut ſuus lateat error: aitq; Ariſtotelẽ non apte:ſed occulte ſcripſiſſe de hac ex nihilo pductiõe. qđ quũ dicat. fatet͛ quodãmodo nihil ſe habere:quod certo referat. Nos uero & diui Thome iudicium

ſeqmur: q Ariſtotelē ſcribit attigiſſe ꝓductionē entiū ꝑticulariū non uniuerſalē. & Platonē eiuſdē etatiſ autorē uidemuſ auſū dicere apte talē mūdi ꝓductionē. Quod ſi ille ita loquutuſ eſt: nē Ariſtotelē qdem tacere aut ꝑobſcure inſerere ſuiſ ſcriptiſ uoluiſſe arbitramur: ſi ita ſentiret. Falſo igitur ad Ariſtotelē aduerſariuſ refert creatōnē: quā neq; ut Auicēna ab eterno: neq; ut theologi noſtri de nouo ille opinatuſ ē. ¶ Nititur preterea altera argumentorū colluuiōe ꝓbare Ariſtotelē arbitratū ꝓduci & depēdere mūdū ex ꝑma cauſa nō natura: aut ulla neceſſitate: ſed libera dei ipſiuſ uolūtate: qđ ratiōibuſ biſ demonſtrare conatur: q̄ſ & ipſaſ redactaſ a me ī formā: & cōgruā loquutōnē intelligi uolo. Nā ut ipſe expoſuit: non caput: non peſ: ut aiunt: apparet. Oīe qđ ab aliquo naturaliter dependet: aut dependet ut parſ a toto: aut ut proprium accidenſ a ſuo ſubiecto: ſed mūduſ non dependet a deo: ut parſ a toto. quū enī deuſ ſit actuſ puruſ. partē nō babet. nec ut ꝓpriū accidēſ a ſuo ſubiecto: qa cognitio proprii accidētiſ cōfert ad cognitionē qditatiſ ſubiecti. ꝑ mundū aūt cognoſcere dei qditatē nō poſſumuſ. Adde ꝙ nulle ſunt oppoſitiōeſ: que nō poſſūt cōuenire æque ſubſtātie et ꝓprio naturaliter a ſubſtātia ꝓfluēti: ſiue ſubſtātia ſiue accidēſ ē. Nō ē. n. poſſibile ut ſubiectū eternū ſit: ꝓpriū autē tꝑale: aut ut alterū corruptibile: alterum incorruptibile ſit. Nā ſi ꝓpriū corruptibile ē: ſubiectū quoq; corruptibile eſt. queādmodum ſi igniſ eſt corruptibiliſ: et calor eiuſ corruptibiliſ ē. Quod ſi eternitaſ & immutabilitaſ deo cōueniāt: que nō cōueniāt mūdo: ſeqꝛ ne mūduſ naturaliter a deo emanet. qđ ſi oīſ inqt depēdētia naturaliſ ſit: aut ꝑtiſ a toto: aut ꝓprii accidētiſ a ſubiecto. & tñ neutra mūdo attribui poſſit ꝑ relationē ad deū: ſeqꝛ mūdū nullo mō a deo naturaliter depēdere. & cū ꝑter depēdentiā naturalē ſit alterā q̄ depēdeat qppiā ex uolūtate. ſeqꝛ ſi mūduſ nō naturaliter ex deo depēdet: ut ex libera eiuſ uoluntate depēdeat. Itē demōſtratū iā inqt a nobiſ eſt: deū ex nihilo facere. Quod ſi ex nihilo deuſ mundū ꝓduxit atq; ex ſe dependentē babet. ſeqꝛ ut libere ab eiuſ uolūtate mūduſ ipē depēdeat. Itē ꝓpriū accidēſ ꝑfectio ſubſtātie ē: At mūduſ nullā deo affert ꝑfectionē. ergo munduſ nō naturaliter a deo depēdet: ut ꝓpriū accidēſ a ſubiecto. Itē Ariſtoteleſ ſecūdo phyſicorū repꝛbēdit eoſ q cū plātaſ & aīalia dicerēt nō fortuito facta: ſed aut natura: aut intellectu: Tñ neutrā barum cauſaꝝ motui corporum celeſtium

·183·

·III· C· XXI·

tribuerūt.ex quo loco ſic argumimuſ. Corpa celeſtia cauſā aliquā
hñt:a q̄ motuſ eoꝝ ordinate pcedat neceſſe ē:ſed cū due cauſe ille
ſint natura:& intellectuſ.natura aūt cauſa eē nō poſſit rebuſſup
naturā ſubſtātibuſ:intelectū eē prīcipiū celi neceſſe ē. Igitur ab
intellectu celū depēdet:ut a cauſa pmi pncipii:& pinde ab eiuſ
uolūtate. Vbi enī intellectuſ:ibi & uolūtaſ ē:idemq; ītellectuſ et
uoluntaſ in primo eſt.qđ ſi ab eiuſ uolūtate depēdet:nō natura:
ſed libera uolūtate mūdū pduci & cōſeruari a deo:auctore Ariſ/
totele conſtat. Itē ſecūdo de generatōe ſcriptū ab Ariſtotele eſt:
motū eē factū a deo perpetuū propter generationē cōtinuam:
uidelicet eiuſ gratia finiſ ut generatio cōtinuaret̄. At qđ factum
ab aliquo ē & ad finē? Id a uolūtate agētiſ aut dirigētiſ actionē
agētiſ factū ē. Ergo celū & ei9 motuſ a dei uolūtate & fit & de/
pēdet. Hiſ ratōibuſ philoſophuſ hic noſter noui peripati auctor
mundū pducit a libera dei uolūtate. Sed qd de hoc peripatetico
dicā? q cū ſe ex opinióe & libriſ Ariſtoteliſ differere fateat̄:nulliſ
ariſtoteliſ uerbiſ utit̄:nullo dicēdi mō illiuſ philoſophi agit:pſertī
eo loco:ubi uiſ tota argumētatōiſ cōſiſtit. Sed liberā uolūtatē
eē in deo dicit:unde mūduſ pcreet̄:& pducat̄:ubi.n. Ariſtoteleſ
uſuſ līgua ſua hiſ uerbiſ ē? Velim ipſe aduerſariuſ dicat qd libera
uolūtaſ apud Ariſtotelē ſit:& queadmodū grece dicat̄. Vt an id
eē in deo poſſit iudicio Ariſtoteliſ uideamuſ. Nā uolūtatem ille
ſecūdo de aīa appetitū eē apte fatet̄. Quid ſi in deo uoluntaſ ſit:
appetitū quoq; ī eo eē neceſſe ē.& quū appetituſ uirtuſq; appe/
tēdi moueat:cū ipa moueat̄:ut in libro de motu aīaliū dicitur:
primū inqt nō motū mouet:appetituſ autē & appetitiuū motū
mouet:& cā ultima eſt:ut qđ appetit moueat̄. Atq; etiā in tertio
de aīa:q̄ appetitiuū aīal ē:eo ſui motiuū eē:nec appetitiuum eē
ſine phantaſia poſſe ſcriptū ſit. Quū inq̄ hec ita apud Ariſtotelē
legamuſ? ſeqt̄ ut deuſ q nō motuſ mouet moueat̄: & phantaſiā
habeat:& plura alia abſurda ex diffinitōe uolūtatiſ & appetituſ
recipiat. Itē qđ libere qſ uelit? cōtingēter id uelit:auctore eodē
philoſopho. Cōtingenſ aūt ut eē poteſt.ſic & non eſſe pōt. Itaq;
ſeqtur:ut ſi deuſ cōtingēter uult.& pducit:poſſit & non uelle:et
nō producere:proindeq; munduſ poſſit nō eē.quod remotū ab
Ariſtoteliſ opinióe ē. Nā quod noſtriſ theologiſ placet:ut deuſ
īmutabiliter uelit qcqd ab eterno uoluerit:nō tollit qn poſſibile
ſit mundum non fuiſſe. Sed id quoq; ab hiſ admittitur. At uero

Ariſtoteleſ pati nó pőt: qn mũduſ fuerit ſemꝑ: & futuruſ ſit ſẽꝑ: & ut nullo fine: ſic nullo principio deſcribi debeat. Quam ob rem ueriuſ ſeqt̃ opinióe qdẽ eiuſ philoſophi: ut naturaliter & neceſſario mũduſ ex deo depẽdeat: ſi corrũpi nó poteſt: q̃ corrũpi non poſſe: ſi contingenter a libera uoluntate ꝓducat̃. Cótingenſ etiã eẽ in deo ſequit̃: cũ libera ipſa uolũtaſ de cótingentibuſ ſit: nam ſi libere deuſ ꝓduxit: poterat etiã nó producere. ideo. n. libere agi dicit̃: qd ĩ poteſtate agẽtiſ ẽ: ita nó agere ut agere. ergo p̃ceſſerat deuſ mũdũ ſua duratione nihil mouẽſ: ſed in potẽtia ſubſtanſ ad mouendũ: qd̃ arguit eũ nó eſſe actũ purꝫ: ut in. xii. metaphyſice patet: ordo p̃terea cauſaꝫ eſſentialiſ tollit̃: qñ cótingẽter ex deo mũduſ depẽdet. qd̃ ab Ariſtotele improbat̃: ubi ordinẽ cauſarũ ſecũdaꝫ eſſentialẽ eẽ demõſtrat. Vnde & Scotuſ doctor illuſtriſ negat admitti a philoſophiſ omnipotentiã dei: rationẽq; affert: qd̃ ꝓ prĩcipio potiſſimo apud philoſophoſ ẽ prĩcipiũ neceſſariũ: & oĩno pfectũ nullã ad rẽ immediate cótigẽter ſe poſſe habere: cũ nulla reddi ratio nouitatiſ ac cótingẽe poſſit ĩ p̃ncipiato ĩmediate a tali p̃ncipio. q enĩ inqt aliter ſe habere poſſit hoc p̃ncipiũ qd̃ oĩno neceſſariũ ẽ: ſempq; uniforme: aut a quo tãdẽ impediat̃: qd̃ pfectiſſimũ & potiſſimũ ẽ. Non igit̃ deuſ effectũ omnẽ cauſare ĩmediate hoc ẽ ſine ſecũda cauſa pőt. ordo nãq; cauſatorum ĩ cauſiſ ẽ neceſſariuſ et eſſẽtialiſ: p̃terq; deũ: alia quoq; neceſſaria ſunt ſentẽtia Ariſtoteliſ. Que ſi uere ab hoc tãto doctore dicunt̃: mentit̃ certe: q Ariſtotelẽ dicat ita ſenſiſſe: ut mũduſ a libera dei uolũtate depẽderet cũ naturaliter & neceſſario depẽdere cóſtet. Querit etiã idẽ doctor diſtinctióe octaua: queſtione qnta. An deuſ ſit immutabiliſ: ubi cócludenſ: Ariſtoteleſ inqt et Auicenna ſtatuerũt deũ neceſſario ſe habere ad oĩa exteriora: quo ſeqtur: ut cetera oĩa neceſſario ſe habeant ad deũ: ſiue ĩmediate referãt̃ ad eũ ſiue mediãte motu: q ex uniformitate ĩ toto ponat difformitatẽ ĩ ptibuſ mobiliſ: & mediãte mobili generabilia & corruptibilia difformiter referãt̃ ad eũ. Quod ſi qſ Ariſtoteliſ fũdamẽtũ hoc ſeruãſ deũ neceſſario creare: uel eẽ cauſã neceſſariã dicit: nó uidetur cótradicere ſibi: ſtatuenſ cauſatũ neceſſarium: ut quinto metaphyſice edocet. Adiicit idem auctor eodẽ in loco rationeſ philoſophoꝫ: qbuſ ꝓbat deũ agere ex nature neceſſitate: quaꝫ prima hec ẽ. pfectior cauſãdi moduſ attribuenduſ cauſe prime ẽ. Sed cauſare neceſſario perfectior moduſ q̃ cótingenter eſt: quũ

neceſſarium ſit nobilius q̃ cõtingens. Ergo p̃ma cauſa neceſſario cauſat. Secũda ratio ẽ ꝙ in quo agẽte idem ẽ eẽ & agere. Si eſſe ẽ neceſſariũ: & agere neceſſariũ eſt: ſed in deo idem ẽ eẽ & agere: ergo ſi dei eẽ eſt neceſſariũ: & agere neceſſariũ ẽ. Deus igit̃ neceſſario cauſat: nõ libere: aut cõtingẽter. Tertia. ꝙ ſũmo enti nihil ꝑ accidens cõpetere põt: quũ ens ꝑ accidens impfectionẽ dicat. Agere aũt cõtingenter ẽ agere ꝑ accidens. ergo attribui deo nõ poteſt. Hec Scotus. Enix uero candauenſis auctor & hic clarus philoſophi inqt. Statuũt deum eẽ cauſã creature nõ uoluntatis diſpoſitiõe: ſed nature neceſſitate: ut Ambroſius primo hexameri refert. Idẽ mox: ſentẽtia philoſophorũ de mũdi eternitate ẽ: ne mundus habeat nõ eẽ ex ſua natura: ſed tm̃ ꝑ intellectũ. & ĩpoſſibile ſit ne fuerit: & aliqñ poſſit nõ eẽ. unde principiũ apud eos ẽ nõ poſſe mundũ non eẽ: aut nõ fuiſſe: qm̃ deus nec potuerit non dare eẽ: nec põt auferre. qñ ſola nature neceſſitate mundus habet eẽ a deo: aut uolũtate immutabilitatis cõiuncta neceſſitate non libera ad dandũ & nõ dandũ. Ita ab his doctiſſimis uiris de rationibus potiſſimis philoſophoꝝ exponit̃ Ariſtotelẽ & Auicennam cõuenire: ut deus agat ex nature neceſſitate: nec libere ut aduerſarius putat: ne ſequat̃: ut cõtingẽter agat: qđ dicit impfectionẽ. Albertus uero magnus in octauo phyſicorum tractatu primo. Peripatetici inqt & Ariſtoteles ipſe mundũ ꝓcedere a p̃ma cauſa ꝑ modũ neceſſitatis dixere. Volũt enĩ ut notũ per ſe ſit ab uno principio non niſi unũ ꝓcedere: atq; ita a prima cauſa procedere intelligẽtiã: que ſit ſcđm nature ordinẽ tm̃ primũ. licet. n. primũ ſecũdum rationem reſolutiõis ſit eẽ: tñ in his que ſimpliciter ſunt ſĩpliciꝰ & potẽtius intelligẽtia ſiue ſubſtãtia intellectualis ẽ: que qm̃ ſe intelligit & ſuo intellectu in ſe ipſa reflectitur cõpoſita eſt aliquo mõ cõpoſitõis: q determinãdus hoc loco nõ ẽ. quo fit ut intelligẽtia ſit qddã per modũ actus: & qddã ꝑ modũ potentie. Atq; ex parte ipſius potẽtie: qddã a p̃ma cauſa primaq; ĩtelligẽtia procedit tm̃ primũ corporeũ: qđ celum ẽ uniforme. Ex p̃te aũt actus ꝓcedit ſecũda ſiue ordinis ſecũdi intelligẽtia: a q̃ & prima cauſa cũ prima intelligẽtia ꝓcedit ĩtelligẽtia ordinis tertii celũq; eius: atq; ita ꝓceſſus agit̃ multiplicatis ſubinde principiis ꝑ omnem celorũ diuerſitatẽ. Quod. n. diſtantia alterius celi ab altero nihil faciat ad diuerſitatẽ reliquoꝝ celorũ: ut ĩ elementis fit: ꝓpterea rẽ totã ad intelligẽtiaꝝ diuerſitatẽ referũt. Ita & Albertus cõtra

aduerſariū de Ariſtotele loqꝫ. Quod ſi admittimus Ariſtotelem ita ſenſiſſe ut mūdus a deo ceu cauſa efficiēte productus fuerit ab eterno: q̄ opinióe Scotus ē: Reſpōdere cū ipſo poſſumus mundū neceſſario ab eterno ꝓductū. Atq; ita ex fūdamētis tū Ariſtotelis tū Auicēne deducere differentiā agētis naturalis ut bifariam ſit. Aut enī ꝑfectū: aut qđ ꝑficiatꝫ eo qđ producitꝫ. Quod qdem nō propter ſe tanq̄ finē agit: ſed ꝓpter aliud: quo ut fine ꝑficiatur. Alterū aūt agens naturale ē perfectū qđ liberaliter agat: id eſt nō exſpectans ꝑfectionē a ꝓducto: idq; ꝓcedit īperfectū illud: cū ſemꝑ imꝑfectū preſupponat perfectū eodē in genere. quod ſi cauſalitas effectiua deo attribuatꝫ. hoc agens dicā ex Ariſtotelis opinióe eē deū: qppe cū dei natura ſit bonū atq; munificū. Ita. n. īclinetꝫ ad mūdū ꝓducendū tāq̄ effectū coeuū & ſibi cōnaturalē. itaq; ꝓductio hec naturalis nullā in deo acqri ꝑfectionē oñdit: ſed tm̄ naturā diuinā eē liberalē benignāq;: q̄ ad id faciendū na/turaliter inclinetꝫ. ſcilicet nō eius qđ ꝓducitꝫ ueluti finis cauſa: ſed ſui cauſa bonitatis. Ita cōſtat mētiri aduerſariū: cū ad Ariſtotelē auctorē referat deū libere cōtigēterq; mūdū ꝓducere & ſeruare.

Ad argumētū primū quū qđ naturaliter dependeat dicit de/pendere ut uel ꝑtē a toto: uel proprium accidēs a ſuo ſubiecto: dicimus non argui ex ſufficiente diuiſione: nam preter illos duos dependendi modos: tertius eſt ꝑ effectū ꝓpriū et adequatū cauſe naturalis: ut motus celi dependet ab intelligētiis: que naturaliter mouent: dependet itaq; mundus ex deo ut proprius effectus et adequatus: q naturaliter ꝓducatꝫ. Aut ſi hoc minus: tñ certe con/ſeruatꝫ. Sed q̄uis aduerſarius ꝑ ignorātiā tertiū diuiſionis mēbrū pretermiſerit: tñ damus ei dictū: qđ pretermiſſū ē. & ītelligatꝫ: aut ꝑ proprium et adequatū effectū naturaliter profluentē a cauſa naturali. Rñdemus uero mundū eē propriū uel productum uel cōſeruatū: et quū nullas eſſe oppoſitióes dicit que nō poſſint cō/uenire eque ſubſtātie et eius proprio. Falſū id eē reſpōdeo. ꝓpriū enī quod ſit accidens: inheret: & tñ ſubſtātia nō inheret. ſic ergo & mūdus qđ propriū uel productum uel cōſeruatum a deo dixi depēdet: q̄q deus a nullo depēdeat: nec uero ſeqꝫ ut ſi que oppo/ſitióes cōuenire nō poſſūt. pariter ſubiecto & eius ꝓprio: ut una ex his ſit oppoſitio illa eterni & tꝑalis. Fieri. n. poteſt ut alterum oppoſitoꝝ: cauſa: alterū effectus ſibi ꝓpriū habeat. Quā ob rē nō ſequitꝫ. ne mūdus ſit proprius effectus naturalis dei eterni: ſi ipſe ē

temporaliſ. Immo uero oppoſitũ ſeq̃t: ut qm̃ munduſ nõ ſit deo eq̃liſ: ſi deo attribuit̃ eternitaſ & immutabilitaſ mundo oppoſita attribuant̃: cũ longiuſ a deo deficiat: nec deum adequare poſſit. Reſponſũ uel ex uniuerſe nature ratõe dari põt: ut munduſ dependeat a deo tanq̃ parſ uniuerſe nature ab altera eiuſdẽ nature parte: que principalior ẽ: et ad rationẽ dicimuſ deũ per reſpectũ ad uniuerſũ hoc ẽ aggregatũ ex motore & mobili aut depẽdente et depenſore p modũ partiſ intelligi ſuo modo & genere: q̃q ſuo ſimplicior eẽ actuſ ẽ puruſ. Ad ſecundum: quod ex eo deducit: qđ ſe demonſtraſſe dicit. ut deuſ ex nihilo faceret. Reſpondemuſ qđ ſepiuſ dictũ eſt iã: nõ eẽ ex Ariſtotelis opinione: ut deuſ ex nihilo qcq̃ faciat: nec ſeq: ut ſi mũduſ nõ dependet ex deo: Sicut uel reſ artifica ex arte: uel naturaliſ ex natura: nõ naturaliter ex eo depẽdeat: ut declaratũ ſuperiuſ ẽ. Reſpõdere etiã ex opiniõe Auicenne licet: ut & ſi ab eterno mũduſ creatuſ ex nihilo ẽ. tamẽ naturaliter ex deo depẽdeat: nec ſeq̃t qđ infert: ut ſi ex deo naturaliter depẽdet: ex aliquo inſito naturaliq; ĩferiori deuſ mũdũ produxerit. moduſ.n. iſte agendi naturaliũ impfectoꝝ agẽtiũ ẽ: nõ illiuſ perfectiſſimi naturaliſ agentiſ qđ deuſ ẽ. Ad tertiũ: quidã reſpondẽt: nõ om̃e agenſ naturaliter pfici ſuo effectu: aut eo ꝙ ex ſe depẽdeat. Sed hoc de agẽte ĩpfecto naturali tm̃ dici: nã pfectiſſimum illud agenſ naturale: qđ deuſ ẽ: nõ pfici ſuo uel effectu uel dependente: ut dictũ eſt. Sed noſ poſito ut deuſ agat efficiendo & ꝑducendo: dicimuſ etiã eũ q̃ ita agenſ eſt: ſua ipſum pfici actiõe: hoc ẽ ſeipſum pfectiſſimum ſemp eẽ: & q̃ ſibi ãnexũ dependentẽq; habet mundũ: nõ nouo perfici: ſed ſemp eẽ pfectũ: qm̃ & ſemp habeat ſibi depẽdentẽ nec id ĩcõueniens ẽ: ut deuſ ſua perfectuſ ſit actõe. ĩmo uero attribuẽdũ neceſſario ẽ: cũ imperfectuſ ſit: niſi agat: que ſua maieſtate ſunt digna. Ad quartum. Intellectũ diuinũ eẽ fateor: ex quo mũduſ depẽdeat: quẽ intellectũ ſi libet & uolũtatẽ & naturã diuinã uocare nõ recuſo. Sed hic intellectuſ ꝑncipiũ apud Ariſtotelẽ eſt cõſeruanſ et mouenſ id qđ ex ſe naturaliter depẽdet. Intellectuſ ĩgt idem qđ uolũtaſ in deo ẽ. Quod ſi mũduſ ex ĩtellectu depẽdet: ex uolũtate quoq; depẽdeat neceſſe ẽ. Rñdeo cõceſſũ iã eẽ mundũ ex dei uolũtate depẽdere: uerũ id nõ facit: ne naturaliter depẽdeat. ũolũtaſ enĩ finẽ naturaliter appetit. Diuuſ etiã Thomaſ concedit ſpiritũ ſcm̃ produci p modũ uolũtatiſ: & tñ nõ libere ſed naturaliter ꝑduci.

Ad qntum. Non ſeqtur: ſi qd factũ ad aliquẽ finẽ eſt: ut idem & ex uolũtate tm̃ nec naturaliter factũ ſit. Deuſ.n. ut naturaliter ſeſe uult: ſic & mundi conſeruationem naturaliter uult ꝑpter ſe ipſe. Ad ultimũ quoq; pari ratiõe reſpõdemuſ. Nã ſi uoluntaſ diuina remoueatᷣ a mundo: nemini dubiũ ẽ: qn munduſ ĩ nihilũ conuertatᷣ. Sed ut cõſequenſ iſtud impoſſibile ẽ: ita & antecedenſ. uidelicet ut deuſ ſuam uolũtatem a mũdo remoueat: qñ id natu/raliter & neceſſario uult. qppe q naturaliter ſuã uult bonitatem quã naturaliter ſeqtᷣ mundi uel ꝑductio uel cõſeruatio. Concedo igitᷣ uolũtatẽ diuinã eẽ principiũ mundi. Sed quod ſepiuſ dictũ iã ẽ: uolũtaſ dei naturaliter mundũ uult ſiue ſtatuit per quandã. comitãtiã naturalẽ: eaq; ipa dei uolũtate exultat mũdi ꝑductio aut conſeruatio. Ratio reſpõdendi ad hec eadem argumẽta uel a nature differẽtia accipi põt. Nã ut dictũ iã ẽ. Duplex nature ratio ĩtelligitᷣ: Altera uniuerſaliſ: Altera ꝑticulariſ. quã & ſecũdã & inferiorem & tꝑalẽ dici nõ dedecet. Sunt q alterã naturãtem: alterã naturatã uocent. Alii aliter noĩant. Eodemq; ꝑtinere uel illud uidetur: quod cauſaꝝ eſſencialẽ ordinẽ dicimuſ. Nõ referat quo nã noĩe appelletᷣ: qñ nomina ex ĩſtituto aut facta ſint: aut facimuſ. Appellet unuſquiſq; ut libet modo de re cõueniat. Mihi uniuerſalẽ uocare placuit: ꝙ Ariſtoteleſ deũ cõpleuiſſe totũ ſiue uniuerſũ faciẽdo generationẽ cõtinuã dixerit ꝑpterea ꝙ natura om̃ibuſ ſemper quod meliuſ ſit appetit. Nature.n. uniuerſaliſ in/tentionem hiſ uerbiſ ſignificat. quoiuſ cauſa conſulenſ deuſ parti deficienti ſuppleuit eo quo fieri poterat mõ effecitq; ut ſpecieſ ſeruarentᷣ neqd rerũ uniuerſitati deeſſet. que quũ ita ſint quum aduerſariuſ mũdũ ꝑduci aut ſeruari a dei libera uolũtate dicit: ita ne nature illiuſ neceſſitatẽ intelligat: Errat. neceſſaria enĩ nature ratiõe ꝑducitᷣ: nõ ἐκ προαιρέσεως: quod liberã uolũtatẽ dicit. Sic enĩ hoc utitᷣ uerbo Ariſtoteleſ: ut primo politicorũ conſtat. Cõiungi inqt marẽ cũ feĩa neceſſe ẽ: idq; non ἐκ προαιρέσεως: ſed ſicut in ceteriſ tũ aĩalibuſ tũ plantiſ naturale ẽ appetere tale relinquere alterũ: quale ipſũ quodq; ẽ. Naturaliter igitur & ne/ceſſario ꝑducitᷣ & ſeruatᷣ. Verũ nõ nature ꝑticulariſ neceſſitate ſed uniuerſaliſ: quoiuſ cauſa deuſ agit nequid deſit ex hiſ: quibuſ uniuerſũ cõſumatᷣ. Deũ enĩ eẽ: & mũdũ aut aliquã partẽ mundi neceſſariã nõ eẽ: ratio uniuerſaliſ nature nõ patitᷣ. Quam ob rem ſimul fuerũt mũduſ et deuſ: & erũt ſimul ſemꝑ iudicio Ariſtoteliſ:

q̃q fideſ et uera religio ita uult: ut libere oĩno mũduſ productuſ a deo fuerit. nullaq; neceſſitate id factũ aut inclinatiõe naturali auctore diuo Paulo: q ſcribenſ ad epheſioſ. operat oĩa inqt ſcd̃m propoſitũ uolũtatiſ ſue. Hec ubi ita ꝓbauerit aduerſariuſ q̃ſi iam indubie demonſtratũ eſſet Ariſtotelẽ ꝑduxiſſe mũdũ ex nihilo: Platonem inuadit crimine: ꝙ ille materiã dixerit: coeternã deo & in improductã. Additq; ad huiuſ ſententie reprehẽſionẽ: ꝙ ita deuſ nihil pluſ poſſet q̃ opifex q ex materia facit: & ꝙ materia ſine loco: tpe: forma: ab eterno fuiſſet. Quod non cõueniret: nec per ſe nec ꝑ accidẽſ. & ꝙ deuſ eẽt materia prima: qum deuſ nõ ſit in loco. nec ꝑ ſe: nec ꝑ accidenſ: & duo eſſent principia: quorum neutrũ ſub altero eẽt: & alterũ ſũmum bonũ eẽt: alterũ ſummum malũ. Proinde Platonem poſuiſſe dicit deoſ duoſ primoſ: Alterũ fontẽ lucíſ & uite: alterũ tenebrarũ & mortiſ. Sed materiã nõ eẽ a deo ꝓductã ex Ariſtotelis opiniõe oſtenſũ iã ẽ. Platonẽ uero ita creari materiã ut & cõpoſitũ: qđ ex materia ẽ uoluiſſe: ſatiſ libro ſuperiore expoſui: & nũc ea que a diuo Thoma dicũtur de Platone ĩ exponẽdo ope diui Dionyſii de diuiniſ nõibuſ refero: ut aduerſarii ĩperitia: teſte tãto uiro: ſit notior. Cõſyderandũ eſt inqt: emẽdatũ eẽ a Platone errorẽ ueterũ auctorũ: q non diſtin/guere materiam a forma potuerant in rebuſ generabilibuſ et corruptibilibuſ. Satuerũt. n. materiã ꝑmã eẽ aliqđ corpuſ ĩ actu: ut ignẽ: aut aerẽ: aut aliquid tale. Plato autem forme corporali ſubeſſe materiã aĩaduertit: que ĩ ſui eſſentia nullã ſpeciẽ haberet. Sed tm̃ eẽt materia. Eãdemq; a ꝑuatiõe nõ diſtinxit: ut ab Ariſ/totele in ꝑmo phyſicoꝝ libro ſcriptũ eſt. Quã ob rẽ tã ipe q̃ eiuſ cõſectoreſ materiã appellarũt: nõ enſ ꝑpter ꝑuationẽ adiunctã quo mõ loquẽdi Dionyſiuſ etiã utit: q̃q ſcd̃m Ariſtotelẽ neceſ/ſariũ ẽ materiã a ꝑuatiõe diſtĩgui. qm̃ interdũ ſub forma: ĩterdũ ſub priuatione reperiat. Itaq; priuatio adiũgit ei ꝑ accidẽſ. Itẽ conſyderãdũ ſcd̃m platonicoſ auctoreſ: quo altior cauſa aliq̃ eſt: eo ad plura ſe extẽdere eiuſ cauſalitatẽ. Vnde quod primũ ſub/iectũ in effectibuſ ẽ materiã dico primã: hoc eẽ oportet effectũ ꝑme nature ſoliuſ: que bonũ ẽ. omniſ aũt effectuſ cõuertitur ad ſuã cauſã ꝑ deſyderium: unde materia prima deſyderat bonũ: qđ deſyderium magiſ naturale ineẽ uidet q̃ priuatio & ordo eiuſ ad actũ. Ergo Plato et eiuſ conſectoreſ nõ materiã prefuiſſe: ex q̃ deuſ mũdum crearet: putarũt. nec duoſ primoſ ſtatuerũt deoſ: ut

aduerſariuſ calũniat̃: ſed argumẽta quoq; ipſa nullã habere uim qſ nõ uideat? Nõ. n. ſequit̃ ne deuſ pſtãtior opifice ſit: qa uterq; ex materia faciat. Nã deuſ formarũ ſubſtantialium auctor eſt: opifex uero accidẽtaliũ. Quid uero ſequat̃ ut materia ab eterno fuerit ſine forma. aut materia prima ſit deuſ. Nec enim Plato ex materia preſuppoſita mũdũ creatũ ſcribit. Sed uia rationeq; ge/ neratõiſ precedere materiã intelligenſ: docendi gratia ex materia creatũ dicit. & deo nõ cõuenit locuſ: neq; tempuſ ppter ĩfinitatẽ actiuitatiſ. Materie aũt hec determinata nõ conueniũt propter paſſibilitatiſ indeterminationem. Eſt enim pura potẽtia paſſiua indeterminate hñſ ad oĩa. Ita aduerſariuſ pre ſua ignoratõe: et falſa proponit: & ĩepte argumẽtat̃: Hec ĩ aduerſariũ potiuſ: q ſeſe ex opinionũ Ariſtoteliſ fonte iſta hauſiſſe profitet̃. q̃ in ipm Ariſtotelẽ diſputata uolumuſ: Nã quod ad hunc philoſophum ſpectat: nõ admodũ difficile nobiſ foret: pluribuſ ac certioribuſ ſcriptoꝝ ſuoꝝ teſtimoniiſ oñdere eũ a preceptoriſ ſui ſententia de eterna mũdi procreatiõe non diſceſſiſſe: quã rem a nõnulliſ cum theologorũ tũ philoſophorum factitatã fuiſſe nõ ignoramuſ: Nec certe minuſ ſtudioſe amplectimur Ariſtotelẽ huiuſ opiniõiſ auctorẽ: q̃ Platonẽ ipſũ cũ fidei noſtre ueritate: q̃tũ gẽtilitatiſ ratio pati potuit: cõſentientẽ in pductiõe uniuerſi ex uno pmo ſimpliciſſimoq; principio: q̃uiſ nõ tpaliter: neq; libere: ſiue con/ tingenter: ut religio noſtra docet: qđ diuuſ quoq; Thomaſ in iiſ queſtionibuſ: q̃ſ de potẽtia diuĩa grauiter & appoſite diſputauit: plane confirmat: utrũq; philoſophũ dicenſ: in mũdi creatiõe ab eterno inter ſe cõſentire. Tũ capitulo ſuo ſeptimo & uſq; ad de/ cimũſextũ agit de aĩa. & pmũ Platonẽ dicit nihil noui diſſeruiſſe de ĩmortalitate animorum: ſed que a poetiſ acceperat retuliſſe: et uehiculo ſuſtentari corporeo animũ uoluiſſe: quod poete umbre nomine appellauerũt. Sed quibuſnam & quot rationibuſ Plato aĩam eſſe immortalẽ oñderit: ſatiſ me libro ſuperiore expoſuiſſe arbitror. Ceterũ aduerſariuſ cõuitio magiſ q̃ iudicio motuſ diffe/ rentiã. que inter Platonẽ & poetaſ ẽ. cernere animo neqt. Itaq; ſpurciſſimiſ uerbiſ fedat auctorẽ. quom ne unũ qdem ex multiſ argumẽtũ eiuſ in mediũ integre afferat. quod refellere conetur. Agit ipſe: tãtũmodo maledictiſ inſectanſ rationẽ Platoniſ de im/ mortalitate: quã rationẽ Macrobiuſ uir doctiſſimuſ nõ mõ pbat. ſed etiã tuẽdo. rñdet argumẽtiſ Ariſtoteliſ. qbuſ ille negat. aliquid

poſſe mouere ſe ipſū: quā Albertuſ magnuſ cōmēdat ope ſuo de origine aīe hiſ uerbiſ. Quibuſdā inqt pq̄ paucis mutatiſ ratio hec Platoniſ fortiſ demōſtratio ē. Sed enī intelligere motū: qui a Platone tribuit̄ aīe: nō eē aliud niſi actionē. ſiue opationē: que corporeo inſtrumēto nō utat̄: quo quidem argumēto precipuo Ariſtoteleſ de foriſ intellectū. ſiue mētē accedere. īmortalēq; eſſe probat: non intereſt hominiſ: qualiſ hic Platoniſ aduerſariuſ eſt: Vehiculū uero illud aīe ex corpore lucido ethereoq; cōtractum aduerſariuſ qdē pro ſua cōſuetudine irridet: Platonici uero hiſ rationibuſ neceſſario id ponendū exiſtimant. Quom. n. animam bifariā diſtinguant. & aut īparticipatā eē dicāt. q̄liſ ē uniuerſaliſ illa: quā mūdi aīam uocant. tertiāq; in diuinitate pſonā ponunt: quā ſcilicet noſ ſpiritū ſanctū eē dicimuſ. ut ſepe in ſuperioribuſ oſtēdimuſ: aut participatā: hāc qdem aiūt: quom participata ſit. atq; eterna: uti corpe oportere primo eterno: ingenito: & incor/ruptibili. Quom enī omniſ aīa p eſſentiā eterna ſit: eē aūt eiuſ ſit immutabile: pfecto ipſo eē animet aliquod corpuſ: ſempq; illud aīmet neceſſe ē: unde ſeq̄t̄ ut & qđ aīat̄: ſemp animet̄: ſēpq; uite particepſ ſit: & quom ſemp uiuat longe magiſ: ſemp ſit. quod uero ſemp eſt profecto eternū eſt. Quom igit̄ aīa participata ſit ſuoq; ipſiuſ eē animet: neceſſariū eſt: ut corpore pmo: eterno: ingenito: & incorruptibili ſecūdū eſſentiā. Huiuſmodi uero ſūt cū celorū: et ſyderū aīe. cum relique illiſ inferioreſ: quēadmodū. n. ſyderum ac celoꝝ aīaſ perpetuo unitaſ corpore tā ariſtotelici: q̄ platonici uolūt. & hec diuina nomināt aīalia: ita haſ quoq; inferioreſ aīaſ cenſet Plato aīmalia eē & ppetuo corpore unitaſ: quippe niſi ex anima & corpore cōſtet. eē aīal nō pōt: cui ſententie nōnulli etiā ex philoſophiſ noſtre religioniſ cōſentire uident̄: aut enim non eſſe animā formā ſubſtātialē corporiſ: aut ppetuo uniri corpori debere aſſeuerant. ne alioqn ſit forma per accidenſ. Neceſſarium preterea eē huiuſmodi uehiculū platonici dicūt ad adunitioneſ: abunitioneſ: & tranſitiōeſ. oportet enī in latina lingua rebuſ hu/iuſmodi noua accōmodare uocabula. Nam quom nihil ſecundū naturā de extremo: ad extremū pcedat. ſic enī uacuū daret̄: ſed per aliqđ mediū omīſ tranſituſ fiat: neceſſariū exiſtimarūt. aīam īmaterialē: & incorporeā corpori huic cōpoſito uiſit ili: materiali & corruptibili: non īmediate: ſed medio aliquo ſublimiore: ſubti/liore īcorruptibili: atq; perpetuo corpore uniri id autem diuerſiſ

platone nihil fere discrepare in hac parte a fide nostra chatholica

aĩmiſ diuerſũ eẽ arbitrãtẽ: et eã unũ uehiculũ ad aliud ꝑportionẽ habere: quã habet aĩa ſuperior ad inferiorem. qppe ſcd̃m cuiuſq; aĩe naturam: diſtributionẽ etiã uehiculorũ eſſe oportere. Ad hec quom Plato & ſecte eiuſ emuli nihil fere ĩ hac parte a noſtra re/ligione: & fide catholica diſcrepãteſ: queẽadmodũ premia eterna: & uerã felicitatẽ recte agẽtibuſ ſtatuerũt: ita etiã male uiuẽtibuſ nõ leueſ penaſ: & corporiſ cruciatuſ paratoſ eẽ cenſuerunt: Anima uero incorporea atq; immaterialiſ: pati a corpore immediate nõ poſſit: itaq; nec penaſ ullaſ ſentire nec ſentiendo turbari. Haud ab re corpuſ iſtud q̃uiſ ſubtile atq; ethereũ: corpuſ tñ ei perpetuo uniuerũt: in quo puniri pro meritiſ poſſent. Sic etiam aliqui ex doctoribuſ noſtriſ haud ignobileſ philoſophi ĩueſtigare uolẽteſ: quomõ ĩcorporea aĩa: igni corporeo affici poſſit: dicũt: poſteaq̃ carne ipſa exuta ẽ: ſenſitiuaſ potentiaſ remanere in ea: et ut Au/guſtinuſ inquit: omneſ ſenſuſ uiuaciter tenere. Enimuero hanc rationẽ unioniſ extremorũ per mediũ uſq; adeo neceſſariũ etiã Ariſtoteleſ ipſe putauit: ut idẽ fere libro de generatõe animaliũ ſecũdo dixerit unionẽq; anime cũ corpore hoc corruptibili fieri ſtatuerit intercedẽte alio corpore diuiniore ipſiſ elementiſ ac ſe/parato. Omniſ inqt aĩe uirtuſ aliud ſortiri corpuſ uidetur: & hiſ qdẽ diuiniuſ: que uocant̃ elementa: atq; ut aĩe inter ſe nobilitate uel ignobilitate differũt: ſic taliſ natura corporiſ ĩuicẽ differt: et paulo poſt de eodẽ corpore loquenſ. Hoc inqt nõ igniſ eſt: nec ulla taliſ potentia: ſed ſpirituſ qui in ſemine illo genitali ſpumeoq; cõcipit̃: & natura: que in ipſo ſpiritu analogũ ẽ elemẽto ſtellaꝝ. qn etiã paulo poſt id ponit. partim a geniture corpe ſeparatũ: partim nõ ſeparatũ: quod ſcilicet craſſiuſ: ac materialiuſ humidum atq; aquoſũ ſit. Hoc enĩ diſſolui et diſflari per totũ ſperma ex/iſtimat tanq̃ in lacte coagulũ. Nulla igit̃ ratio eſt cur irridere Platonẽ aduerſariuſ debeat: ꝙ aĩam exiſtimarit cũ excellentiſ nature corpore ad generationẽ accedere. Secundũ ait Platonẽ ineptiuſ etiã q̃ poetaſ ipſoſ ſcripſiſſe. Illoſ enĩ immortalitatem aĩe ſolũ humane: hũc omni anime tribuiſſe. & nobiſ aĩam talẽ qualẽ ſcarabeiſ & uermiculiſ ſtatuiſſe eandẽq; trãſire de beluiſ ad hoĩeſ & de hominibuſ redire ad beluaſ. Hec obiicit Platoni: et turpem: indoctũ: atq; hoſtẽ fidei catholice ſuiſ nominibuſ appellat. qbuſ de rebuſ noſ ſatiſ ſuperiori libro reſpondimuſ: ut niſi qſ beſtia ſit: & beluino ducatur ſenſu: non ita de Platone ſentire poſſit. Tertio

Platonẽ dicit ratione uſũ remota a rerũ natura ad probandam anime immortalitatẽ: Ariſtotelem uero nature conuenienter ſic demonſtraſſe. Quod corporeo non utitᷓ organo: id ſeparabile ẽ. Intellectuſ non tali utitur organo. Ergo intellectuſ ſeparabiliſ & proinde ĩcorruptibiliſ immortaliſq; ẽ. Equidẽ Ariſtotelẽ male ſenſiſſe de aĩa non dixerim: Immo plura afferre poſſum ex eiuſ opiniõe de anime immortalitate: quã aduerſariuſ afferat. Nec uero id inſtitutum ẽ mihi: ut Ariſtotelẽ erraſſe oſtendam: ſed ut Platonem non erraſſe quando uel Ariſtoteleſ eadem que Plato differit. Itaq; ſit ita ut Ariſtoteleſ recte opinetur: nec aliter atq; Plato. et mea quidem cauſa non ualeat auctoritaſ uel Auerroiſ uel Alexandri. quorũ alter Ariſtotelem ſcribit ſenſiſſe unicam eẽ animã intellectiuam omnibuſ ingenerabilem & incorruptibilem. Alter primum deum eſſe intellectum agentem: q illuceat oĩbuſ & ſeparabiliſ atq; incorruptibiliſ ſit. Animam uero humanam generari atq; corrumpi. Themiſthiuſ itẽ eadẽ fere Ariſtoteli tribuit que Auerroiſ. Sed quod mõ dixi: ualeant pluſ q meliora: q̃ q iſta illi aſcribunt. Plura tamen referre ad Ariſtotelẽ auctorẽ: q̃ philoſophoꝶ ratio patiatᷓ. Derogare profecto eſt religioni noſtre et fidei que neminẽ preter ſanctoſ chriſtiane ſententie auctoreſ animam eẽ perpetuam parte poſt ſolum uoluiſſe autumat. Quũ itaq; aduerſariuſ cõtra religioniſ ſententiã dicat aĩam ĩtellectiuã ex Ariſtoteliſ opiniõe formã eſſe ſubſtantialẽ humani corporiſ: que det eſſe ſpecificũ & multipliceᷓ ad corporiſ multiplicationẽ & incipiat eſſe cum corpore: & tamen nõ finiat corrupta p corporiſ corruptionẽ. ſed eterna pte poſt maneat. An ita Ariſtoteleſ ſenſerit uideamnſ. Fieri enĩ non poſſe uidetur. iudicio eiuſ qdem philoſophi: ut aliqua forma ſubſtantialiſ materie det eẽ ſpecificũ: et tamẽ remaneat: materia hoc eſt ꝓprio ſubiecto corrupta. Nã ſi forma incipit eẽ cũ materia: et eẽ deſinat cũ materia neceſſe ẽ: ut ſeptimo metaphyſice demonſtratur. Quod enĩ parteſ ex qbuſ totũ conſiſtit materialeſ ſunt: hinc hiſ deſtructiſ: deſtruatᷓ totum neceſſe eſt. & quum preter parteſ formam poni ĩ toto oporteat. hinc toto non manente: forma ipſa manere non poteſt: ut. ſi. ce. ſyllaba reſoluatᷓ in ſuaſ litteraſ: fuerint qdem. c. et. e. ſed nõ fuerit .ce. ipſa ſyllaba: & proinde forma interimetur. que exultanſ cõpoſitum ipſum conſequitur. nec dici poteſt id de forma totiuſ: non de forma partiſ intelligi: q̃ſi corrupto corpore nõ remaneat

búanitaſ:que forma totiuſ ẽ:& prícipia ſpeciei eſſentialia refert. licet remaneat anima:que forma ẽ partiſ. Húanitaſ.n.cótracta in hoc corpore:per formã partiſ contracta eſt. Itaq; ſi corrupto corpore nó manet humanitaſ:animam ipſã priuſ periiſſe neceſſe eſt:quando nihil corrumpit̃ ſaluiſ adhuc ſuiſ principiiſ. Itẽ aliqd incipere eſſe et tamẽ nó deſinere aliquando eſſe:impoſſibile apud Ariſtotelem iudicat̃. unde principiú eiuſ ẽ:ut quod perpetuum & incorruptibile eſt parte poſt:idem etiam parte ante perpetuú ſit. Quã ob rẽ Platonẽ primo de celo reprehendit: qđ múdú principiú habuiſſe finem aút nunq̃ habiturú dixerit. qđ ſi aía aliqñ incepit:et eẽ aliqñ deſinet. Dixerit animam dari a deo creatã de nouo:& propterea non ſubici nature rationi: ut quia inceperit deſinat:idq; ita Ariſtotelẽ uoluiſſe. Sed ubi nã hoc ab Ariſtotele ſcriptú eſt? aut quo mó ex libriſ quoſ ille reliquit id accipi póť? Tribuit aduerſariuſ Ariſtoteli que fidei noſtre peculiaria ſunt. Mirú ꝙ et incarnationẽ:& paſſionẽ:& reſurrectionẽ:et reliqua noſtre religióiſ ſacra propbanare ingenteſ temperarit. Sed enim non alieniſ placitiſ exponenda doctrina Ariſtoteliſ eſt:ſed ſuiſ. nec ſatiſ eſt aſſeruiſſe Ariſtotelem eadẽ que noſ chriſtiani:ſenſiſſe. Sed etiã refelli rationeſ eorú qui id negent requirit̃. Reſpódeat igit̃ aduerſariuſ ſi poteſt diuo Thome:improbanti rationẽ illoꝝ q quum múdú eternú ſtatuãt:animaſ eẽ actu infinitaſ abſurdú non putent:& iudicanti fieri non poſſe: ne aut infinitú ſit actu contra nature rationẽ:aut per circuitionẽ aíarum agãt:aut una omnibuſ aía ſit:aut una cú corpore intereat omnibuſ. Nam per infinitú tempuſ preteritú infinitaſ fuiſſe aímaſ certú ẽ:que ſi nó ſunt:deſiit qđ inceperat. Si aút ſunt:ſequit̃ ut actu ſint numero infinite. Reſpondit quidem Auicenna nó eſſe inconuenienſ eſſe infinitum actu in multitudine per accidenſ:qualiſ multitudo ſit animarú:quú omneſ eiuſdẽ ſint ſpeciei:q̃q impoſſibile ẽ in multitudine que per ſe ſit:qualiſ multitudo eſt cauſarum eſſentialiter ordinatarú. Sed diuuſ Thomaſ nullã uim eẽ in hac reſponſióiſ ratóe arbitrat̃. Quum ení queuiſ multitudo certa ſpecie numeri contineat̃:quiſq; autem numeruſ ſit finituſ: ſequitur ut nulla ſit multitudo actu infinita:neq; per ſe:neq; p accidenſ:& quú omĩſ multitudo indiuiduorú ſit cauſata:ſequitur ut animarum quoq; ſeparatarú multitudo ſit cauſata. At omẽ cãtú ſub certa agẽtiſ intentione comprehenditur. proindeq; ſub certo numero eſt. Sic

diuuſ Thomaſ: qui etiam querenſ an poſſibile ſit mundum eē ab eterno: queſtione quadrageſima ſexta: reſpōdet de aīarum infi/nitate hoc modo. Qui mundi eternitatē ponunt: rationem hāc multifariam uitare conantur. Alii enim non putant impoſſibile eſſe animaſ actu infinitaſ in multitudine per accidenſ: qđ ſupra refellimuſ. Alii animā una cū corpore corrūpi exiſtimarunt. Alii circuitum quēdam ſtatuunt animarum peritum ac reditum. Alii eandem omnibuſ eſſe intellectiuam animam uolūt. Reſpōdeat itaq; aduerſariuſ iudicio & rationibuſ hiſ ſancti doctoriſ. Quonā pacto anime ſint ab eterno. Nō per circuitum dixerit & tranſi/tionem: quia Platoniſ hoc eſt: non per infiniti rationē: quia hoc improbatum ē. Igitur alterum de hiſ duobuſ dicat neceſſe ē. Aut enim unum eūdemq; intellectū omnibuſ eē: aut una cū corpore animam interire. Quo fit ut nemo ex Ariſtoteliſ opinione poſſit animam dicere diſtingui ad corporiſ diſtinctionē: & eandē poſt corporiſ corruptōnē pmanere. Albertuſ etiā in hac eadē ſentētia eſt. & Thomaſ uero anglicuſ in ea queſtione quam de intellectu ſcribit: Arbitror inquit Ariſtotelem & Auerroem eiuſdem fuiſſe opinioniſ: & quod ad primum articulum pertinet: eā ſententiam Ariſtoteliſ eſſe: ut intellectuſ incorruptibiliſ quidem ſit. Sed quū omne īcorruptibile ſit ingenerabile iudicio eiuſdem philoſophi: ſequitur ut eternuſ ſit tam parte ante q̄ parte poſt. Quod autem ad ſecūdum ptinet. licet nec Ariſtoteleſ nec comentator poſuerit indiuidua in genere ſubſtantie diſtingui ſub eadem ſpecie: p q̄n/titatem aut per aliqd exteriuſ: ſed per interiuſ: tamē multitudinē indiuiduorum ſpeciei eiuſdem incorruptibilibuſ tantū poſuerūt: quoniā natura ſpeciei ſeruari: in uno indiuiduo non poteſt. Quā ob rē ubi tota ſpecieſ in uno aliquo ſeruari poſſe uidebat: fruſtra poni eiuſdem ſpeciei īdiuidua putauerūt: nec aduci oportere cō/ditiōeſ indiuidualeſ ſpeciei arbitrati ſunt. Itaq; ī formiſ carētibuſ materia: nec ſuo eſſe depēdentibuſ ex materia: ſingula indiuidua ſinguliſ ſpeciebuſ poſuerunt: ut duodecimo metaphyſice cōſtat. Sed Scotuſ qdem ī quarto ſententiarū neq; perſiſtere Ariſtotelē in eadem ſententia quotienſ de aīma agit: ſed dubitare: & modo hoc: mō illud aducere ait. Varie inqt loquutuſ Ariſtoteleſ eſt: et locoſ eoſdē ex diuerſiſ principiiſ tractat: ut cum hoc tū oppoſitū ſequi uideatur. Unde crediderim illum hac in re dubitaſſe: itaq; ut fit dum in dubio eſt animuſ: modo huc modo illuc impulſum

·III· C· XXII·

accеſſiſſe prout materia alterutrã in partẽ cõueniẽter tractaretᷣ.
Affert etiam argumenta plura: quibuſ probet immortalitatem
animarrũ principiiſ Ariſtotelis repugnare: quale uel illud adduci
poteſt: quum enim ex eiuſ philoſophi opinione: meliuſ ſit anime
eſſe cum corpore q̃ ſine corpore: Si anima ita a corpore ſeparatᷣ:
ut ſubſiſtere per ſe poſſit: aut reuertetur aliquando ad corpuſ ut
Plato opinatuſ ẽ: aut nunq̃: ut aduerſariuſ dixerit: ſi ſibi cõſtare
uelit: quod ſi nunq̃ reuertetur: carebit prorſuſ per infinitũ tẽpuſ
corpore quo cũ eẽ meliuſ eſt: & deſyderio tenebitur eiuſ ſine quo
infeliciuſ degat neceſſe eſt: & appetet fruſtra: quod aſſequi nunq̃
poſſit. Sed ſi ut ſolet: coniunctuſ ratione: fugiet reuſ ad aram: et
inde reſurrectionẽ fidei noſtre peculiarem Ariſtotelẽ opinatum
clamabit: Ridendum iam fuerit: non diſputandum) Merito igiẽ
et diuuſ Thomaſ q̃uiſ & ipſe poſſibile eẽ mundũ fuiſſe ab eterno
ſtatueret. tamẽ multitudinem infinitam per accidenſ animarum
improbat: & aut unum omnibuſ eſſe intellectum: aut tranſitum
animarum probat in ea ipſa eternitatiſ mundi opinione: et ante
Themiſthiuſ: Alexander: Auerroiſ: quorum mentionem modo
fecimuſ. Putant intellectuſ unitatẽ cõuenire Ariſtoteliſ opiniõi:
que cum ita ſint: cur aduerſariuſ dicere nõ dubitat neceſſariuſ ar/
gumẽtiſ demõſtrari ab Ariſtotele: animoſ eſſe immortaleſ: eodẽ
modo: quo noſ ex fide opinamur. Sed rationeſ quaſ potiſſimaſ
affert uideamuſ. Quoniam inquit animuſ non utiẽ organo cor/
poreo: ſeparabiliſ: proindeq; immortaliſ eſt. Sed quum ideo uti
organo negetur corporeo: ne perfectio organi ſit: & corrupto
organo: ipſe quoq; corrũpatᷣ. Dicat aduerſariuſ quo nã organo
phantaſia a ſe perfecto utatur: que non ſeparabiliſ eſt. quũ enim
aliud ſit phantaſia q̃ ſenſuſ & intellectuſ: ut in tertio libro de aĩa
ſcribitur: Non eſt dicendum phantaſmã qua phantaſia ẽ: et per ſe:
id eſſe quo organum: aut tactuſ: aut uiſuſ: aut audituſ: aut odo/
ratuſ formetur et perficiatᷣ. Quod ſi ne a phantaſia quidẽ pficiẽ
ullum ſentiendi inſtrumẽtum: quod organum aduerſariuſ grece
appellat: nõ neceſſario ſeqẽ: ut ppterea ĩcorruptibiliſ ſit ĩtellectuſ:
quia non mutatur inſtrumento. Item incorruptibilem eſſe intel/
lectum: trifariam accipi poteſt aut enim ita ne a toto dependeat
naturali & corruptibili: aut ut ĩcorruptibiliſ ſit in ſua operatõe:
q̃uiſ corruptibiliſ in eſſe: quomodo potentiam uidendi q̃q cor/
ruptibilẽ in eſſẽdo: utpote depẽdentẽ a toto corruptibili dicimuſ:

tamen non in ſua operatione corruptibilis eſt. niſi per accidenſ uidelicet ratione inſtrumenti: unde fit: ut ſi ſenex oculum op/tinuerit iuueniſ: poſſit perinde ac ipſe iuuenis cernere: ut in primo de anima ſcribitur: aut tertio modo: ut ratione tum inſtrumenti tum operationiſ incorruptibiliſ ſit: quomodo intellectuſ: ut q nō utatur corporeo inſtrumēto incorruptibiliſ eſt ratiōe īſtrumēti per accidenſ: & ratione operationiſ per ſe. Verum niſi probet̃ nō dependere a toto corruptibili: qđ nuſq̃ probatum ab Ariſtotele eſt: nō ſequitur incorruptibilem eſſe ſuo eſſe. Ergo ſi intellectuſ non habet inſtrumentum corporeum: non corrumpitur per in/ſtrumenti ipſiuſ leſionem: & ob eam rē non corrumpit̃ ab ampli/ficatōe rei intelligibiliſ: Sed nō ſeq̃t̃ ut ſimpliciter īcorruptibiliſ ſit: quum dependeat in eſſe a toto: quoiuſ ē actuſ primuſ. In hac eadem ſententia Scotuſ quoq; eſt: quarto ſententiarū: diſtinctōe q̃dragesima quarta: ubi non poſſe ex hiſ Ariſtoteliſ uerbiſ accipi animam eſſe immortalem: aut ſeparabilem niſi inſtrumēti ratiōe oſtendit: quin etiā ſi qſ adducat ex libro ſecūdo de anima: genuſ hoc anime aliud eſſe uideri & ſeparari ut perpetuum a mortali: Reſpondeo item cum eodem doctore Scoto dici de ſeparatione: que ratione inſtrumenti intelligatur: quū intellectuſ ipſe nulliuſ inſtrumenti actuſ ſiue perfectio ſit: proindeq; ꝑpetuuſ eē debeat atq; immortaliſ: quia nunq̃ ratione inſtrumenti quidē corrumpi poteſt. Vel dicam cum Alexandro: intellectum eſſe agentē per/petuum et incorruptibilē qui deuſ ſit: non q remaneat ſingulariſ exutuſ corpore. Quod autē ab Auerroe ſcribitur animā cōponi ex partibuſ incorruptibilibuſ: intellectū dico poſſibilē & agentē. opinio eiuſ propria eſt: nec uniri corpori animam ſecundum eſſe. Sed eandem diſtribui omnibuſ ſcriptum ab eo eſt. Noſ de ea diſ/ſerimuſ anima: que forma hominiſ ſit danſ eſſe: & ad corporum numerum multiplicetur. Quod uero aduerſariuſ aducit animam a ſeipſam intelligi: & in ſeipſā cōuerti. Id q̃q̃ a platonicis deducit̃ argumentum & immortalitatem: ut ipſi ſentiunt: concludit: Tñ peripatetica ſchola nō aſſentit̃: eoq; immortalitatem nō indicari cōtendit. Nam & cogitandi uirtuſ ab Auerroe dicit̃ cognoſcere intentioneſ induiduales omnium predicamētorum: quod quidē explicat eam uirtutem ſeipſam cognoſcere et in ſeipſam cōuerti: & tamen nemo dubitat corruptibilem eam eſſe atq; extenſam: Si ad hūc locū rationem argumēti a Platonicis auctoribuſ mutuet̃:

ut ante pluribuſ locıſ iam fecit. Audiat ſatiſ eſſe nō uti corporeo
inſtrumento aut materiali et extenſo ad eam facultatem ut in/
tellectuſ ad ſe ipſum conuertatur. Quarto neminem intellexiſſe
Ariſtotelıſ ſentētiam dicit: ſe excepto. glorioſum militē & hoīem
noue laudiſ auidiſſimum: qui: quom philoſophie rudimēta nōdū
ſatiſ attigerit: ſe unum ea intellexiſſe iactat: que alii complureſ:
& ſummi uiri philoſophandi ſcientia clari: aſſequi nequiuerint:
ſcilicet ne quempiam ſue glorie participē habeat. Damnat omēſ
qui ſententiam philoſophi Ariſtotelıſ expoſuerint: & neminem:
ſe excepto: uiam per intellectum poſſibilem eſſe ad intelligendū
ſubſtantiaſ ſeparataſ aīmo aduertere potuiſſe gloriatur: & tamē
uerba: que hac de re ipſe frangit: ſumpta ab Auerroe ſūt. Sed qd
& unde nā ſit quod refert: non eiuſ intereſt noſſe atq; perpēdere.
Quinto animum noſtrum dicit eſſe compoſitum ex intellectu
poſſibili et agente eſſentialiter: ut poſſibiliſ pro materia ſit agēſ
pro forma: & ut reſ corporee cōſtāt ex materia et forma ſēſibili:
ſic intelligentiaſ omneſ excepta prima componi ex poſſibili et
agente intellectu: ut ex materia et forma intellectuali: et ſicut
inter corpora: que ſuperiora ſūt: nobiliora ſibi trahūt principia:
ſic ſubſtantiaſ incorporeaſ: quo ſuperioreſ ſunt: eo nobiliorē in/
tellectū agentem & poſſibilē obtinere. Nunqd parū excogitaſſe
uidetur: qui ſententiam nouam dicturum pollicituſ eſt. que ab
Auerroe ſcribuntur ſuper tertio de anima: comento quinto: hic
pro nouiſ et ſuiſ aducit. Audite Auerroem. Tertia inquit queſtio
eſt: quo nā modo intellectuſ materialiſ ſit aliquod enſ: nec ſit aliq̄
forma rei materialiſ aut materia prima: que diſſolui ſic poteſt:
ut ſenſibile eſſe diuiditur in materiam et formam: ſic intelligibile
eſſe diuidi poteſt in ſimilia quedam hiſ duobuſ ut alterum ſimile
materie: alterum forme ſimile ſit: idq; ſtatui in omni abſtracta
intelligentia neceſſe eſt: que intelligat aliud: alioqn eſſe non pōt
multitudo in rebuſ abſtractiſ. Quam ob rem declaratum in p̄ma
philoſophia eſt: nullam eſſe formā liberatā ſimpliciter a potētia:
niſi prima: que nihil extra ſe intelligat. Sed eiuſ eſſentia qditaſ
eiuſ ſit: quum ceterarum formarum eſſentia differat a quiditate
quoquomodo. Nec uero intelligere poſſemuſ multitudinem in
ſubſtātiiſ abſtractiſ: niſi genuſ hoc entiū eēt: qđ ſcientia acqrimuſ
anime. quemadmodum niſi ſciremuſ materiam noſtri intellectuſ:
intelligere nō poſſemuſ uirtuteſ mouenteſ abſtractaſ eſſe debere

intellectuſ. Ita comentator priuſ q̃ hic nouuſ auctor ſcripſerat. Sed quibuſnam argumentiſ hoc aduerſariuſ probet uideamuſ. Omnia inquit differunt a primo: quod ſimpliciſſimum eſt. Ergo cetera omnia ſunt compoſita. Item ſcriptum in duodecimo meta/ phyſice legimuſ: ideo eſſe mundũ unum: q̃a motor unuſ ẽ primuſ: pluresq; eſſe poſſe: ſi pluresſ eſſent motoreſ: qui numero differrent: ſpecie: conuenirent. haberentq; materiam. primum uero motorẽ q̃a entelechia eſt: nõ habere materiã: hoc eſt intellectũ poſſibilẽ: ergo ſi primuſ ſoluſ materia caret: ſequitur ut cetere intelligentie materiam habeãt talem & ex actu & potentia componanť. Itẽ omniſ motuſ eſt actuſ eiuſ quod in potentia eſt qua mobile eſt: quare ut mobilia ſunt in potentia: quia mouentur: ita & motoreſ appropriati: quo fit ut potentiam habeant & actum & proinde compoſiti ſint. Item dicitur tertio de anima: in omni natura eſſe aliquid eodem in genere: ut materia que ſit in potentia ad om̃ia eiuſ generiſ: & aliquid ut efficienſ: quod faciat omnia ĩ actu: que uerba rem omnem ſubſiſtentem ſignificãt. Ergo preter primam in qua nulla eſt compoſitio: cetere omneſ compoſite ſunt aut ex materia & forma: aut ex poſſibili et agente intellectu. Item cõ/ ſyderandum inquit intellectum appellari interdum p̃tem animi eſſentialem: interdum uim intelligendi: interdum etiã operationẽ ipſam intellectuſ.Parteſ autem anime eſſentialeſ eſſe intellectũ poſſibilem & agentẽ probat ex proprietatibuſ attributiſ ab Ariſ/ totele: & modo docẽdi: & ꝙ alterũ ut formam: alterũ ut materiã ille nominarit. Nã ſi utriq; intellectui attribuerit inq̃t immixtũ ſeparatum incorporeũ: que ſubſtantie primituſ & p ſe conueniãt: qualitatibuſ autem ratione ſubſtãtie. Sequiť ut uterq; ĩtellectuſ ſit ſubſtantia et parſ anime eſſentialiſ: quibuſ hec primũ cõpetãt. Moduſ etiã docendi idem oſtendit. Tractatur enim in tertio de anima: primum de intellectu: q̃ ſubſtantia eſt. Mox de ĩtellectu que potentia eſt. priuſ enim intellectum dixit impaſſibilem eſſe: ſpecierumq; ſuſceptiuum et tale potentia non hoc: & reliqua hu/ iuſcemodi: que ad intellectum q̃ ſubſtantia ſit plane referuntur. Sed cum intellectum id eſſe dicat: quo anima ratiocinetur atq; exiſtimet neq; corpori admiſceri: quoniã ita calidus: aut frigiduſ eſſet: neq; pati ut ſenſuſ patitur. Hec de intellectu: que potentia ſit: dicuntur. procedenſ etiam a manifeſtiſ ad intellectũ agentem proponit: in omni natura corporea eſſe aliquid ut materiam: et

aliquid ut cauſam efficientem: & formam huiuſ materie. Mox affert haſ differentiaſ eſſe in anima quoq; oportere. Ergo ut in re corporea parteſ eſſentialeſ cōpoſiti ſunt materia et forma: ita per proportionem agenſ & poſſibiliſ ītellectuſ: parteſ eſſentialeſ ſunt anime intellectiue. Dicit etiā Ariſtotelē opinari intellectū agentem eſſe cauſam efficientem intellectuſ poſſibiliſ. & formalē & finalem quoniam ſicut in rebuſ corporeiſ forma eſt cauſa for/maliſ materie: & efficienſ: quum per eam habeat formā: & finaliſ quum ad eam ordinentur: ita de intellectu agēte per ꝓportionē reſpectu ītellectuſ poſſibiliſ. dicendū eſt: que quum ita ſint inqt patet ex Ariſtoteliſ opinione: animam intellectiuā componi ex poſſibili et agente intellectu tanq̄ partibuſ eſſentialibuſ. qđ idem de quauiſ etiam intelligentia citra primam dicendum eſt. ¶ Hec aduerſariuſ) ex quibuſ omnibuſ tria hec certe colligi poſſunt: que & ipſa minime principiiſ Ariſtoteliſ congruunt. Primum omnem intelligentiam citra primam eſſe compoſitam ex duabuſ eſſenti/alibuſ partibuſ (hoc eſt intellectu poſſibili et agente) Secundum intellectum poſſibilem et agentē parteſ eſſe aīe noſtre eſſētialeſ quibuſ componatur) Tertium. Intelligentiam citra primam eſſe intelligentiam poſſibilem & agentē) Sed q̄q nō nulli philoſophi alii intelligentiaſ (et theologi noſtri angeloſ) uoluerunt cōpoſitoſ eſſe ex materia ſpirituali & forma: tñ idem referri ad Ariſtotelem quoq; nō poteſt: quippe cū ille (duodecimo metaphyſice) ubi cō/ditionem ſubſtantiarum ſeparataꝝ diligentiuſ inueſtigat) primū probet ſtatui poſſe ſubſtantiā inſenſibilem) in qua nulla materia aut potentia ſit: pluresq; eſſe ſubſtātiaſ eiuſmodi oſtendat ex nu/mero delationū celeſtiū corpoꝝ (eaſdēq; natura ſempiternaſ eē & immortaleſ: quo fit ne ſolum prime) ſed etiam ceteriſ ſubſtantiiſ abſtractiſ attribuatur ab Ariſtotele conditio ſimplicitatiſ & im/materialitatiſ) Auerroeſ etiam comēto trigeſimo primo ſup eodē libro (Oportet inquit ſubſtātiaſ illaſ exiſtere. mouent enim ſine ulla potētia) & ſine ulla materia ſit neceſſe ē. Propterea ut eterne ſint (eternum enim omne actio pura eſt) Queq; autē actio pura nullam potētiam habet: quum & comento trigeſimonono (omne) inquit compoſitum ē nouum: niſi quid per ſe componi dicatur) Sed ſiquid per ſe compoſitum ſit) idem per ſe exeat de potētia ad actum neceſſe eſt. Plura ad hunc locum ab Auerroe diſſerūtur: demum cōcluditur differentiam eſſe in ſubſtantiiſ abſtractiſ (nō

Opin. Aristotelis q intelligentie sint simplices et nō cōposite ex ma. et for. et sempiternas esse et imortales

Opin. Auerrois

depravatur atq; degenerat. Neq; per ardua uſq; ad celi cõuexum ſectari numía poteſt: bigaꝝ prauitate auerſuſ: que non eque iugi equoꝝ cõcordia pgunt: alteꝝ. n. equoꝝ ſua improbitate deorſum labi: & põdere ſuo deferri in terram: quando ab auriga non recte inſtitutuſ fuerit. Animũ igit̃: qui deũ ducẽ optime ſequit̃. q̃q̃ non ſine moleſtia equi uitioſi. nec ſine labore tñ ad ſupceleſtem illam regionẽ tandẽ euehi ubi reſ uere ſubſtanteſ cõtemplet̃. & ſcientia iuſticia: modeſtia: tempantia: uera pei fruat̃. Scientiam dicit non q̃liſ rebuſ generabilibuſ tribuit̃: & diuerſe in diuerſiſ compbendit̃. ſed que in uere entiſ ratiõe cõtemplãda ſemp uera eadẽq; habet̃. Sic de iuſticia: tempantia: reliqſq; uirtutibuſ par ratio eſt: & hũc eſſe animũ felicẽ beatũq; oſtẽdit. Qui aũt nõ ſatiſ ſecuruſ eſt: ſed mõ ſuparit optatũ illud cõuexũ: mõ defecerit: & equorũ diſcordi itinere partim aſpexerit. partim nõ. hũc & ſi nõ miſerũ nõ tamen felicẽ appellat. Reliquoſ ſequi qdẽ deſyderio regioniſ ſupioriſ: ſed ſua imbecillitate collapſoſ in imũ defferri: & interim uitio aurigaꝝ plureſ collidi: leſiſq; cruribuſ fieri claudoſ: plureſ cõfractiſ aliſ effici tardioreſ: omneſ longo labore fruſtra cõſumpto exorteſ uiſioniſ ſũmi entiſ abire. Tũ defatigatuſ cibo opinabili recreari: & lapſoſ in terrã ſubire corpora: qbuſ egreſſoſ ꝓ ſua quoſq; anteacta uita citiuſ tardiuſ ue redire: ũde deſcẽderint. Poſtq̃ purificati grauiori leuiori ue pena fuerũt. hec omnia qſ nõ uideat boneſtiſſime dici? Quid uero deinceps q̃ſi fede ac turpiter dictũ aduerſariuſ iuadit? Nullũ animũ Plato ait/ niſi poſt decem milia annoꝝ inſtaurato alaꝝ remigio eodẽ unde uenerit: redire pter eiuſ animũ q digne philoſophatuſ ſit: aut amori pulchritudiniſ ut philoſophũ decet: ita indulſerit/ boſ. n. tribuſ annorum milibuſ recupatiſ aliſ euolare eo poſſe unde deſcenderint hoc eſt ſummum illud iudicio aduerſarii crimẽ: qd' Plato indulgendum amori cẽſuit. hoc ſceluſ uocat. hoc uitupat. hoc deteſtat̃: ita clamitãſ q̃ſi Platonẽ in furto depben/diſſet. At ſi Plato amorẽ in officio ſyncere phíe cõſtituit: pfecto iſ ſceleratuſ eſt: q ſceleriſ Platonẽ accuſat: nõ ille qui boneſtiſſime: caſtiſſimeq; amare pcepit. ſiue puelle: ſiue pueri noíe placeat ad/uerſario amoriſ obiectũ ſtatuere. puer: inqt aduerſariuſ a Platõe nominatur. Ita eſt: ſed cur non ſine iuſta cauſa ſatiſ ex biſ que de Lyſie oratiõe dicta ſunt: intelligi poteſt: & tñ rurſuſ etiã breuiter dicemuſ. non erit abſurdum. Lyſiaſ cuiuſ ſceleratiſſimã orationem aduerſariuſ ꝓbat. ita pbedro ſuadere uidebatur: ut pueri qui nã

eoꝝ amore caperentᷣ: minime aduerteret: ſed quotieſ cũ cõmodo eoꝝ fieret: libidini obſequerentᷣ. etiã eorũ q non amore capti eoſ adirent. Quod Lyſie ſceluſ Plato in eodẽ puero (quẽ ille nominauerat) rep̄hendit ac deteſtatᷣ. & p̄mo quidẽ turpẽ nefandumq; amorẽ execratᷣ: mox uero quo pacto quiſ honeſte amare poſſit puerum quẽ turpiter Lyſiaſ amabat oſtẽdit. ita Plato pueri non puelle nomẽ iuſta cauſa motuſ uſurpauit: amoriq; pueri honeſte: & ut phĩ officiũ eſt: indulgendũ dixit. q̃q̃ ſub hoc nomine omnẽ hominiſ honeſtam ac p̄bam conditionẽ: cui amore poſſumuſ beniuolentiaq; coniungi: intelligit: & pulchritudinem: uenuſtatem: conuenientiã diuinam: ad cuiuſ exemplar homo formatuſ eſt: ſui animi oculiſ cernit. ac ex creaturiſ ut Pauluſ apoſtoluſ ait ad rẽ inuiſibilem dei intelligendã cõtemplandãq; reducitᷣ. oculoꝝ inq̄t in nobiſ eſt ſenſuſ acerrimuſ: quibuſ ſapientiã non cernimuſ. Quã illa ardẽteſ amoreſ excitaret ſui: ſi uideretᷣ. Hãc igitᷣ pulcherrimã ſapientie formã: que oculiſ ꝑcipi neq̄ mentiſ acie & phĩe ſtudio ſolertiaq; indagandã hortatᷣ. hũc amorẽ p̄bat & laudat. qui non ſordibuſ nature inuolutuſ eſt. ſed ad excellentẽ iocũdiſſimũq; dei aſpectũ aſpirat & tendit. hoc captum amore non dubitat repetere celũ faciliuſ poſſe. ita adoleſcẽtulũ cõſtituit in deliciiſ ut id ſeruetᷣ: qđ diuuſ apoſtoluſ ait. om̄ia diligentibuſ deũ coopantᷣ in bonum. & q̃nq̃m ut alter ille uir ſanctiſſimuſ dixit. incidiſſe te fateariſ in amorẽ dei q̃ſi in deliciaſ puellaꝝ nihil tñ ſit qđ te amaſſe peniteat. Quod ſi aduerſariuſ preter turpẽ amorẽ: diuinũ quoq; illũ oculiſ interioribuſ & mentiſ lumine cernere uoluiſſet. nõ ſtatim amoriſ nomine audito: tã fedã nefandãq; libidinẽ animo concepiſſet & Platonẽ cenſuiſſet tantoꝑe rep̄hendendum. agit ſane hirudinum more: que feceſ ſemp: partẽq; ſanguiniſ uitioſã ſugere: ſalubrẽ uero integramq; relinquere ſolent. querit duntaxat circũquaq; quibuſ calũniari innocentẽ poſſit: & cũ nihil afferat ex Platoniſ ſermone documẽti: nihil interpretetᷣ: qđ turpidinẽ amoriſ redarguat: ſeuit: & huc atq; illuc lingua fediſſima debacchatᷣ. Noſ uero q̃m ueritatiſ uiribuſ freti Platoniſ cauſam agamuſ: attẽd. te Hierotheum uirũ noſtre religioniſ ſanctiſſimũ idẽ qđ Platonẽ dixiſſe oſtẽdimuſ. Cũ. n. hic amorẽ diſtingueret: p̄ter cetera eiuſ genera aĩmale genuſ cõſtituit: qđ uim uniendi: cõtinẽdi: ſeruãdiq; haberet. & ab uno primo uniuerſoq; amore: q deuſ eſt: ꝓficiſceretᷣ: eodẽq; rediret. atq; ex hac ſiue aĩmi ſiue corporiſ uenuſtate: que ꝑticipatiõe

ac delibatione quadã diuine pulcbritudinis babet᷑. ad ipſam uere
diuineq; uenuſtatiſ rationẽ aſcenderet. Plato uero ſoli animo phi
reſtituto alarũ beneficio patere eodẽ: unde uenerit: aditũ ſcribit:
proptereaq; phũs dum uitã ſua profeſſione dignã agit: repetit ea
memoria: que olim in diuina ſede cõſpexerat: & hec eſt inquit re/
cordatio illoꝝ que noſter animus a deo comitatus aliquãdo uidit:
cũ deſpectiſ hiſ: quas nunc eẽ dicimus: rebus ſtudio contemplandi
uerisſimi entis ad ſupma illa emerſiſſet: unde fit ut ſola integri phi
mens alas recupet. Quippe ad ea ſemper quantũ fieri poteſt: me/
moria incũbit. ad que deus ſemp intẽdens diuinus eſt. Huiuſmodi
igit᷑ recordatiõibus: q recte utit᷑. perfecta ſemper pfectiõe ſolus
uere pfectus efficit᷑. Sed cũ a ſtudio rerũ bumanaꝝ ſe retrabit: &
rebus diuinis beret. reprebẽdit᷑ a multitudine tanq̃m mẽtecaptus·
atq; inſanus. cũ tamẽ ipſe deo plenus multitudinẽ lateat. buc ergo
tota noſtra oratio tendit: ut q̃rtum furoris genus declaret. quãdo
quis bic uiſa pulcbritudine aliq̃ uere illius uenuſtatis reminiſcatur.
alaſq; recipiat: qbus euolare conet᷑. ſed cũ id facere nequeat: tanq̃
auis ſupna aſpiciens: & inferiora cõtemnens: q̃ſi furore correptus
reus agit᷑. bec igit᷑ omniũ alienationũ optima & ex optimis orta.
cõtingit. tã babẽti: q̃ participãti: & qui boc furore concitatus eſt:
amore uenuſtatis tenet᷑: & amator dicit᷑. nã ſicut dictũ eſt: om̃es
bominũ animi ſuapte natura diuinas res inſpexere. alioquin nũq̃
in bec animantia deſcendiſſent. Veꝝ ex hiſ: que hic ſunt: reminiſci
illoꝝ nõ facile omnibus eſt. neq; hiſ: q illa breui tẽpore aſpexerũt:
neq; hiſ q buc delapſi infelices fuerũt neq; hiſ q conſuetudine q̃dã
deprauati: ſacra que aliquãdo uiderant obliuioni tradiderũt. per/
pauci itaq; ſuperſũt: qbus ſatis memorie ſit: q quotiens ſimilitudinẽ
aliquã eoꝝ: que illic inſpexerãt: uidẽt obſtupeſcũt: & quaſi mente
alienant᷑. que tñ iſtec affectio ſit: quoniã nõ ſatis ſentiũt: ignorãt.
Iuſticie igit᷑ & tempantie & reliquaꝝ reꝝ que pclare animis inſũt:
nullũ lumẽ claꝝ: nulla pfecta ſimilitudo eſt: ſed pobſcura quedã
inſtrumẽta ad illã iuſtitiam & alias ueras uirtutes reducimur. pul/
cbritudinẽ uero tunc cernere apertiſſime fas erat cum in cetu illo
feliciſſimo conſpectũ uultumq; diuinum intuebamur: nos quidem
comites Iouis: alii uero alioꝝ deoꝝ initiabamurq; ſacris: que licet
beatiſſima dicere: eaq; integri celebrabamus & malorum omnium
exptes: que nos in poſteꝝ expectabãt: uiſa etiã integra: ſyncera:
ſtabilia: ſolida: beata: per cerimonias ſãctas pura in luce apiebant᷑

puriſ nobiſ: atq; hoc onere liberiſ: quod nũc circũferenteſ: corpuſ uocamuſ: in modũ oſtree illud induci: ſed hec memorie cõcedantᷓ: ꝑ quã deſyderio rerũ illarũ ꝓlixiorẽ ſermonẽ habuimuſ. pulchri/tudo autẽ quẽadmodũ diximuſ: inter illa elucebat: & nũc ex hiſ lociſ: in quoſ deuenimuſ: ꝑſpici a nobiſ poteſt ꝑ ſẽſum: quẽ omniũ efficaciſſimũ habemuſ. Viſuſ. n. in nobiſ ſenſuum noſtri corporiſ omniũ acerrimuſ eſt: quo ſapientiã nõ cernimuſ. incredibileſ enim ſui excitaret amoreſ: ſi qđ eiuſ ſimulacrũ oculiſ noſtriſ expreſſum haberemuſ: idemq; cetera amabilia facerent. Nunc uero hoc uni pulchritudini datum eſt: ut & illuſtrior ſit: & amabilior. Qui igitᷓ iamiã initiatuſ nõ eſt: aut q eſt deprauatuſ nõ ſubito hinc ad illã diuine pulchritudiniſ rationẽ reducitᷓ: quũ hic ueſtigiũ & nomen illiuſ ſentit: itaq; nõ ueneratᷓ: nec pie aſpicit ſed ꝑ uoluptatẽ iſtar pecudiſ profuſuſ aggreditᷓ. & nefandũ mariſ concubitum appetit: cõtumelioſeq; agẽſ nõ metu nõ pudore retrahitᷓ: contra naturam uoluptatẽ ſecutuſ. Atq initiatuſ iã eſt: & plura tũc diuina iſpexit: quotienſ formã liberalẽ: & diuinituſ delibatam uenuſtatem: quaſi incorporeã quandã ſpeciẽ uidet. horret primũ aĩmo & formidine quadã ſicut in diuiniſ ante cõturbatᷓ: mox uero intuenſ quaſi deũ ueneratᷓ & colit: ac niſi uehementioriſ furoriſ uulgarẽ opinionem timeret delitiiſ ſuiſ quaſi ſacre ſtatue & ĩmortali deo ſacrificaret: quẽadmodũ igitᷓ locutuſ Plato fuerit iã uidetiſ: quẽ aduerſariuſ turpẽ amorẽ ꝓbaſſe: laudaſſe: cõſuluiſſe affirmat. At ille amorẽ & uenuſtatiſ humane cõſuetudinem caſtiſſime ad contemplandam diuine pulchritudĩſ rationẽ aſpirare poſſe fatetᷓ: ſed ſoloſ eruditoſ ac phĩe ſtudiiſ incũbenteſ: hoſ. n. excellẽti uirtute ac ſapientia in/formatoſ moueri ſanctiſſimo impulſu feliciq; curſu eo efferri ũde deſcenderũt. Nihil eſt igitur: ut Dionyſiuſ ait: qđ noſ turbet aut deterreat nomine amantiſ: aut capti amore: aut amati rudiſ enim inqt ac temerarii hominiſ eſt non uim rei attẽdere. ſed uim facere uelle uocabuliſ. Solent certe de nominibuſ altercari: q nõ diuinaſ reſ exqrũt ſed ſonoſ uerboꝝ ſectantᷓ. & auriũ tenuſ ea recipiunt: que mẽte uolutare: recto pioq; iudicio debuiſſent. Nolũt quippe inqrere qd uerbũ hoc ſignificet. & quẽadmodum idem aliiſ quoq; uerbiſ expreſſiuſ eodẽ ſeruato ſẽſu poſſit exponi. ſed elemẽtiſ for/muliſ: & nomĩbuſ friuoliſ: ſtolidiſq; argutioliſ inherẽt. que minime ad numẽ animi penetrant: ſed foriſ ꝑ labra & aureſ obſtrepũt: q̃ſi nõ liceat q̃ternariũ numerum. ſi biſ duo ꝓtulerim ſignificare: aut

homineſ ſi mortaleſ dixerim: aut patrē ſi genitorem aut aliud qđ pinde ac pluref alie parteſ orationiſ ſignificet. Hoc modo nónulli peruerſe contendunt: cum ſcire probareq; debeant uerbiſ noſ uti uel ſcriptiſ: uel nó ſcriptiſ: ut ſenſum neceſſariú moueamuſ: non ut mentē aut intelligentiá ad uocabulorꝫ legē obligemuſ. Sic diuuſ Dionyſiuſ homineſ: qui uerba rep̄hendút: quorꝫ ſenſuſ integer eſt ut rudeſ & temerarioſ increpat: cótemnit: ac ꝓ nihilo habet Plato uero poſt ea: que mó ꝓtulimuſ: amoriſ tá honeſti q̄m turpiſ occupationē ſapiētiſſime exponit. cú rationiſ cú libidine cótentionem & pugná: ire p̄terea uel cú ratióe ſotietatē: uel tá cú ea ipa ratióe q̄ cú libidine diſſidiú atq; omibuſ rationē diſputádi eiſdē de rebuſ ampliſſime: cómodiſſimeq; miniſtrat. Capit̃ inqt q amat hoc mó. quēlibet animú ab initio huiuſ noſtre fabule trifariá diuiſimuſ: ut duo quedá genera eſſent: que equorꝫ ſpeciē gererent: tertiú qđ auriga eodē mó núc illa nobiſ ſeruent̃. equorú itaq; illorú alterú ꝓbú. alterú improbú diximuſ. ſed quená uirtuſ ꝓbi: aut qđ iprobi uitiú ſit nondum dictú eſt. Quáobrē iá dicendú cenſeo. Probuſ igit̃ ille corpore procero: cópacto: robuſtoq; eſt. ardua ceruice: naribuſ leuiter aduncíſ: colore cádido: nigriſ oculiſ: appetēſ honoriſ: ſed modeſte: ac uerecúde: & bone uereq; exiſtimationiſ ſtudioſuſ: item agiliſ: ꝓmptuſ: iuſſu tantum & uerbo regi idoneuſ. Alter uero corpore intorto: fuſo: male compoſito: ceruice rigida. breui collo: naribuſ adúciſ: ſurduſ etiá: & uix flagello ſtimuliſq; obtempanſ. cótumelioſuſ: temerariuſ: inſolenſ. Cú igit̃ auriga uenuſtatē & elegantiá obiecti aſpexerit: toto animo feruet: & deſyderio rei amate allicit̃. Tum equuſ: qui aurige obtempare conſueuit: ſolito pudore: quin in amatú deſileat: ſe ſuſtinet. alter uero nó ſtimuliſ: nó uerberibuſ: nó habeniſ cohiberi poteſt: ſed exultáſ ui fertur: & ſotiú equú aurigáq; perturbat: & rapit ad ſuaſ delitiaſ: & ueneree gratie meminiſſe cogit: illi principio reſiſtút & moleſte ferunt: ut q rē pati cogunt̃ iniquá & grauē. Demú cú nulluſ exituſ rei male in preſētia pateat: cedút & ſequunt̃: facturoſ ſe polliciti quodcúq; iuſſú fuerit. Cúq; ad ipaſ delitiaſ ꝑuenerint: ſplēdorēq; earꝫ ſēſerint. confeſtim auriga memoria repetit uenuſtatiſ naturam: & rurſuſ caſte aſpicit. fixáq; pudico ſolo obſeruat. Timet etiá & reuocanſ gradum labitur ſupinuſ. ſimulq; habenaſ retrorſú trahit: uſq; adeo uehemēter: ut uterq; equuſ femoribuſ innixuſ reſideat: ſed unuſ ultro: q nullo mó aurige reſiſterent. alter uero: flagitioſum dico:

admodũ tuitus. Cũq; lõgius aliquãto diſceſſerint: alter ꝑ uerecũdia atq; ſtupore ſũmo ſudore totum animũ ꝑfundit. Alter ſedato iam dolore: quẽ a freno lapſuq; acceperat: uix recreatus maledictis ꝑ iram ſotium atq; aurigam laceſſit. q̃ſi formidine & puſillanimitate loco ceſſerint: deſeruerint ordinẽ & nequaq̃ ꝓmiſſa ſeruauerit: ac rurſus ad idem repetẽdum inuitos hortatᷣ: eoq; accedere impellit: recuſant illi: & ut in aliud tẽpus differat precantᷣ: uix iñ preſentia impetrant. Vbi uero iam tẽpus ſtatutũ aduenerit. cuius illi haud meminiſſe ſe ſimulãt. hic rẽ ad illoꝝ memoriã reducẽs: impellens: hinniẽs: trahẽs: tandẽ denuo cogit delitias petere. Cũq; iam haud lõge abſũt. ꝓcũbens caudã tendit: frenũ mordet. impudẽtiſſimeq; enixus: omĩ conatu trahit. Auriga item eodẽ quo ante mõ enititᷣ. & q̃ſi de termino flectẽs: reſupinus habenas lõge uehemẽtius trahit: dẽtes equi flagitioſi reꝑmit: linguã & os cruore inficit: crura & femora ſolatio addicta graui dolore perturbat. Cũq; hoc modo ſepius tractatus equus a cõtumelia flagitioq; deſtiterit. obtẽpat iã humilis: atq; aurige cõſiliũ ſequitᷣ: & ubi aliquã pueri liberalem formã aſpexerit: memor cruciatus propemodũ metu interit. Sic Plato ſuſtinet prauũ appetitũ ſic libidinẽ coercet: & eã: quã aduerſarius cõcedi: ꝓbari: laudari: ſcribit: exterminat. poteſt ne qcq̃ iniquis dici. aut a ueritate magis alienũ: q̃ qd homo iſte cõtumelie plenus fingit: & uiꝝ honeſtiſſimũ ac ſapientiſſimum criminantur. Videte uiri optimi: q̃nta hominis huius calũnia ſit. Phedꝝ qdem legendũ a uobis ſuadet: q̃ſi in eo res feda ac turpis a Platõe ꝓbetur & tñ qd in phedro dicatᷣ iã intellexiſtis. diuerſũ plane q̃ aduerſarius aſſeueret. Quippe amor turpis euitatᷣ: uituperatᷣ: exterminatᷣ. honeſtus uero: ac pius ꝓbatᷣ: laudatᷣ: extollitᷣ. Verũ aduerſarius Platonẽ uitupat: ab eiuſq; diſputatiõe ita abhorret: ac refugit: q̃ſi in graue olentia aut uenefica animalia incidiſſet. orationem uero Lyſie ꝓſequitᷣ laudibus: & cõſiliũ eius ꝓbat: qui ſcelus quod Plato deteſtatᷣ apte & ſuadet. & cõſulit. Ac ne qs fortaſſe exiſtimet nos odio aliquo iſta fingere ut aduerſarius ea fingit: que nunq̃ Plato aut ꝓbauit: aut ſenſit: dicta illius ꝓferam: & partẽ oratiõis Lyſie interꝑtabor. Totã. n. cõuertere cũ longũ eſſet: tũ minime neceſſariũ: ſi quidẽ ex parua illius ꝑticula facile totius orationis ſenſus ꝑcipi poteſt. facit hic ꝓſopopeiã quandã riſu dignam & phedrum ĩtroducit laudantẽ orationẽ de qua loquor his uerbis ibi orationẽ Lyſie perbreuẽ quaſi diuinã: mihiq; perutilẽ Socrati perlegi. hec

aduerſariuſ quid uero oratio probet: quã ipſe putilem & diuinam exiſtimat: pudet certe dicere id. n. ſuadet: ut phedruſ & qcũq; ado/leſcẽtuluſ nõ ꝑpterea a pſtãdo alicui turpi atq; nefãdo obſequio tempet: ꝙ illum ſui amore ardentẽ nõ uideat. a quo deſyderat̃ ſed cuicũq; ſine diſcrimĩe obſeq̃t̃ mõ ſibi cõmodũ ſit: potiuſq; libidini illiuſ obtempet: a quo minime amat̃: q̃ eiuſ deſyderium expleat: quẽ ſui amore flagrantem intelligit. Taliſ eſt uiri optimi oratio Lyſie: quã aduerſariuſ amat: laudat in celũ tollit: nec perutilem ſolũ: ſed etiã diuinã appellat. Lyſiaſ autẽ ipſe & ſi minuſ ſe phedri amore captũ ſimulabat: nõ minuſ tñ neq; honeſtiuſ amabat. q̃m ceteri ſcelerati amatoreſ faciũt: qđ a Platone in eodem ſermone ſignificat̃. Erat inqt puer quidam forma elegãti ac liberali cuiuſ amore capti pleriq;: ut ſibi obſequeret̃ orabãt. Sed inter eoſ unuſ aderat fallax. fraudulentuſ: atq; occultuſ: q cum nihilominuſ q̃m ceteri: amore pueri captuſ eſſet: ita tñ adoleſcẽtulo ſuadebat quaſi ipſe minime flagraret. Cũq; ſibi obſequm aliquãdo ab eo peteret: ea ratione hortabat̃: ꝙ nõ amãti potiuſ q̃ amãti obſequẽdum ac gratificandũ foret. Hic eſt Lyſiaſ ille quẽ aduerſariuſ Platoniſ ſibi amicũ facit & diuinã ac putilẽ habuiſſe apud phedrũ adole/ſcentulũ orationem dicit: ac iureiurando affirmat. Sed qd oratio ipa Lyſie ſibi uelit. illiuſ etiã uerbiſ attẽdendũ eſt: ut quẽadmodũ Platonẽ iã loquentẽ audiſtiſ: ſic etiã ipſũ Lyſiã audiatiſ. Sed ig/noſcite mihi obſecro: facit. n. pulcatia atq; importũitaſ aduerſarii ut loqui de rebuſ cogar. que ſine pudore dici ab honeſto homine nequeãt. Vnũ igit̃ ex argumẽtiſ: qbuſ in ea oratiõe utit̃: tale eſt. Sed ſi forte morẽ publicũ metuiſ: ne cũ id ſenſerint hoĩeſ ꝓbro tibi dent obſequiũ: qđ mihi pſtiteriſ: uelim ita ſciaſ: eoſ q capti ſũt amore: ut ipſi magnifacere reſ ſuaſ arrogãtiuſ ſolẽt: ſic etiã cupere ut ab aliiſ exiſtiment̃: itaq; uerbiſ ſe ambitioſiuſ extollere: & iac/tare reſ ſuaſ cũ oĩbuſ: ꝙ bene feliciterq; euenerint. at eoſ q capti amore non ſũt: quoniã cõtinere ſe poſſũt: caute agere: & qđ tu/tiuſ eſt: id hominũ exiſtimatiõi anteponendũ cenſere. Quid ergo ſuadeat Lyſiaſ: qd phedrũ poſtulet iã uerbiſ ipſiuſ oẽſ ĩtelligũt. nihil certe hac ſuaſiõe turpiuſ: nihil flagitioſiuſ. nihil deteſtabiliuſ eẽ aut dici põt: & tñ ab aduerſario ꝓbatur: laudat̃: extollit̃. q̃ntũ inter hanc ſceleratã Lyſie orationẽ: & ſanctiſſimam illã Platoniſ interſit iã uiri latini uidetiſ. & tñ aduerſariuſ Platõem uituperat: ac bonoꝝ moꝝ ſubuerſorẽ uocat. Lyſiam uero in celum tollit: &

· IIII · C · II ·

putilẽ ac diuinũ uirũ appellat. Sed de hiſſatiſ. Quã uere enim in Platonem uir iſte inuebat̃: quem etiam in rebuſ aptiſſimiſ: nouaſ machinari calũniaſ non pudet: ueſtꝝ ſit iudiciũ. Venio ad alterũ Platoniſ ſermonẽ: quem de cupidine inſcriptũ aduerſariuſ dicit. hoc eſt Simpoſiũ Platoniſ: qđ latine conuiuium dicimuſ: in quo uarie de amore a cópluribuſ agit̃: ut in eiuſmodi rebuſ fieri ſolet. Phedruſ: Pauſaniaſ: Eryximachuſ: Ariſtophãeſ: Agathon: Socrateſ: inter mediaſ epulaſ loqunt̃: & ꝓ ſuo qſq; arbitrio amorem laudat: incipit Phedruſ: ſequit̃ Pauſaniaſ: mox Eryximachuſ. Tũ Ariſtophaneſ: deinde Agathon: poſtremo Socrateſ. Ceteri igitur mixtim de amore diuino humanoq; agũt: & uel laudãt utrunq; uel alteꝝ laudãt: alteꝝ rep̃hendũt: ꝓ ſuiſ qſq; moribuſ: ſiue ſtudiiſ & ingenio. Hinc nactuſ occaſionem aduerſariuſ: que uel a poeta: uel ab oratore: uel ab aliquo adoleſcẽte: inter potũ uoluptatemq; cóuiuii dicunt̃: tranſfert in Platonẽ Ariſtophaneſ quippe poeta comicuſ fuit: & ridiculoꝝ ac turpiũ uerboꝝ uel auctor uel ſimulator officio ſuo fungit̃: & qđ ſibi decẽſſit: ſeruat. narrat fabulaſ: & partim obſcena partim ridicula quedã admiſcet. hic ẽ q cóflari & calẽſcere ſimul duoſ ardore amoriſ expoſuit: quoſ aduerſariuſ cótuſoſ & liquefactoſ in unũ interpretat̃. Beatã etiã uitã hiſ qui amore ita deuincti fuerint. idem Ariſtophaneſ futuram pollicet̃. Atq Phedruſ admodũ adoleſcẽſ amori uulgari & publico fauẽſ: honeſtũ Achilliſ & Patrocli: atq; Alceſtiſ & admeti amorẽ puertit & in peiorẽ accipit partẽ. Atq; ita demũ laudat: quũ minime laudanduſ ſit: nec ad Homeꝝ qdẽ: aut aliquẽ nobilẽ auctorẽ referri poſſit. nemo. n. cui fideſ adhibẽda ſit. Amorẽ Achilliſ cũ Patroclo turpẽ fuiſſe ait ſed honeſtũ fuiſſe cũ ceteri: tũ maxime Homeruſ fatet̃. q p̃muſ Achillẽ & Patroclũ: ſingulari mutuaq; beniuolẽtia deuinctoſ fuiſſe cómemorat. Hec igitur: que ab Ariſtophane & Phedro: ſeu quouiſ alio turpiter: q̃ſi p iocum dicta ſunt: obiurgator noſter Platoni aſcribit: & q̃ſi ſentẽtiã ac decretũ eiuſ rep̃hẽdit: pinde ac ſi ignoraret: hanc eſſe dialogi formam: ut que reprobare uult auctor: ea priuſ probari ab aliqbuſ faciat: taleſq; adhibeat collocutoreſ: q qđ eoſ deceat ſeruẽt: & ꝓ ratione ſue quiſq; pſone: & loci & tẽporiſ loquant̃. Quod Plato ꝓ more ſuo diligentiſſime ſeruauit. nã cũ ceteri fedum atq; inhoneſtum amorem probaſſẽt. Socrateſ pluribuſ eũ uerbiſ inſectatuſ eſt. honeſtũq; & ſanctum amorẽ digne cómendauit. quod om̃ibuſ fere dialogiſ ſuiſ facere

Plato cóſueuit. aut enim Socratem introducit q ex opinione ſua loquať: aut aliquẽ aliú doctrina & auctoritate ꝑſtãtem. quinq; aút ſút ꝑſone ille: qbuſ tribuere Plato ſuã ſẽtentiã ſolet Socrateſ: Timeuſ: Permenideſ: hoſpeſ athenienſiſ & hoſpeſ uelinuſ. Ceteri om̃eſ q apud eú diſputãt: ſuiſ opinionibuſ agút: & ab aliquo eorú: quoſ ſupra memoraui: uel ꝓbanť: uel arguunť. Que cú ita ſint qd ad tantã iudicii iniqtatẽ poſſit accedere: quãdo ea que Plato reprehendit: dãnat: refellit aduerſariuſ: Platoni: q̃ſi ab eo dicta ſint: obiicit & fediſſime calúniať ꝑhm̃: q uirtutiſ cultú ornatúq; & ſeruauit ipſe ſemꝑ: & ceteriſ ut ſeruarẽt cóſuluit: ac cú ſúma cómendatione ꝑdicauit: iã Ariſtoteliq; obiicere idem aduerſariuſ poſſet. cú & ipſe aliorú opinióeſ ſibi ꝓponat. q̃ſ arguat atq; cófutet. Cur ení magiſ Platoni hec obiici debeãt q̃ Ariſtoteli: cú nó minuſ ab Ariſtotele q̃ a Platone ſcribanť: que corrigi reꝓhendiq; poſſint. Sed ut inſanuſ eẽt: q ꝓpterea detrahẽť Ariſtoteli. Sic amẽſ pláeq; rationiſ experſ iudicãduſ eſt: q iſta iudicet obiiciẽda eſſe Platoni. Ergo ubi ceteri cóuiue: quẽadmodú diximuſ orationẽ de laudibuſ amoriſ habuerút. ad extremum Socrateſ: ut q grauiſſimam: honeſtiſſimã: ſanctiſſimãq; Platóiſ ſententiã declaraturuſ erat: ac ceteroſ correcturuſ: & quẽ nã amorẽ: colere laudareq; deberent. eoſ docturuſ: quo pacto de amore: quaſi numine quodam diuino afflatuſ: loquať: animaduertite. ſpernit hic qdẽ omnem humanú amorẽ & labẽ nature cótagionẽq; omnẽ mortaliſ generiſ exterminat: celeſtẽ duntaxat ac diuinã petit rationẽ amoriſ: illú ꝓbat: illú laudat: illú om̃ibuſ hominibuſ amorẽ cómendat. Ab eo autẽ ordiť ut qd ſit ipſe amor oſtẽdat: qđ in om̃ibuſ rebuſ principiú eẽ aptiſſimú dixit. cú in hoc libro. cú in phedro. om̃ibuſ inqt í rebuſ adoleſcentule: unú illud initiú ſeruandú eſt hiſ: q recte conſilium capiunt: ut intelligať qd ſit de quo cóſultetur. alioquin aberrent ꝓrſuſ neceſſe eſt. Primú igiť qſ aut q̃liſ amor ſit: exponit. quẽ cú ceteri egregia q̃dã ſtatura forma & ſapiẽtia eſſe dicerent: deumq; laudando demóſtrare conarenť: ipſe interrogãdo ut moſ diſputantiú eſt: eo deducit. ut deſyderio earú rerú: q̃ſ expetit amorem teneri ob idq; inopẽ atq; egentẽ earundẽ reꝝ eẽ declaret. neminẽ ení que poſſidet: ſed ea qbuſ caret: deſyderare. Quod ſi amor inqt uiriú: pulchritudíſ: prudẽtie: ſapientie: reꝝ ꝓrſuſ bonarum honeſtaꝝq; deſyderio teneť: cóſtat eú idcirco deſyderare: quia caret: & ſubinde nó ualidú: nó pulchꝝ. nó ſapientẽ: nó aliquid ex hiſ que

desyderat eē q̃q̃ ne cōtrariū qdē: sed mediū inter hec eē ait: solitū ad res bonas ac laude dignas obrepere solicitum etiam uigilātem: audacem: uersutū: callidum: foro uti: ad colēdum: obseruandūq; idoneū: machinātē aliqd semp: solertē: īgeniosū: prudētie cupidū: om̄i uita philosophādi studio incūbentē: sapientē qdem non esse: sed sapiētie studiosū: ideoq; nō deū. Nullū. n. deum philosophari aut effici cupe sapientē: &. n. cū dii omnes sapiētissimi sint: & sapiētia uniuersas res forma pulchritudineq; excedat: cuius īcredibili cupiditate amor ipse semp incēsus est. profecto expeti ab amore pulchritudinē desiderariq; oportere. que cū ita sint: effici ut amor plurimū hominibus ad beatitudinē cōferat. Bonis. n. que expetit: ac si ubi magnope studet acqrere felicitatē hominis cōparari. Audiēdos item nō eē illos: qui amantem sui dimidiū dicūt querere: quod Aristophanes fabulose iocabat̃ & conflari quodāmodo in unum coalescereq; dicebat: que aduersarius Platoni tribuere non uerer̃. Cū tñ Socrates q Platonis opinionē exp̄mit ita dicat. Mea quidē sentētia neq; dimidii amor est: neq; totius nisi bonū sit qđ amet̃. Nā & pedes & manus abscīdi sibi homines patiuntur. si forte ea mēbra uitiū cōtrahere ceperint. Et. n. ne sua qdē amare quēq̃m intelligo: nisi rē bonā suā putet: malā alienā: cū nihil aliud hoīes amēt q̃ bonū. cupiūt. n. & amāt: ut bonū sibi & adsit & semp adsit: ita ut in sūma amor sit rei bone amāde sempq; habēde appetitus. Partū quoq; amoris quendā fieri dicit: tū corpore: tū etiā animo. hominū. n. naturam uterū partim corpore: partim animo gerere: cūq; iusta etatis ratio uenerit: pturire: nec de forme sed formosū id ī quo pareat petere. maris itaq; & femine coitū partū corporis eē: & hoc preclaꝝ quidā eē ac plane diuinū. qđ mortalē humani generis cōditionē faciat immortalē. idq; ipsū ab amore expeti: ut immortalis seruet̃. & qđ bonū est fiat: quantū natura patit̃. hac ratione ppetuū. hinc etiā labores suscipi ad res preclaras obeūdas: quo immortalis memoria seruet̃. hinc picula morteq; ipsā hoīes libēter subire: ut nomē gloriāq; apud posteros relinquant. An tu inqt cēses Alcestē p Admeto mortē oppetere uoluisse: aut Achillē p Patroclo. aut Codrū maiorē nostrū p imperio filiorum suorum: nisi uirtutis īmortalē quādā memoriā se relicturos existimassēt. omnes pfecto p phama: p gloria: p nominis immortalitate om̄e suū studiū: opamq; consumūt. & quo uirtute prestātiores sunt: eo magis rebus agēdis incūbunt. Sic igit̃ Socrates disserit: quo ī loco

animaduertendum eſt:q̃ lõge aliter Alceſtiſ:aut Achilliſ amorem Socrateſ q̃ Phedruſ accipiat. Phedruſ.n. mortẽ illorum non ſatiſ honeſtã: Socrateſ honeſtiſſimã ponit. ſi qdem eoſ ꝑ gloria & immortalitate nominiſ mortẽ oppetiſſe fatet̃: & enĩ Alceſtẽ tam&ſi ꝓpter immoderatũ mariti amorẽ. tamẽ nõ ſine laudiſ cupiditate: mortẽ uite anteponendũ duxiſſe. Achillẽ uero paritẽ & honeſtiſſimo amori: & immortalitati nominiſ cõſuluiſſe. at Codrũ partim boni & gratiſſimi ciuiſ officium in patriam pſtitiſſe: partim filiiſ imperium ſuo interitu queſiuiſſe: que certe aduerſarii calumniaſ oſtendunt uanaſ eſſe ac plane pueríleſ. Sed amoriſ partum illum corporeũ: mulieriſ inqt gremiũ reqrere: & ita p liberoꝝ ꝓcreatione immortalitatẽ generiſ felicitatemq; acqri. At partu altero qui utero animi in lucẽ ꝓdit̃: ſapientiã: iuſticiã: tempantiã: & reliqua uirtutiſ genera ꝓcreari. hec.n.faſ eẽ aĩum: & utero ferre & parere. Que ſi qſ ab ineũte etate ingenue educatuſ: eruditiuſq; cõceperit: hũc poſtq̃ p etatẽ licuerit: parere: fetũq; ꝓducere in lucẽ uehemẽter cupe. Itaq; formã petere liberalẽ: ĩ q̃ partũ emittat. Turpem enĩ ad hũc partũ ſuſcipiendũ ineptã arbitrari. Quod ſi ingenium liberale: ut natura fert: iunctũ cum forma corporiſ liberali forte cõpererit: duci indicio corporiſ ad uirtutẽ animi interiorẽ: quam ſancto immaculatoq; amore cõplexũ: ea uirtutiſ decora parere: qbuſ immortale nomẽ & felicitaſ longe pfectior comparet̃. Itaq; pceptiſ inſtituere optimiſ: ratiõeſ reꝝ docere. & omnino que ante utero gerebat: edere in lucẽ: ſũma cũ utilitate illiuſ in quo parere ſtatuit alere etiã partũ una cum eo: & amboſ lõge cõiunctioreſ uiuere: q̃ patreſ cũ ſuiſ liberiſ cõſtantioreſ etiã in amando eẽ: cum ꝓcreatiõe cõtineant̃ liberoꝝ multo honeſtioꝝ at diuturniorum taliũ etiã facile dixerim: qualeſ ſibi qſq; potiuſ optaret: q̃m quoſ Homeruſ: Heſioduſ: ceteriq; poete reliquerũt: aut q̃leſ Lycurguſ & Solon legeſ tutriceſ reipu. lacedemoniorum & athenienſiũ atq; uniuerſe grecie cõdiderũt. hãc eẽ aĩmi rationẽ amatoriã: celeſtiſq; opã amoriſ: patereq; eã cuiq; Socrateſ ait: q̃q̃ aliã quoq; amoriſ rationem ſtatuit: in cõtemplãda idea lõge pfectiorem: ad quam tandẽ hãc ipſã refert: & ad ſũmã felicitatẽ aſcribit: illã adipiſci ac poſſidere. Eũdum.n.ad ipſam rei rationẽ cẽſet: & a pulchritudine corporiſ: ad idee hoc eſt exẽplariſ pulcherrimi rationẽ: q̃ pulchra omnia uniunt̃: docet eſſe tranſeundũ. animi etiã pulchritudinem nobiliorem q̃ corpiſ ſtatui oportere exiſtimat: & legũ officioꝝq;

formã elegantiorem cenſeri: hinc ſciẽtiarum decorẽ petere: & in pelaguſ tandem pulchritudiniſ dirigendo: magnifice parere. hic receptiſ: auctiſq; uiribuſ reduci ad ipſã ſciẽdi ideã: & pulchritudĩſ rationẽ ac ſpeciẽ: uereq; pulchrũ: & nihil aliud niſi pulchꝝ ipſum agitare. Qui. n. inqt hucuſq; amatoria facultate erudietur: con/tẽplando ꝑ ordinẽ pulchraꝝ reꝝ genera: hic ad extremũ uidebit mirum quoddã pulchritudiniſ genuſ: uidelicet idipſũ cuiuſ cauſa labor omniſ ſuſceptuſ eſt. hoc primũ quidẽ ſemꝑ eſt: nec orit᷑ aut interit: neq; auget᷑: aut minuit᷑. ꝑterea nõ partim pulchꝝ: partim turpe eſt. aut interdum pulchrum: interdum turpe: aut in alia re pulchrũ in alia re turpe: aut aliſ pulchrum: aliſ turpe: nec uero uidebit᷑ ipſũ pulchrũ: uelut facieſ quedã: aut pectuſ: aut manuſ: aut qđuiſ corporiſ ꝑticepſ: nec ſicut ratio: aut ſciẽtia quedã: nec in aliq̃ re poſitũ: uerbi gratia: in animali: aut terra: aut celo: aut aliq̃ alia re huiuſmodi: ſed ipſũ ꝑ ſe ſecũ: uniforme: ſempiternũ. Cetera uero pulchra ita illo participãt: ut dũ ipſa oriunt᷑: atq; intereunt: nec augeat᷑ illud nec minuat᷑: nec pati aliqd poſſit. Cum itaq; ex hiſ qſpiã ꝑ amorẽ honeſtũ & ꝓbũ repetẽſ pulchrũ illud ſupernũ intueri ceperit: iã pene finẽ attigiſſe iudicãduſ eſt. hec eſt. n. ratio illa recte in amore ꝓficiſcẽdi: ſiue ſuo qſ ſiue alteriuſ ingenio utit᷑: ut hinc ex pulchriſ que apud noſ ſũt: initiũ capiat᷑. ſuperni illiuſ pulchri gratia: q̃ſi per graduſ ab uno ad duoſ: a duobuſ ad omnia corpora. Mox a corporibuſ. ad pulchra officia: tũ ab officiiſ ad pulchraſ diſciplinaſ: poſt a diſciplinis ad illã diſciplinã: que non niſi pulchri ipſiuſ diſciplina ſit: & poſtremo pulchrũ ipſũ ꝑ ſe cognoſ/cat᷑. Hac uite ratione magiſ q̃ alia uidendũ: in pulchro ipſo ꝑ ſe cõtemplãdo. Quod ſi uidere potiriſ ꝑfecto nõ tale tibi uidebit᷑: q̃le auꝝ aut ueſtiſ: aut adoleſcẽtuluſ: quẽ quãdo aſpiciſ: admira/riſ uehemẽter: & tã tu q̃ plureſ alii amãteſ: ita animo ardetiſ ut hiſ deliciiſ incũbere ſemꝑ uelitiſ: nec cibuſ aut potuſ uobiſ ſit: modo illiſ frui poſſitiſ. Quod ſi hec ita hominẽ rapiũt: qd fore putandũ eſt: ſi qſ pulchrũ ipſũ ſũmũ: ſincerum purũ: immixtũ: nõ humana carne: nõ colore: nõ multiſ aliiſ: mortalibuſ nugiſ implicitũ: ſi ipſã inq̃ diuinã pulchritudinẽ uniformem ualeat intueri. Non praui hominiſ uitã exiſtimaſ illuc poſſe aſpirare. & qđ uidendũ ꝑcipue eſt: uidere: eidemq; adeſſe? an tantũmodo homini uirtute predito facultatẽ dari pariẽdi nõ uirtutiſ ſimulachra: ſed uerã uirtutẽ que ab homine uirtutẽ adepto contingi poſſit? hãc autẽ uerã uirtutẽ

q pepit: educauitq; cariſſimus deo ẽ: & ſi cui ĩmortalitatiſ munuſ debet: ei ipſi debere par ẽ. Hi ſũt uiri optimi amoreſ illi Socrateſ atq; Platoniſ. hũc amorẽ: hanc uenerẽ: haſ delitiaſ probarũt illi & coluerunt. Sic amare amariq; hortant: ita patere in celum aditũ amãti amatoq; fatent. hoc mõ feliceſ futuroſ affirmãt: ſi in con/tẽplanda uera diuinaq; pulchritudine uerſent: nõ ſi queadmodũ aduerſariuſ ſcribit: in unũ cõfuſi: eiſdẽ ſemp amoribuſ: uoluptate: libidineq; pfruant: ita cũ ceteri omeſ: tũ in pmiſ Diuuſ Dionyſiuſ diſcipuluſ Diui Hierothei: Diuiq; Pauli apoſtoli. doctor noſtre religioniſ pmuſ accipiũt Platoniſ amorẽ. Et ueri inqt Dionyſiuſ amoriſ q nõ ſolũ a nobiſ ſed etiã a ſacriſ litteriſ laudat uniformẽ rationẽ multitudo cape: ſibiq; accõmodare nõ potuit. Sed ad di/uiduũ corporeũ multiplicẽ & diſpartitũ amorẽ dilapſa eſt: q nõ uerus eſt amor: ſed ſimulacrũ uel potiuſ lapſuſ ueri amoriſ. iiſdem etiã uerbiſ ſanctiſſimuſ uir qbuſ Plato uſuſ eſt: cũ de amore q̃rto de diuiniſ nominibuſ libro loqueret: ut dictũ iã atq; oſtenſũ eſt. Totũ illud de amore caput. lauſ & cõmẽdatio amoriſ eſt: ex Pla/toniſ ſermone deducta: non mõ ſenſu ſed etiã uocabuliſ eiſdẽ. qđ ſi obiurgator iſte ſententiam Platoniſ uitupat: qd de ſanctiſſimiſ noſtre religiõiſ doctoribuſ dicet: q eadẽ cũ Platone & ſentiunt & loquunt? Quid dicam aduerſariuſ inqt? quoſ appellabo? q mihi iudiceſ erũt? hoĩm aut dei fidẽ exclamabo? ſed cur tã uehemẽter indignet: moleſteq; ferat homo: q male: que bene dicunt: accipe ſolet: nõ uideo. iudiceſ tñ uidet petere: & iã iudiceſ adſũt: Auguſti/nuſ Hieronymuſ. Dorotheuſ. Ignatiuſ. Dionyſiuſ: & pmulti alii ſanctiſſimi ac ſapiẽtiſſimi uiri: q Platõiſ dicta atq; ſentẽtiaſ pbãt: accuſatorẽ ipſũ calũniatorẽ eẽ iudicãt. fidem reqrit hominũ: dei etiã fidẽ exclamat: quã penituſ tollit: dũ amorẽ diuinum: quem Plato cõmẽdat: improbat atq; uitupat. Sed ut tã grauẽ aduer/ſarii indignationem propterea fuiſſe intelligatiſ: qa Plato ſcelera improbarit potiuſ q̃ pbarit. audite qd Plato ipſe octauo libro de legibuſ dicat. hoc eſt inqt qđ a me dictũ eſt: ingeniũ ſcilicet atq; ſolertiã adhibere me poſſe ad hãc legẽ: quo uſuſ procreandorum liberoꝝ: ut natura reqrit: ſeruet. Si abſtinẽt amare: ne genuſ hu/manũ cõſulto ita interimãt: ſi cauẽt ne in terram. & lapideſ ſemen iaciãt: ubi nunq̃ actiſ radicibuſ: uim ſuam genitalẽ atq; naturam cape poſſit: ſi abſtinẽt ab omi femineo ſolo: in quo id qđ ſatũ ſit: nequeat enaſci. Quinetiam ſi nobilẽ innuptamq; mulierem nemo

tangere audeat. ſed ſua quiſq; contentuſ uxore uiuat: nec feminã
irreligioſa & ſpuria pellicibuſ mandet. aut in marẽ p̃ter naturam
iaciat: inane ſemẽ ac ſterile. An mariſ q̃dẽ hunc uſũ om̃ino ꝓhibere
debemuſ. mulierꝝ aũt ita deſcribere: ut ſi quiſ cũ aliqua cõgreſſuſ
fuerit. p̃ter eaſ q̃ſ cũ diſ & ſacriſ nuptiſ domũ duxerit uel ẽptaſ:
alio ue mõ acq̃ſitaſ habuerit: nec lateat om̃eſ ſic egiſſe: hũc ſi ho/
nore ac laude rep. ꝑuari lege ſtatuerimuſ recte ſancitũ ſit: nono
etiã libro huiuſmõi delictiſ ſupplicia ſtatueſ. ſi q̃ſ inq̃t mulieri aut
puero uim p libidinẽ affert: impune ab eo occidi poſſit: cui allata
uiſ eſt. aut a patre: uel fratre: uel filio. Et ſiarituſ uxorẽ uiolari
repererit: interficere impune poſſit: eum q uiolat. Sic Plato lege
cõſtituit: ne cui liceat marẽ ad libidinẽ ꝓuocare: quẽ aduerſariuſ
bonorꝝ morꝝ ſubuerſorẽ: & in clunibuſ puerorꝝ uerſari ſolitũ dicit.
Sic cũ noſtriſ euãgeliciſ legibuſ cõuenit: quãdo ne mulieriſ q̃dem
ſterilis aut infecũde cõcubitũ p̃mittit. Quid de ea re loquar quã
ſignificare uidetᷣ: cum dicit. Si cauẽt ne ſemẽ in terram & lapideſ
iaciãt. Hiſ. n. uerbiſ id uitii uetat: q̃d religioniſ noſtre profeſſoreſ
mollicie nomine rep̃hendunt & dãnant. Vſq; adeo rẽ omnẽ ue/
nereã Plato ſemp deteſtatuſ eſt ea dũtaxat excepta que ꝓcreã/
dorꝝ liberorꝝ gratia p̃mittitᷣ: nec tã ĩ alioſ q̃ ſe ipſũ iudex fuit acer
atq; ſeueruſ. Quippe ne legittimiſ q̃dẽ nuptiſ immiſcere ſe uoluit:
ſed integerrime ſemp & caſtiſſime uixit: q̃d etiã ex dictiſ ſanctiſ/
ſimi atq; ſapiẽtiſſimi uiri Thome aq̃natiſ: ubi in ſecũda ſecunde de
uirginitate loquitᷣ: colligi poteſt. legittimuſ inq̃t Platonẽ unum
apud ueteres abſtinuiſſe ab omni uenerea uoluptate: ſtudio con/
tẽplãde ueritatiſ & optimarꝝ artiũ cupiditate. Quod ſi Laertiuſ
Diogeneſ Platonẽ in eo libro quẽ de eiuſ uita & moribuſ ſcribit
adoleſcẽtuloſ quoſdã dicit ĩ deliciiſ habuiſſe: & epigramata quedã
laſciuiora adiũgit: facile ĩtelligi põt. minime eũ ex ſua ſẽtẽtia iſta
ſcripſiſſe: ſed ad comicoſ quoſdã & Ariſtippũ referri. Nam q̃d ad
ipſiuſ Diogeniſ opinionẽ ꝑtinet: nõ mõ hoc uitiũ alienũ a Platõiſ
moribuſ arbitratᷣ: uerũ etiã moleſte admodũ fert calumniã hanc
in tantũ uirum: & plane q̃d ipſe ſẽtiat exp̃mit. Quippe poſtq̃ de
ortu: educatiõe: eruditiõe: uirtute. opinionibuſ Platoniſ honeſte
honorificeq; locutuſ eſt. & que nã de eo uiro apud omneſ opinio
fuerit declarauit: utq; ingredientẽ olympia greci omneſ ſpectare
cõſueuerint: & Mithridateſ Perſa ſtatuã eiuſ ĩ achademia collo/
carit. hec affert. Sed quanq̃ ita uirtute Plato claruerit: tamen ne

iſqdē carere maledictiſ improboꝝ hominū potuit. ſed ipſe quoq; a comiciſ cōuitio affectuſ eſt. Quo ī loco comicoꝝ in eū cōuitia exponit: & Ariſtippi cyrenēſiſ: quē modo nominaui: calumniam ex adoleſcētuloꝝ familiaritate cōceptā. ueꝝ an iuſte Ariſtippuſ: hec de Platōe ſcripſerit: & q̄nti uerba eiuſ faciēda ſint. argumētū ex uita eiuſ & moribuſ accipi poteſt. de qbuſ idē Diogeneſ ſcribit: licet. n. ut breuiter oīa cōplectar: ꝑcipere eū hominē: facile ſēp queſtui ſeruiuiſſe: & uētri uoluptatibuſ oībuſ obſceniſ tyrānoꝝ aſſentatiōi deditū fuiſſe: in ꝑmiſq; Dionyſii Syracuſani mancipiū extitiſſe turpiſſimū. Ad hec inimicū Platoniſ: Xenophōtiſ: omniū doctiſſimoꝝ modeſtiſſimoꝝq; uiroꝝ uitupatorē de gurgite ſuoꝝ uitioꝝ emerſiſſe (fit. n. ut q peſſimiſ moribuſ ſūt / facile linguā ſuam maledicā in uiroſ ꝓboſ exerceant / ne cum rep̄hendunt a probiſ / ꝓpterea rep̄hendi uideant / ꝙ ſua culpa rep̄henſiōe digni fuerint. Quiſ igit̄ mēte ſanuſ homini tā improbo ſcelerato & inimico fidē adhibeat? qſ eū nō deteſtet̄ & ſceluſ / qd̄ ab eo cōmiſſū eſt fingi in Platonē arbitret̄? Diogeneſ uero ipſe qd nā de Platone ſenſerit / q̄q̄ de eo honeſte loquat̄ libro toto / quē de eiuſ moribuſ & diſciplina edidit: [illegible] oſtendit: pulcherrimo etiā diſticho uirtutem eiuſ cōmēdat:

Sol genuit terriſ Aſclepion / atq; Platona:
Scilicet hic animā: corpuſ ut ille regat /

Quin etiam de uita & moribuſ Speuſippi / q nepoſ Platōiſ fuerat ſcribenſ. Seruauit inqt Speuſippuſ eaſdem Platoniſ opinioneſ / ſed moreſ nō eoſdem ſeruauit (qppe irę & uoluptati indulſit. Quod ſi hic lōge aliter q̄ Plato fecerat / uoluptati dedituſ fuit: qſ nō uidet iudicio Diogeniſ Platonē (ſpreta uoluptate) caſtiſſime uixiſſe: qd̄ latiſſime ceteri quoq; nobileſ ſcriptoreſ teſtant̄. Sed hec longiuſ ſane q̄ Platoniſ optima apud omneſ exiſtimatio reqreret ſcripſimuſ (furore aduerſarii tracti / qui Platoniſ libroſ ſcelera probaſſe gloriabat̄. Sic. n. neceſſe fuit: quedā huiuſ philoſophi loca interp̄tari / ut ab hiſ legi poſſent q grece Platonē legere neſcirēt. Nunc quoniā que de libidine Platoniſ obiiciebant̄ / multiſ optimiſq; rationibuſ / ac doctiſſimorum & ſanctiſſimorum uirorū teſtimonioſ refutaui / Venio ad eam partē / in qua de cōmuni mulierum uſu agit̄: quā rep̄hendēſ aduerſariuſ argumēto Ariſtoteliſ accinctuſ inuadit. Verū hunc locū nemo a me ita defendi exiſtimet / quaſi recte ꝓrſuſ hoc a Platone ſcriptū exiſtimem (abſit. n. hoc a nobiſ /

uc q rationem didicimuſ meliorē/ritūq; ſancte eccleſie ꝓbauimuſ/
cū Platōe ſētiamuſ/Sed ratione eiuſ etatiſ/q̃ Plato nulla religiōe
aſtrictuſ/moreſ & iura arbitratu ſuo ſtatuebat/haud ꝑperam eū
ita ſenſiſſe exiſtimo(Nā ſi profeſſio & inſtituta illorum tempoꝝ
patiebant̄/ut uir unuſ pluireſ haberet uxoreſ: & quā qſq; nollet/
facile repudiare/& ꝑ libidine animi ſui ducere aliam poſſet:ſi non
ratione nature ꝑfectiorē ſequebant̄/quā noſ poſtea ſecuti/uitā
nobiſ meliuſ inſtituiſſe iudicamur:ſi deniq; non qd honeſtiuſ/aut
ſanctiuſ ciuiliſ illoꝝ hominū uſuſ quereret:ſed qd aptiuſ aut cō-
modiuſ foret/ad nature uulgariſ uoluptatē attendebāt:eatenuſ
certe excuſare poſſe Platonē arbitror: dum ratio cur ita fecerit:
aut pluſ aut nō minuſ ualeat:q̃ eorum/quoſ eadē etate/eademq;
religione cū Platōe uixiſſe indubitatū eſt:q̃q̃ etaſ deinde melior/
& uera religio omnia ad meliorē ꝑfectiorēq; cultū reducere po/
tuerit(Nā ut tota etaſ eiuſdē hominiſ pluireſ cōtinet parteſ/quaꝝ
officia diuerſa ſūt:alia.n.puericię ſunt:alia adoleſcētie:alia con/
ſtātiſ etatiſ: alia ſenectutiſ(adoleſcentē optimū iudicamuſ/nō qui
hoc/aut illo ſeniore optimo ꝑſtantior fuerit/ſed q inter equaleſ
ſuoſ iure debeat anteponi)ſic etatiſ hoīm uniuerſe/atq; eiuſ com/
muniſ/ partem accipi quandam oportet/q̃ Plato uixerit:& num
meliuſ q̃m ceteri ſue etatiſ homineſ/ſenſerit/decreuerit/ſcripſerit:
attendendū (nō aūt qd diui apoſtoli meliuſ/qd ſancti atq; beati/
qd in noſtre religioniſ ꝓfeſſione edocti diiudicauerint atq; pro/
bauerit(ꝑdifficilē ſane eē uſū mulieꝝ cōmunē haud quaq̃ Plato
ignorauit:qui & uix ut de ea re ſcriberet/adductuſ eſt/& poſtq̃m
eiuſ commoda declarauit:quo ue mō effici poſſet:q̃q̃ ſumma cum
difficultate oſtēdit: rurſuſ ambigit: & diuinū potiuſ q̃ humanum
huiuſ reipu.ſtatum eē fatet̄(Sed quoniā inter omneſ cōſtat nihil
uel meliuſ in repu.eē/q̃ qđ homineſ coniungit/& unit(uel peiuſ q̃
qđ diſtrahit/& uario aīmo ac diuerſa uolūtate multiplicat(alteꝝ
enī meū & nō meū:exitioſū illud in repu.peculiare/ſummāq; diſ/
cordiā ciuiū facit:alteꝝ cōmune omniū cōmodū & ſūmā cōcor/
diā parit(hāc aūt cōiunctionē & q̃ſi unionē effici nō poſſe Plato
exiſtimat/niſi una(cū ceteriſ rebuſ)uxoreſ etiā & filii ſint cōmūeſ:
idarco rem uxoriā cōmunē eē uoluit:putauitq; ita fore/ut ciueſ
omneſ ex eiſdē rebuſ uoluptatē/merorēq; ꝑciperēt(idemq; omniū
eſſet uel ꝓpriū/uel alienū:unoq; animo omneſ omnia agerent &
cogitarent.Itaq; ſicut alii qdam nō ignobileſ reipu.auctoreſ/uni-

Rō ꝑ T repu^a bn instituta melius sit uxores esse comunes & filios.

uiro plureſ uxoreſ cõcedendaſ eſſe duxerũt/Sic Plato pluribuſ
plureſ dari poſſe ſine errore exiſtimauit(modo plureſ illi uiri ita
eruditione|uirtuteq; inſtituti eſſent/ut omneſ q̃ſi unuſ eadẽ bona
& uellẽt{& quẽadmodũ ipſe docuit exercerẽt(uirtuſ.n.& ſi nõ ſine
difficultate) efficere tñ poteſt{ut plureſ homineſ idẽ ſentiãt/idem
uelint{idẽ nolint:ita deniq; uiuant(ut q plureſ ſũt|q̃ſi unuſ ſecum
uiuere|cõſentiẽſ|cõſtãſ|placiduſ uideat̃(Contra hoc Ariſtoteleſ
arguit{cuiuſ argumẽtiſ(q̃ſi teliſ)armatuſ aduerſariuſ in aciẽ deſcẽ/
dit. Negotia i͛quit publica(neceſſe erit)negligant̃.charitaſ & amor
extinguat̃:tollat̃ officiũ|q̊d͛ a filiiſ parẽtibuſ debet̃(Sed qd͛ cum
bona uenia Ariſtoteliſ dictũ ſit{nihil cõtra dicta Platoniſ ratio
hec momẽti habet:Plato.n.& cogitauit hoc{& diſoluit{priuſ q̃m
uſũ mulieꝝ cõmunẽ ſtatueret(Precepit.n. ciueſ|uirtute ꝑ doctrina
litteriſ{ita educari|iſtitui|erudiri|ornari|oportere{ut quaſi homo
unuſ ſibi cõſtãſ{cõſentiẽſ|aptuſ uirtutiſ benefitio eẽ uideret̃(ſicq;
ciuitaſ uniuerſa ſibi cõſtaret{ſibi cõſentiret|idẽ uellet|idẽ nollet:
iiſdẽ rebuſ gauderet{iiſdẽ mereret(quo poſito)qd ẽ inqt|ꝙ nego/
tia publica negligant̃{quãdo plureſ ciueſ(ꝑinde q̃ſi unuſ)rẽ ſuam/
hoc eſt cõmunẽ tuet̃|& curat?qd͛ non ſecuſ eſſet/q̃ ſi qſ rẽ hoĩſ
uniuſ negligi.ꝓpterea exiſtimaret/qa plura ſunt mẽbra ex qbuſ
cõſtat:ut caput:pectuſ:uẽter:crura:ceteraq; huiuſmõi(at uideat
q ita ſentit{ne cõtra ꝓrſuſ cõtingat:& dũ ſuã qſq; rẽ agit/& curat
tãto ꝓprii cõmodi deſyderio teneat̃{ut cõtemnat publica|ac pro
nihilo habeat.unde fit ſepenumero ut ampliſſimaꝝ urbiũ ſtatuſ
debilitet̃|infringat̃|euertat̃{dum ciueſ ſinguli ſtudẽt/uel ſibi|uel
liberiſ ſuiſ honoreſ:opeſ:dignitateſ acqrere:augere:ſeruare:non
patrie ſaluti/nõ publico cõmodo/nõ cõmuni felicitati conſulere.
(Sic ꝑclaruſ athenieñſiũ ſtatuſ periit/ſic lacedemonioꝝ admiranda
reſp.euerſa eſt(ſic ſummũ illud/ſtupendũq; romanoꝝ imperium
ita paulatim corruit{ut qui olim uniuerſi orbiſ habenaſ tenebant/
uix nũc exiguo italie angulo uideant̃ imperare(Florebat ꝑfecto
romana reſpu.cũ Iuniuſ Brutuſ filioſ ſuoſ ſtudio publici cõmodi
nõ ſecuſ q̃ alienoſ atq; hoſteſ morte mulctauit(cũ.P.Deciuſ ſe ꝑ
repu.deuouit(cũ alter Deciuſ ad uoluntariã mortẽ/curſu equi ꝑ
eiuſdẽ reipu.ſalute ꝓlapſuſ eſt/ſat euerti iã cepit/cũ.C.Ceſar rerum
ſuarũ auiduſ|regẽ ſe facere urbiſ Rome/& Octauio nepoti ro/
manũ imperium relinquere cogitauit(ommitto exempla noſtre
etatiſ|ne cui forte moleſtuſ ſim(Equidẽ nullã ciuitatẽ uel priſcaſ

Iunius brutus occidit filios pro utilitate patrie.
P. Decius.
Alter Decius
C. Cesar

illiſ tẽporibuſ) uel noſtra etate euerſã alia cauſa fuiſſe arbitror/ \q̃ ꝙ ciues (relicta publicaꝝ reꝝ cura) ꝓpriis negociis nimis ſtuduerit. ¶Veꝝ tñ uſũ cõmunẽ reꝝ omniũ ita nõnulli aſpnant/ ut Platonẽ audiendũ eẽ nõ putẽt: picturamq; eam rẽp̄l credãt/ ubi cotidianaſ cõtrouerſiaſ reꝝ priuatarũ: furta: rapinaſ: mẽdacia: extorſiones: minaſ: uiolẽtia: ſeditiones: ceteraq; huiuſmodi eẽ non ſenſerint. nã que alia cauſa hoꝝ omniũ maloꝝ cenſenda eſt/ niſi ꝙ proprii cupiditate diſtracte familie: tot ſibi urbeſ oppidaq; cõſtituũt/ quot ipſe numero ſũt? que q̃ diu cũ exteris pugnãt/ cogunt̃ neceſſitate quadã uitã agere cõcordẽ (ubi uero ab externis belliſ requeuerint/ ſeuiũt ipe inter ſeſe: & tã diu cõflictant̃/ donec cruẽtiſ ſeditiõibus & ad extremũ etiã ciuilibuſ belliſ patriã perdãt (Quo. n. mõ filius Marti fratrẽ ſibi Lucii filiũ: nõ hoſtẽ potiuſ arbitret̃: quando ſic ei pſuaſum eſt/ naturam in ꝓpriis: potiuſ q̃ in cõmunibuſ eſſe cõſyderandã: colendã: & obſeruandã? Quanq̃ nõ ſoluſ aduerſarius (fatendũ eſt. n) rẽ hanc aduerſuſ Platonẽ defẽdit (Iã. n. Ariſtotelẽ quoq; huc ꝑfectũ cõfeſſuſ ſum. Sed quoniã Platonem ea que ab Ariſtotele obiiciunt̃/ & animaduertiſſe/ & diſſoluiſſe uideo/ que eũ adhec ratio mouerit/ & itelligere me arbitror/ & iã clare expoſui. (Quid uero Ariſtotelẽ in cõtrariã ſententiã traxerit/ deberet aduerſarius explicare. Ego uero cum mecũ qd uterq; philoſophus dicat/ cõtemplor/ nõ cõtrarium mihi oĩo dici ab Ariſtotele uidet̃: ſed q̊d Plato intẽſius dicit/ id remiſſius ab Ariſtotele decerni (uterq; enĩ unire ciuitatẽ uoluit/ ſed alter magis/ alter minus id facit. uerũ quominus fit/ eo plura euenire incõmoda neceſſe eſt (principium nãq; & cauſa cõmodi unio ẽ/ & ciuiũ cõmunitas/ incõmodi uero diuiſio & ꝓprietas: faciliuſ tñ id eſt & ſenſui noſtro ꝓpinquius: qd̃ qdẽ ſectari Ariſtoteles ſolet/ idq; phiſici officiũ eẽ arbitrat̃/ Plato contra cõmune reſpicit (partem. n. hominis/ que ſenſu nobilior eſt/ mentẽ uidelicet atq; intelligentiã ſequit̃: ob idq; difficiliora ſẽper aggredit̃: ſed que mẽti & intelligẽtie magis cõueniant: Ariſtotelis itaq; ſentẽtia: ſenſui Platonis intelligẽtie ꝓpinquior eſt. hec tanq̃ a Platone dicta uelim (Curabũt igit̃ uniuerſi ciues/ tanq̃ unus/ rẽ cõmunẽ & amabũt/ non minus (ne dicã magis) q̃ ſinguli ſuã amare ſolẽt: plurimũ. n. amoris & charitatis in his eſt/ q optimis moribus copulati/ uitã agũt: & uirtutis neceſſitudine deuincti/ unanimes idẽ amãt/ idẽq; oderũt (Brutũ romanũ ciuẽ (quẽ ſupra memoraui) ſecuri filioſ ꝑcuſſiſſe legimus/ ne qd ſui erga rẽpu. officii preteriret:

unio cã cõmodi.
diuiſio incõmodi.

brutꝰ

Sed pietatē quā patrie debebat/pietati qua liberoſ ꝓſequebatur anteferret(Erat.n.uirtute cū ceteriſ ciuibuſ ita deuinctuſ/ut ſuū id eē putaret/quod cōmune/nō propriū haberet:& rem cōmunē magiſ q̄ ꝓpriā diligeret atq; curaret. Aliena.n.reſ ſic propria fit/ſi qđ ꝓprium dicimuſ/iunctū cū ceteriſ ꝓpriiſ uenerit/in ꝓprietatē uniuerſi ergo amabat ille ſuoſ filioſ/tanq̄ partem ꝓpriſ cōmuniſ ſue ciuitatiſ: quā diu cōmode cū reliquiſ partibuſ iuncti totū conficiebāt/qđ patriſ uniuerſi proprium erat(At ubi incōmode ꝓpter eoꝝ prauitatē cōiungi ꝓſpexit/illico nō ſuā rem/ſed alienam eſſe duxit:& q̄ſi putridū & incurabile membꝝ ex toto corpore amputandū: abiiciendūq; putauit. Non igit̄ extinguitur amor immo diligentiuſ ſeruat̄ in uniuerſū/qđ uniuerſorū ciuiū obiectum ē:(reuerētia autē & officiū minorū erga natu maioreſ ita ſeruatur: ſicut uniuſ filii optime inſtituti erga parentē:ut enim ſinguli filii ſinguloſ patreſ nūc obſeruāt/ſic tūc uniuerſi uniuerſoſ obſeruarēt & colerēt:& uniuerſoſ ſinguli/quādo ita ab ipſiſ incunabuliſ inſtituti eſſēt/ut omībuſ natu maioribuſ tanq̄ patri obtemparēt: omneſ colerēt:omneſ omni officio & uenerationiſ genere proſequerent̄(Cōmodiuſ itaq; futurū Plato exiſtimauit/ſi propriū:ex quo cōtentiōeſ:crimina:cōtrouerſie:ſeditioneſ:ciuilia bella oriri ſolēt/omīno tolleretur: & uſuſ rei uxorie/q proprie poſſeſſioniſ p̄cipua cauſa eſt/cōmuniſ fieret(Veꝝ perdifficile id fore/minime dubitauit(fieri tñ poſſe/quinto & ſexto de repu. libro)expoſuit. Initium etenim & quaſi fundamentum:quo taliſ reſpu. conſtitui poſſit/uirtuſ perfecta & abſoluta eſt/que ſi deſit/ne Plato quidē ipſe conſtitui poſſe exiſtimat(Eiuſ uerba hec ſunt)omnino niſi uel ph̄i imperēt/uel imperanteſ diligenter ꝑfecteq; philoſophent̄/& ipſa ciuiliſ poteſtaſ cū philoſophādi ratiōe cōiungat̄/excludātq; uarie uoluntateſ/que ſeorſū in utranq; partem hominū animoſ trahūt/fieri non poteſt/ut ciuitatibuſ ulla maloꝝ requieſ adſit:imo ut opinor:nec huiuſ: quē mō expoſui:reipu. ſtatuſ:conſiſtere in genere humano:augeri ue poterit:nec primo q̄dē ortu in lucem ꝓdire.(Que cū ita dixiſſet/ſigillatim ꝓſequit̄/q̄leſ eē philoſophoſ oporteat/ueritatiſ ſcilicet ſtudioſoſ: uirtutiſ emuloſ: cōtemplationiſ:ſtudio feruenteſ:ꝑ quā ex iuſta honeſtaq; reꝝ humanarum ratiōe reduci ad illa diuina poſſint/quoꝝ participatione hec ſūt: appellant̄q;:& nō dubiam quandam opinationē/ſed certā rerum ſciētiā poſſidere. Taleſ ſimul & philoſophoſ/& p̄ncipeſ/& tutoreſ

qualeſ debeat eſſe philoſophoſ

cuſtodeſq; ciuitatiſ eſſe īquit oportere: quoſ.n. legum officioꝝq;
obſeruatoreſ ſtatuit/eoſdē cuſtodeſ quoq; idoneoſ fore nō du/
bitat: ſic.n. ſperat futuꝝ ut ipſi optimo philoſophandi ſtudio nihil
agant/niſi qđ ad exemplar illud ꝑfectū abſolutumq; referať: qđ
humana officia imitanť: & quoad eiuſ fieri poteſt repreſentāt: &
exprimūt. reꝝq; uſu & uirtutiſ cultu atq; exercitatione cogitent.
& que facto opuſ ſūt/egregie faciant: queue ſeruanda inſtituta
ſūt/diligētiſſime ſeruēt/ Eſſe ꝑterea phī inqt: uoluptateſ corporiſ
repudiare: animo ſtudere: pecuniā q̄ſi rē exiguā: & phī magnitu/
dine animi minime dignā/cōtēnere: mortē nō formidare: iuſtitiā
colere: cōſtantem fidelē: modeſtū: benignum: facilem: ingenioſū:
memorē: iocundū: elegātē: tū natura: tū induſtria feſtiuum eſſe:
ceteꝝ perraro eiuſ nature hominē reperiri fateť: & ſiqſ huiuſmōi
ortuſ fuerit/ multa/grauiaq; ꝑicula obire: niſi ingenue educetur
regať q;/ Nature.n. optime hāceē rationē/ut niſi recte inſtituať/
uitioſior euadat/q̄ ea que a natiuitate uiliſ ignobiliſq; extiterit.
Deniq; animoſ ingenio preſtantiſſimoſ ſi male inſtituti fuerīt/
peſſimoſ reddi/q̄ppe nō uulgarē/& quālibet eē naturā/que ſūmi
uel boni uel mali cauſā ꝑbeat/ſed eximiam quādā & ſingularem/
que ut ſūma bona/ſic ſūma mala facere poſſit/ſi debita educandi
ratio defuerit/ſtabē aūt ꝑniciēq; nature tū maxime accidere: cum
ꝑmulti frequēteſq; ſcelerati uel in ſenatu: uel in foro: uel in thea/
tro. uel in exercitu: uel in quouiſ hominū cetu reſ que honeſte &
cū laude & aut agūť: aut dicunť: reꝑhendūt atq; uitupant: cōtra
que turpiter agunť/dicunť ue/ꝑbāt & laudāt/atq; utrunq; ſupra
modū faciūt: & tumultuāteſ: uociferanteſ: plaudēteſ: ſuum uitium
augēt. Sic.n. adoleſcētum animoſ cogi ut illiſ aſſentianť: eademq;
& ꝑbent: & agāt/accedere ad hec/ſupplicia uirorū bonoꝝ/igno/
miniaſ: mulctaſ: diſcrimina capitiſ: damna: iacturaſ/ qbuſ optima
queq; indoleſ ab officio uirtutiſ ad facinuſ euoceť/cui paulatim
aſſueſcēſ: peior in dieſ: ac ceteriſ lōge ſceleſtior euadat/itaq; ueriſ/
ſime dici poſſe/ diuino quodam auxilio cōtingere/ſi quiſ in ſtatu
huiuſcemodi reip. incorruptuſ ſeruari/& uirtutē colere poſſit/Cū
igiť Plato principeſ ciuitatiſ philoſophoſ inſtituat: ciueſq; omneſ
perfecta uirtute/& integerrimiſ moribuſ inſtitutoſ ac preditoſ/q̄ſi
unū hominē formet/nō temere cenſet fieri poſſe/ut uſuſ mulierū
cōmuniſ ſerueť/ſine detrimēto atq; incōmodo ciuitatiſ/Si quidē
peculiariſ ille & propriuſ diſtrahit ciuiū uoluntateſ/facitq; ut per

IIII · C · III

diſcordiã mala oriant̄:qbuſ tãdē ciuitateſ intereũt(atq̄ pdifficile
hoc eſſe minime negat(Veꝝ ſi fieri poſſit ut homineſ pluреſ cum
natura:tũ ſtudio eũ faciãt pfectũ(ut omneſ uno animi cõſenſu
uiuant(uſũq; rei familiariſ atq; uxorie:nõ propria uoluptate ſed
pcreatione duntaxat liberorum & patrie tutela definiãt:ſatiſ ſibi
rationiſ eē ad opinionē tuendã arbitrat̄.qđ ſi quiſ pluреſ hoc mõ
cõiungi uinculo uirtutiſ non poſſe:uel cõtra naturam id fieri ex/
iſtimat:ratione demõſtret & explicet.ut ſublata Platoniſ poſitiõe
nihil ꝑterea ſit:qđ conſeq poſſit: eteni hac ſalua:fruſtra laborare
uidet̄:q rē cõmunē dãnat & reprobat:nã ſicuti oſtẽſũ a ſe putat:
& cura negotioꝝ:& charitaſ liberorũ & reuerẽtia parentum non
minuſ hoc mõ ſeruat̄:q̄ ſi uarie ſua qſq; ſeorſũ matrimõia pcuret
mihi qdē nõ ſecuſ argumẽtari uideret̄ q ita obiiceret:q̄ ſi corpuſ
humanũ ex pluribuſ uariiſq; mẽbriſ a natura cõſtitutũ in ceteriſ
qdem uite officiiſ: cõmuni opera omniũ membrorũ fũgi cenſeat
oportere:qđ aũt uniuerſũ corpuſ ſeruet non ab eodē pari modo
pcedere:ſed ſingulatim id a ſinguliſ ptibuſ fieri:ut partim caput:
partim manuſ:aut pedeſ diſſimili id fine pficiãt:nec uidet magiſ
nature cõſentaneũ eē immo plane neceſſariũ:ut qđ ad cõſeruati/
onem uniuerſi attinet.id ab uniuerſo agat̄ communi partiũ opa
pariq; conſenſu:& ut ita dicam magiſ unito. Quod enim ciuitatiſ
ſpeciem ſeruat.liberorum procreatio eſt:que ut dirimit atq; in/
terimit:ſi priuatim ſecedit:ſic ſi publice conſtituitur:unit & ſeruat
ſed enim falli pleriq; conſueuerunt: dum priuatiſ fauent:quia id
meliuſ eſſe iudicant:ad quod homineſ ſentiunt eſſe propenſioreſ.
Natura quidem ad uoluptatem homo propenſior eſt:quam uſu
proprie potiuſ q̄ communiſ rei augeri conſtat. Verum cõmodũ
ciuitatiſ:dignitatemq; uirtutiſ:non maioriſ uoluptatiſ cupiditate
ſed melioriſ conditioniſ ratione diffinire faſ eſt: etiam ſi laboreſ
ſi pericula: ſi mortem ipſam ſubire oporteat. Ob nimiam tamen
difficultatem:que in hoc reipu.ſtatu conſtituendo eſſet atq; ſer/
uando.ne Plato quidem ubiq; hãc matrimonii cõmunionē pbat:
ſed in libriſ de republica hoc conſulit:de legibuſ uero ſuum cuiq;
matrimonium aſſignat:ut ſi quod optimum eſſe ei uiſum eſt effici
nimia difficultate non poteſt:non deſit conſilio & opera eiuſ:ſe/
cundum reipublice genuſ & tertium quo homineſ cõmode in unũ
locum caleſcere poſſint & uiuere.Cum igitur plura ſibi ipſe:q̄ uel
Ariſtoteleſ uel quiuiſ aliuſ obiecіſſet: de cõmuni mulierũ ceteraꝝq;

rerum uſu: deuictuſ & cultuſ tenuitate: de auri & argenti inopia ſeq; ex aliorū opinióe damnaſſet: quaſi ex cera finxiſſet: ciuitatē aut ſomnia narraſſet aut rem factu impoſſibilē ſuaſiſſet. o amici inquit nó ſum neſciuſ dici quodammodo uere iſtec poſſe: nec me fugit tantam eſſe rei difficultatē ut quaſi omnino effici nequeat: pretermittenda uideatur. Verum tamen in unaquaq; re agenda exēplar: proponendum: optimum eſt cuiuſ imitatione enitendū ꝑ uiribuſ ſit maiora attingere. Vbi uero cótingit ut uireſ noſtre deficiant: deſiſtendū eſt: ſatiſq; actum eſſe exiſtimandū: ſi ſtudio opera: ſolertia: & diligentia noſtra q̄maxime fieri poteſt: ad eiuſ exemplariſ dignitatem acceſſerimuſ quod nobiſ imitandū ſequē/dumq; propoſueramuſ. Quamobrem in ea quoq; reipu. ratione de qua agimuſ: hoc idem ſeruandū eſt. Et ſi enim ita uidetᷣ eiuſmói reipu. ſtatū effici minime poſſe: proponendum tamen exemplar fuit omī ex parte perfectum: cuiuſ ſpecie: forma & imago reipu. q̄maxime excellentiſſima cóſtitueretᷣ. Quemadmodū de iuſticia quoq; qualiſ nam eſſet: querendo hucuſq; egimuſ. Nam ſi qualiſ iuſticia ſit cópererimuſ: non iam uirū iuſtum nihil ab illa differre: omniq; ex parte talem eē oportere: qualiſ ipſa eſt: cenſebimuſ. ſed ſatiſ eſſe: ſi q̄proxime acceſſerit: & ſupra ceteroſ omneſ participeſ eiuſ factuſ ſit. perinde ac ſi pictor aliquiſ exēplaris grā. pulcher/rimum hominē pinxerit & uniuerſa humani corporiſ ornamēta: perfectiſſime: expreſſerit: non propterea minuſ laudanduſ erit: ſi effici non poterit: ut taliſ homo procreetur: qualem ſuo ingenio artificioq; confinxit. Sic noſ cum ciuitatiſ optime ſtatum uerbiſ depingimuſ: & eximia quadam forma deſcribimuſ: nihil ꝓpterea erramuſ: ꝙ nullā ita conſtitui ciuitatē ut diſputatur: demóſtrare poſſimuſ. Quid ad hec dicit aduerſariuſ? An Platonem affirmabit ignoraſſe difficultatem reipu. quā cóſtituit: nec aliud quicq̄ de re uxoria: niſi publicum ac communem uſum probaſſe? Cum enim hec & multo plura in eandem ſententiam Plato ſcripſerit in libriſ quoſ aduerſariuſ in latinam linguam conuertiſſe gloriatur. tamen quaſi nihil unq̄m ex hiſ legerit: illud unum ſemper in ore habet: communem mulierum uſum Platóem ſtatuiſſe: que reſ utrum ne ideo acciderit. ꝙ ea: que conuertiſſe in latinum ſe iactat parū in/tellexerit: an quia ueram rationē peruertēſ fallere alioſ conatuſ ſit: haud facile dixerim. Vtrūq; certe a probi & docti uiri officio alienum eſt. Sed quid preterea Plato de re uxoria: ſtatuq; reipu.

optimo in libro de legibuſſcripſerit uideamuſ.noſtrũ inqt officiũ eſt ut ſtatũ reipu.prime & ſecunde & tertie explicemuſ:tũ poſitiſ omnibuſ quem quiſq; maluerit pro ſuo arbitrio ſibi colendũ ſeruandumq; eliget. Ergo ita agendum ut primũ qui primuſ ſit:qui ſecũduſ & tertiuſ ſit uirtute dignitateq; exponamuſ.mox eligẽdi poteſtatem Clinie noſtro in preſẽtia demuſ:& ſi quiſ aliuſ utrũq; libitum fuerit:patriam ſibi eligere:ciuitaſ prima & reſpu.& legeſ optime ille ſunt: ubi quod ueteri prouerbio dicitur: per omnem ciuitatem diligentiſſime ſeruatur:ut ſcilicet reſ amicorum omneſ cõmuneſ ſint. Hoc igitur ſiue terrarũ uſpiam temporibuſ noſtriſ ſeruatur: ſiue aliquando ſeruabitur: ut uxoreſ communeſ liberi cõmuneſ:pecunie cõmuneſ reſ deniq; omneſ communeſ habeant: & quod proprium peculiareq; uocatur:ex omni uita tollatˀ adhibeaturq; opera quanto magiſ fieri poteſt:ut etiam que natura unicuiq; noſtrum propria eſſe uoluit: noſtro ſtudio communia efficiantˀ:& iidem ſint oculi:aureſ:manuſ:quo & uidere & audire: & facere communi ſenſu omnia poſſimuſ:idem omĩbuſ expetẽdũ ſit:idem laudandũ:idem uituperandũ:idem iocundũ:idẽ moleſtũ: & iiſdem legibuſ uniuerſi ciueſ diligentiſſime copulentur:& quaſi in unum corpuſ coaluiſſe uideãtur: ꝑfecto nihil ad huiuſ ſtatuſ integritatem accedere poterit:nihil ad felicitatiſ cumulũ:uel cõmodiuſ:uel iocũdiuſ uel preſtabiliuſ excogitari. Talem igitˀ urbẽ ſi alicubi uel dii uel deoꝝ filii incolunt:& pluresſ uniuſ uitã degũt: qd in feliciſſime uiuunt:nihilq; experiri poſſunt hac ſua ſotietate iocundiuſ. Quamobrem non aliud reipu.exemplum proponẽdũ eſt:ſed hoc uno propoſito enitendum:pro uiribuſ:ut ſtatum quẽ intendimuſ.reipu. huic q̃ ſimilimum faciamuſ. Poſt hec aliũ ſtatũ ſecundo loco exponit:& hunc legibuſ mãdat:primo illo preter miſſo.q̃ſi parum cõſentaneo moribuſ preſentiſ etatiſ.ſic ne Plato quidẽ rei difficultatem ignorauit:& etati ſue moderatiuſ cõſulẽſ: alterum reipu. ſtatum inſtituit. Sic quo pacto primuſ ille effici poſſet:declarauit:diſſoluitq; eorum rationeſ:qui ciuitatẽ in uaria & multiplici quedam rerum partitione conſtituẽdam cenſebant: putabantq; eam ſolui atq; perire ſi in unum redigeretur. Neq;.n. unũ ratione quantitatiſ accepit Plato quod deſtructio ciuitatiſ eſſet:ſed qualitatiſ ut unum ſit cõcordia:conſenſu: unanimitate: deniq; uirtutiſ unitate:quod unum ciuitatem egregie non modo conſtituit:ſed etiam conſeruat & auget: quapropter Ariſtoteleſ

quoq; hoīem ciuile ac ſociale animal uocat: ciuilia uero animalia primo libro de hiſtoria animalium ea eē dicit: quorum negociū unum communeq; omniū eſt: idq; non omnibus animātibuſ. que gregem conſtituunt accidere: ſed aliquibuſ ut ſunt homo: apeſ: ueſpa: formica: & gruſ: quod ſi quiſ exterarū nationum exempla petere uelit: que uſu rei uxorie cōmuni non modo ſine diſcordia uel publica: uel priuata uixerūt: uerum etiam hoſteſ ſuperarūt: propagarunt fineſ imperii: & rempu. ſuā feliciſſime ſeruauerunt: permulta ſane comperiet. Verum noſ paucis quibuſdā cōmemoratiſ: ne longioreſ ſimuſ: huic parti finem imponemuſ: cū p̄ſertim etiam pauciora ſatiſ ſuperq; ſint ad refellendum eorum errorem: qui Platonem: ea que ferre natura non poſſet ſcripſiſſe de repu. opinantur: id tantum nature concedendū rati: quod legibuſ: aut inſtitutiſ: aut moribuſ ſue uel gentiſ uel etatiſ ſentiunt comprobari. Maſſagette genſ ampla & ſtrenua cōmunibuſ matrimoniiſ utunt̄: ut Herodotuſ Halicarnaſeuſ eximiuſ hiſtoriaꝝ ſcriptor refert. Atqui hi ſunt: qui contra Cyrum maximum illum perſaꝝ regem & uireſ ac potentiam eiuſ nationiſ: que ſibi ceteraſ natiōeſ ſubegerat: bellum geſſerunt: & pro cōmunibuſ liberiſ & uxoribuſ pugnanteſ: non rem communem neglexerūt. non amorem erga liberoſ communeſ remiſſiuſ exhibuerūt. ſed magno fortiq; animo dimicāteſ: uictiſ: triūphatiſq; hoſtibuſ: & occiſo Cyro domū cum ingenti gloria remigrauere. Quē morē. C. Iuliuſ Ceſar a b͞ritanniſ ita coli: in comētarioſ ſuoſ retulit. Hiſ uerbiſ. Omneſ uero ſe britanni ultro glaſto inficiunt: qđ ceruleum efficit colorem atq; hoc horridiore ſunt in pugna aſpectu: capilloq; ſunt p̄miſſo atq; om̄i parte corporiſ raſa preter caput: & labrum ſupiuſ: uxoreſ habent deni duodeniq; inter ſe cōmuneſ: & maxime fratreſ: cum fratribuſ parēteſq; cū liberiſ. Sed ſi qui ſūt ex hiſ nati eoꝝ habentur liberi: quorum primū uirgo queq; deducta eſt. Afroſ etiā Naſamoneſ apud Herodotū legimuſ cōmūi uxoꝝ uſu: eodē quo Maſſagete more uitā degere: hoꝝ Ariſtoteleſ quoq; ſecundo politicoꝝ libro mentionē facit: appellatq; Afroſ ſupioreſ & p̄creatoſ liberoſ inter ſe poſtea ex ſimilitudine p̄tri cōmemorat. Thraceſ uirgineſ ſuaſ cū q̄buſcūq; libitū fuerit cōcumbere ex more p̄mittūt: Brachmaneſ perſaꝝ ſapiēteſ uxoribuſ utunt̄ cōmunibuſ. Philoſtrato atq; Ariano auctoribuſ: Diodoruſ & Siculuſ narrat pleraſq; nationeſ eiſdē legibuſ ac moribuſ uiuere. Aethiopeſ uxoreſ non ducere: ſed

Maſſagete communibus uxoribus utuntur.

britani

Afri com. uxoribus utuntur

cõmuneſ habere: natoſq; pueroſ cõmuni opa educare: atq; eque
diligere. Sepe etiam infanteſ pmutare: ut ne matreſ quidem ſuoſ
cognoſcere poſſint: quo fieri ut nullo ꝓprie rei ſtudio inter ſe diſ/
ſidenteſ: uitã felicẽ agant: ita nõ modo poſſe cõmuni rei uxorie
uſu rẽpu. conſtitui: ſed etiã cõmodiſſime poſſe oſtendit. Tũ uero
incolaſ oraꝝ arabici mariſ ad indiam uſq; tendẽteſ cõpluteſ tradit
cõmuni uſu degere mulieꝝ: & liberoſ habere cõmũeſ. trogloditaſ
quoq; & mulieres & liberoſ communeſ habere: excepta una que
principiſ uxor eſt. Nec uero apud exteraſ natiõeſ duntaxat: ſed
etiã apud romanoſ & grecoſ: q optimiſ legibuſ claruere: nobiliſſi/
muſ hiſtorie ſcriptor Plutarchuſ cheronẽſiſ: hoc idem ĩ uſu fuiſſe
teſtat̃: temporibuſ Nume Pompilii grauiſſimi legũ conditoriſ: &
Lycurgi lacedemonii: q eã rẽpu. condidit: que hominũ memoria
maxime celebrat̃. Numa ut ab eo quem mõ nominaui ſcripture
traditũ eſt: lege ſanxit: ut liceret omnibuſ: poſtq̃ ſatiſ liberorum
ꝓcreaſſent: uxorẽ ſuã: alteri ꝓlem deſyderanti ad procreandum
cõcedere: ſeu magiſ cõmodare: ſeu locare libuiſſet: quod Catonẽ
quoq; uticenſẽ uiꝝ ſapiẽtiſſimũ Hortẽſio cõceſſiſſe certũ eſt. Ly/
curguſ locare: aut ullo pacto emittere domo uxorem nõ pmiſit:
ſed cuicũq; domi apud ſe uxorẽ habenti ſaluiſ matrimõii iuribuſ
admittere cõceſſit: quẽ exiſtimaret ex uxore ſua digne poſſe ſo/
bolẽ ꝓcreare. hoc idẽ Xenophon quoq; Socraticuſ: uir doctrĩa
illuſtriſ: nõ mõ ad lacedemonioſ refert: ſed etiã ꝓbat: ita illi quorũ
legeſ p̃ ceteriſ maxime ꝓbari ſolent inſtituerunt. & cũ nullã gentẽ
feliciuſ uixiſſe q̃ romãoſ & lacedemõioſ ſcriptorũ omniũ ſentẽtia
ſit: utrũq; tñ populũ idẽ fere qđ a Platone precipit̃ ſeruaſſe ma/
nifeſtũ eſt. Verũ quid meliuſ ſit nõ eſt noſtri conſilii in preſentia
explicare: cũ noſtra opinio cũ ſacra religione cõueniat. Satiſ eſt
ꝙ obiecta aduerſarii diſſoluimuſ. & qđ ille dixerat ſtatũ huiuſ/
mõi reipublice. fieri nõ poſſe: & factũ: noxium: exitioſũq; fore:
maledici & p ignorantiã: tũ rationiſ nature: tũ etiam rerũ geſtaꝝ
& moꝝ: q fuerũt & ſunt: ita exiſtimari demõſtrauimuſ. pluſq; fere
cõſuetudinẽ: uſũq; preſentẽ rei q̃ nature rationẽ ualere. Quippe
ut Ariſtoteli etiã placet: tanta eſt in unaq̃q; re uiſ cõſuetudiniſ:
ut fabule etiam & figmẽta ſepenumero ꝓ ueriſ accipiant̃: nedum
ꝑcepta legũ & inſtituta lõgo tẽpore cõprobata. Quid crudeliuſ.
qd immãiuſ: qd execrabiliuſ dici aut fingi põt: q̃ filioſ ſeneſ parẽ/
teſ occidere: & eorũ carnibuſ ueſci? Et tñ hiſtoricorum princepſ

Herodotuſ de maſſagetiſ & indiſ hoc refert: Darium quoq; regẽ p̄hibent interrogaſſe aliquãdo indoſ: quo p̄mio ĩduci poſſent: ut parẽteſ ſuoſ non ederent: ſed grecoꝝ more rogo imponerẽt: atq; cremarẽt: illoſ uero reſpõdiſſe: di meliora. tum ad grecoſ cõuerſũ ab illiſ quoq; queſiuiſſe: q̃ ſpe ꝑ mori defunctoſ patreſ nõ cremare ut eoꝝ moſ erat: ſed iſtar indoꝝ edere paterẽt: eoſ uero ita dixiſſe: nullã rem eſſe: ꝓ q̃ tantũ ſceluſ pati aut cõmittere poſſent. Atq; apud p̄ſaſ nouerce ṗuignis nubũt ut idẽ ſcriptor refert: qđ apud aliaſ nationeſ nefaſ haberẽt: Diodoruſ hunc eſſe morẽ ethiopum narrat: ut rei capitiſ querẽde ſalutiſ gratia e patrio ſolo ſine dedecore migrare nõ poſſint. Itaq; cũ qdã capite damnatuſ fuga aliquãdo ſalutem querere cogitaſſet: mater eũ ne uniuerſa familia ſua ob id factũ ignomĩe nota efficeret: iniecto ad collũ cingulo ſtrangulauit: que reſ apud aliaſ genteſ impia & crudeliſ fuiſſet iudicata nec ob aliam cauſã id euenire ipſe hiſtoricuſ exiſtimat q̃m ob cõſuetudinẽ inueteratã: que quãuiſ iuſta careat ratione lõgo tñ tẽpore uſuq; animiſ hominũ herenſ: neſcit rebuſ etiam abſurdiſ diſſentire atq; obſiſtere. Tale etiã eſt ṗceptum illud: quod lacene matreſ filiſ dũ in expeditionẽ ꝓficiſcerent: ſcutum porrigenteſ demandare ſolebãt η ταν η επι ταν id eſt aut hoc ſcutũ reporta uictor aut ſuper hoc mortuuſ reportere. Sicut. n. tẽporibuſ illiſ fediſſimũ habebat: quotiẽſ aliqſ derelicto ordine & armiſ ꝑ metũ abiectiſ aut fugeret. Sic nũc mõ uita ſeruet: nihil eſt qđ mileſ uel ꝓpter iacturã armorũ: uel ꝓpter fugã dedecoriſ: aut ignominie uereat. Nam que tãdem mulier etate noſtra id filio iuberet? At lacedemõioꝝ matreſ facile id ṗcipiebãt: & reportatiſ ſicut fortũa aliquãdo ferebat ſup ſcuto filiiſ: nõ eiulatu & lachrymiſ: ſed gaudio: & leticia celebrabant diem: quo filioſ intellexerũt pro patria fortiter pugnãteſ occubuiſſe: non ſecuſ q̃m ſi uictoreſ in patriam remigraſſent. Taceo qđ de troglodítiſ: q poſtremam egyptioram incolunt: idẽ auctor refert: quãq̃ ſũmo ardore ſoliſ adurantẽ: non modo tñ de ſolo natali diſcedere nolle ſed mortẽ etiã potiuſ pati q̃ loca alia: & diuerſũ uite genuſ uelint experiri. Pretereo fuiſſe nationeſ q̃ſdã: que coitũ in propatulo inſtar pecudũ ſine pudore exercuerunt: q̃ſ imitatuſ Diogeneſ ille phũſ cynicuſ: idem athenis egit: cũq; a ceteriſ repħenderet: ſi turpe eſt inqt: nec occulte qdẽ agendũ eſt. Si nõ turpe cur omnibuſ ſpectãtibuſ agi nõ debeat? qſ neſcit honeſtũ decẽſq; apud chriſtianoſ latinoſ haberi ſi pater

& filiuſ uxoreſ ſibi matrē & filiā ducāt: uel duobuſ fratribuſ due ſororeſ nuptui tradantur quo & familie arctiuſ colligentur & patri/monia ītegriora ſeruentur. apud grecoſ uero turpe id irreligioſūq; cenſetur: nec minuſ illicitū ē gloriſ ſororē q̄ propriā ducere uxorē: uſq; adeo apud omneſ conſuetudo ualet & qua in re ſuam quiſq; etatē cōſumpſerit: hanc meliorē honeſtioreq; eſſe arbitratur. Hec igitur pro ſuo queq; arbitrio genteſ conſtituunt: & utrūq; aliquid cōmodiuſ eſſe uidetur: ſic alii rationibuſ aliuſ ꝓbant atq; recipiunt: nihil ergo mirū uideri debet: ſi alii aliter de re uxoria ſtatuerunt. Quod ſi nō ſoli Platoni cōmunem mulieꝝ uſū placuiſſe māifeſtū eſt: nec ſine ratione ab eo ita eſſe cogitatū: ꝑfecto nō mō longa illa aduerſarii diſputatio de nature ratione: de liberorū amore de cura negotiorum: fruſtra cogitata eſt. Sed etiā qđ de uiro forti poſtea addidit: nullū habet locū rep̄henſiōiſ. Nā ſi uſum uenereū dūtaxat: ad neceſſariā ſoboliſ ꝓcreationē determinandū eē ex/iſtimauit: quid uel ſibi: uel nature: uel reipu. aduerſatur: q uiro forti mulieriſ quā deſyderat uſū cōcedit. Abſurdū certe id eēt: ſi noſtriſ legibuſ. īſtitutiſq; iudicaretur: ſed ſi quod ille uoluit: ꝑuata cōiugia tolluntur: ſi nulla uirginitatiſ ratio eſt: ſi commodiuſ agi putatur: ut nemo priuatiſ rebuſ ſtudeat: ſed rem communem & publicam omneſ procurent: que tandē iniuria: aut inuidia: aut obtrectatio ſequi Platonem debeat: ſi tali premio ad ſtrenue fortiterq; agēdū ciuium ſuorum animoſ inflammandoſ eſſe putauit? ¶ Sed de hiſ hactenuſ: poſt hec aliud crimen: quo reum facere Platonem ad/uerſariuſ nititur: uideamuſ. Hunc inquit uoluptatē atq; luxuriā iuuētuti ſuadere: cum ita libro de legibuſ primo ſcribat. Que nā igitur officia in utroq; ueſtre reipublice ſtatu conſeruentur expli/cemuſ. Que uoluptatem deguſtandam non omnino deuitandam cenſebant: quemadmodum nec doloreſ euitabant: ſed in mediiſ uoluptatibuſ atq; doloribuſ homineſ ſtatuendo honoribuſ pro/poſitiſ hortabantur eoſ illa ſuperare. Hinc Platonem aduerſariuſ reprehendit: quaſi iuuentuti licentiam uoluptatū permittat. Ita omnia inique iudicat: & Platoniſ uerba arbitrio ſuo interpretatur & damnat. atqui Platoniſ ſententia longe alia eſt. uirtutem animi quam fortitudinem appellamuſ: uir ille doctiſſimuſ: nō modo in rebuſ: in quibuſ metuſ: aut fiducia ſit: uerſari uoluit: ſed etiam in uoluptatibuſ & doloribuſ: & deſyderiiſ: fortiſq; animi officium eē ſtatuit: tam rebuſ formidoloſiſ q̄ iocūdiſ obſiſtere: ac timidum nō

modo eum: qui timore: ue₂ etiã q uoluptate ſuperatᷓ: exiſtimat: itaq; ut neminem effici cõſtantem: fortem impauidum putat: niſi ſe per uarioſ caſuſ & pericula: & reſ formidandaſ exerceat: ſic ne/ minem cenſet fieri poſſe continentem: temperantem: modeſtũ: niſi inter mediaſ collapſuſ uoluptateſ fortiter reſiſtat: & cum hiſ col/ luctatuſ tanquam fortiſ athleta eaſ ſuperet atq; proſternat: & quemadmodum qui ab ineunte etate: omneſ laboreſ: omneſ curaſ: omnemq; dolorem uitare conſueuit: ſi quando laborare cogitᷓ: & cum hoĩbuſ robuſtiſ: exercitatiſq; cõtendere: facile ſupatur & uincitur. Sic qui inexercitatuſ eſt: & ſpernere uoluptateſ ac reſi/ ſtere illecebriſ inſuetuſ: ut ille a timore: ipſum a uoluptate ſuparı: & qui dominuſ eſt: mancipium fieri eiuſ: qui temperanſ eẽ in rerũ delectabilium copia poteſt. Que cum ita ſint iudicare iã quilibet poteſt: an iure hoc aduerſariuſ Platõi obiiciat: & utrum per ig/ norantiam potiuſ Platonice lingue q̃ per maliciam peccet id enĩ aliorum iudicio liberum relinquimuſ. Nunc quid latiuſ Plato de duplici timoriſ genere diſſeruerit conſyderandum eſt. Vnum eſſe ait cum reſ aduerſaſ expectamuſ. alterum cum timemuſ. ne quid a nobiſ turpiter factum dictum ue ſit: quod malam opinionem de nobiſ parere poſſit: hoc pudorẽ uocat: colẽdumq; a nobiſ in p̉miſ exiſtimat: & contrarium eiuſ uocat impudentiam ſummumq; eẽ malum & publice & priuatim exiſt. mat. Tali uidelicet: timore ci/ uium ſalutem conſeruari: bona augeri: uictoria magiſ q̃ alia re acquiri: etenim duo eſſe: que parere uictoriam poſſint: animũ in hoſteſ: pudorem erga amicoſ. Itaq; unumquẽq; noſtrũ pauidũ: & impauidum eſſe oportere: & quemadmodũ quotienſ hoĩẽ intrepidum: audacemq; facere uolumuſ ĩ rebuſ trepidiſ ac formi/ dabilibuſ. eum cõſtituimuſ eoq; modo aduerſuſ metũ exercemuſ. Sic cum pauidum & uerecundum reddere ſtudemuſ. ad eaſ reſ eũ ducenteſ a quibuſ impudenteſ minime temperant. Nam q huiuſ certaminiſ experſ atq; inſuetuſ eſt. Plato inquit dimidio uirtutiſ carebit: nec perfecte temperanſ erit: qui non aduerſuſ uoluptateſ: libidineſ: cupiditateſq; multaſ ad impudẽtiam: iniuriã: cõtumeliã trahẽteſ: diu multũq; pugnauerit: tandẽq; uictor euaſerit: ratiõe officio: ſolertia: ſtudio: ſiue ioco: ſiue ſerio quicq̃ aut agit aut lo/ quitur. Quinetiam libro tertio eoſ: qui uarie rationiſ: rerum tum honeſtarum tum inhoneſtarum experteſ ſunt: perfectoſ uirtute eſſe non putat. Item ſeptimo ambo contraria cognoſci ab hoĩe

perfecte uirtutiſ affirmat:ſed alterum dútaxat agere:qđ bonum
eſt:alterú uitare quod malum. Eníuero cognoſcēda eſſe mala:nó
ut agantur:ſed ut uitentur: ſi quidem que ignoramuſ: uitare non
poſſumuſ. Seriam inquit rem ſine ioco:& contrariam prorſuſ ſine
contrario percipere nequit qui prudētem ſe facere ſtudet. Agere
uero utrunq; nemo poteſt:ſi quod in ſe uirtutiſ ſpecimen cupit ha/
bere ſed ipſiuſ rei cauſa noſſe contrarium conuenit:ne quid quod
minuſ deceat per ignorantiam uel faciamuſ.uel dicamuſ. Ad hec
cum in eodem libro de educatione liberorum ſcriberet & quēad/
modú aími iuuenú:ſublato clamore:ploratu:& querelíſ:tranqlli:
placidi:leti:fieri:poſſent doceret. Quod Cliniaſ adhibitiſ uolup/
tatibuſ effici poſſe dicebat. Equidē íquit minime id Clinie noſtro
dādum exiſtimo nam ſi ita agere ceperimuſ.omniſ liberaliſ edu/
cationiſ ratio peribit:mea quidem ſententia nec uoluptateſ recta
uiuendi ratio ſequitur:nec doloreſ prorſuſ uitandoſ ducit:ſed me/
diocritatem quandam amat: quod mitiori nomine dictum a me
uelim.quam quidem animi diſpoſitionem:dei etiam eſſe quadam
celebriſ oraculi fama recte ab omnibuſ exiſtimari poteſt. Hunc
habitum ſectari debet:qui uirtute diuinuſ eſt futuruſ. ergo ela/
borandum omnibuſ eſt ut nec ipſi ad uoluptatem procliueſ ſint:
nec alioſ ſiue ſeneſ:ſiue iuueneſ:ſiue mareſ:ſiue feminaſ:ita affici
patiantur:minime autem omnium:qui nuper in lucem ꝑdierint.
Tunc enim tenera etaſ facile moreſ imbibit·qui ita animo herēt:
ut nulla deinde ratióe poſſint aboleri. Sic Plato interitum iuuē/
tutiſ uoluptatem & putat & nominat:ſic omībuſ lociſ ei occurſat:
aduerſatur:exterminandamq; exiſtimat. Siquidem tertio quoq;
de republica libro dignoſ reipu.cuſtodeſ:hanc ſibi firmam tenere
opinionem ait ut quod reipublice proſit:id probent & faciát:qđ
obſit:id nullo pacto probare: aut facere uelint. Que opinio an
ſeruari quacunq; etate poſſit: experiendum eſt. Et quoniam hiſ
tribuſ rebuſ furto:ui fraude:amittere inuiti uere opinioniſ poſ/
ſeſſióem ſolemuſ:animaduertendú an ipſi non furtim: aut uerbiſ
perſuaſi:aut tempore obliti non per uim doloribuſ & cruciatibuſ
coacti:aut illecebriſ uoluptatú decepti:aut metu ꝑculſi:decretú
illud animi quod modo diximuſ ámiſerint:& uere opinioniſ poſ/
ſeſſionem. Item animaduertendum inquit eſt ab ineunte etate &
ꝑpoſitiſ quibuſdá negotiiſ í quibuſ qſ poſſit maxime decipi:obli/
uiſciq; eiuſ opinioniſ:quá ſeruare ſtatuerit:& memoré: cóſtanté:

cautum probare: immemorē: inconſtantem: incautum: reprobare oportere. laboreſ etiam & contentioneſ & doloreſ: adhibendi in quibuſ hec eadem obſeruētur. Necnon tertii generiſ id ē fraudiſ periculum faciendum. Velut qui pulloſ equinoſ ad ſtrepitū tumultūq; ductoſ: an timidi feroceſ ue ſint experiūtur. Sic homīeſ tenere etatiſ ad metuſ & pericula ducēdi ſunt rurſuſq; ad uoluptatē transferendi exquirendo etiam diligentiuſ q̄ de auro in igne fieri ſoleat an honeſtuſ eē poſſit: omībuſq; in rebuſ inuictuſ: ꝓbuſ ſui cuſtoſ & merito laudanduſ. Atq; eum qui ſine ulla culpa euaſerit: conſtituere principem cuſtodemq; reipublice decet: & digniſ eum honoribuſ: tum uiuū: tum etiam defunctum afficere. Cōtra uero: qui taliſ euaſerit: hunc reprobandum eſſe ac pro nihilo habendum. Iam ergo ſentire Platonem: quiſ non uideat: quoniam officia uirtuteſq; omneſ que ad moreſ pertinent: conſuetudine: actione: exercitatione: & oriuntur: & uireſ ſummunt: idcirco precipiendum eſſe: ut in oppugnandiſ propulſandiſq; uoluptatibuſ ciueſ exerceantur: quo earum illecebraſ ualeant ſuperare. At obiurgator que a Platone dicta recte ſunt: pro ſua conſuetudine: uel malignitate: uel inuidia peruertit: & ad libidinem ac uitioſam inſtitutionem transfert. Addit deinde ut calumnie ſue argumēta corroboret Platonem nudoſ adoleſcenteſ & puellaſ ſimul exerceri choreaſq; agere uoluiſſe. q̄propter exclamat proh nefaſ: nec fieri poſſe exiſtimat: quin iuuentuſ hunc in modum ſe exercenſ: libidiniſ ardore inflammetur. Noſ uero adoleſcentium puellarumq; nuditatem ueterem illam eſſe arbitramur: que ſine uitii ſuſpitione fieri ſolebat. Per multaſ enim nationeſ ita olim exerceri cōſuetaſ: omniſ hiſtoria teſtatur: nec ſolum extere inculteq; natiōeſ id fecerunt: ſed noſtre etiam: moribuſ & eruditione cultioreſ ut athenienſeſ: lacedemonii: macedoneſ: aliiq; complureſ: hi enim naturā ducem conſequebantur: que cum tam marem q̄ feminam nudoſ procreaſſet: ueſtem utriq; dedit: contra griguſ: rationem caſtitatiſ & continentie: contra luxuriam omnemq; libidiniſ cupiditatem: Itaq; exuti ueſtibuſ: illi ſe priſciſ temporibuſ exercebant: uirtute potiuſ q̄ lana operti. Nec uideo feminaſ noſtre etatiſ laceniſ illiſ caſtioreſ eſſe: que nō modo domi ſed etiam foriſ: femore: deducta tunica: nudato ſolebant incedere. Nec temporibuſ noſtriſ italice mulliereſ: que facie: collo: pectoreq; aperto ambulāt: magiſ ad libidinem: mouent hominē continentē: q̄ turce: que mēbriſ oībuſ.

obnupte domo prodeunt. Sic igitur ille q̃nq̃ femur: aut quoduiſ membrum detegerent: nihilo tamen propterea magiſ ꝓuocabāt ad libidinem uiroſ: qui ab ineunte etate continentiam fuerant ac temperantiam ſecuti. Valet etiam in hiſ plurimum conſuetudo: ita enim natura comparatum eſt: ut magiſ moueant: que raro ui/dentur. Quod ſi uiri illi crebro immo uero quotidie publico uſu: ea membra perſpiciebant: que hoc tempore detegi: obſcenū uide/retur: profecto credendū eſt: nō magiſ tunc illoſ moueri ſolitoſ: cum uiderent: q̃ noſ hac tempeſtate: qui nihil uidemuſ. Ergo nec ratione nature: quod ita ſtatuerit reprehendenduſ eſt Plato: nec primuſ hunc morē probaſſe dicenduſ eſt. Quippe ante eū Minoſ & Lycurguſ: ſapientiſſimi legumlatoreſ: non minuſ mulіereſ q̃m uiroſ curſu: paleſtra iaculo: ſaxo exerceri uoluerunt: ut Plutar/chuſ uir doctrina uirtuteq; ornatiſſimuſ teſtatur: nec ſolū recitat ſed etiam probat hunc morem: ea ſcilicet ratione ut liberorum ꝓ/creatio ualidum nacta initium in matre firma atq; robuſta quaſi ſolidiſ actiſ radicibuſ comodiuſ ꝓdeat: tum etiam matreſ ipſe cor/pore exercitato ac duro: faciliuſ. tolerare poſſint partuſ dolorē: & ſi quando reſ ita exegerit pro patria pugnare. Quod ſi tu re/prehendiſ inquit: & cauſam queriſ: cur uirgineſ nūde ſeſe exercere debuerint: diſce propterea ſic agendū fuiſſe ut que uireſ corporiſ: & animi uirtutem: non minuſ q̃ uiri capere poſſent: non ſecuſ etiā q̃m uiri erudirentur: Opinionem autem exterorum qui diuerſa ſentiunt: contemnunt: putanteſ eoſ ſub nomine honeſtatiſ uolup/tatem ſibi parare: dum mulіereſ: intra ſepta domuſ inexercitataſ continent: quo eaſ mollioreſ: candidioreſ delicatōreſq; efficiant. Quid preterea de legibuſ Lycurgi Plutarchuſ refert: reſpublica inquit lacedemoniorum q̃ diu legeſ Lycurgi ſeruauit: inter om̄eſ grecorum ciuitateſ principatum tenuit (anniſ fere quingētiſ) mox ubi eaſ negligere cepit: & cupiditate luxu: priuatiſq; ſtudiiſ reipu. curam omittere: eo decidit: ut qbuſ impare ſolebat: ſeruiret. Quid igitᷣ aduerſariuſ de Lycurgo dicet? qui uirgineſ nudiſ corporibuſ exerceri: certareq; inter ſe coram uiriſ precepit: nec animaduertit tam grauem eiuſ ſententiam: ꝙ pro libidine ſtatuſ reipublice in/terimeretur. At Lycurgum opinor laudabit: Platonem minime ut ſemper ſui ſimiliſ nullo in loco ſibi conſtet. Sed enim Plato qui Lycurgum ſecutuſ eſt: eadem qua Lycurguſ eruditione: atq; etiā integriore fretuſ: nō dubitauit corpora mulierum nudare: atq; ita

Lacedemonii regnavere inter omnes grecos annis fere quingentis

publice exercere. Nā ſi recte inqt iuueneſ educent̄ atq; erudiant̄:
bene ſe reſ habebunt. Sin minuſ taceo in noua republica ne tanq̄
in diuinatione ſuperſtitioſi mali aliquid ominemur: itaq; nō mō
adoleſcenteſ ſed etiam puellaſ armataſ proſilire: choreaſ inſtruere
ſaltitando exerceri: & quicquid ad bellum ac pugnam pertinet
meditari: & Lycurguſ & Plato precipiunt: nec rem aggrediunt̄:
quam natura muliebriſ ferre non poſſit. Iam enim & amazoneſ
rebuſ preclariſſime geſtiſ ſatiſ docuerunt: muliebrem naturam id
pati: & lacene poſtea ita exercitate: que de amazonibuſ dicta fu/
erant: confirmarunt. Vnde pulcherrimum illud Gorgōiſ leonide
lacedemonii uxoriſ dictum extat aduerſuſ eam: que ita dixerat:
ſole uoſ lacene uiriſ ueſtriſ imperatiſ: certe inquit. ſole enim uiroſ
parturimuſ. Apud lacedemonioſ id genuſ ſaltationiſ Lycurguſ
inſtituit: quam hormum dici Lucianuſ ī libro quem de ſaltatiōe
edidit: refert. Conſtituebatur id genuſ ex adoleſcentibuſ & uirgi/
nibuſ alternatim ad choreā diſpoſitiſ. Ducebat adoleſcēſ militarē
exercenſ peritiam: qua poſtea cum hoſtē inuaderet uteretur. Se/
quebat̄ uirgo modeſtia quadā in ſigniſ: & ſaltum femine decēter
agebat: ex qua re intelligebatur hormū conſtitui ex duabuſ illiſ
uirtutibuſ tempantia & fortitudine: qd̄ ſaltandi genuſ id fortaſſe
eſt: quod uetereſ romani Sicinum appellarunt: & in uſu frequē/
tiſſimo habuere. Virtutem igitur & eruditionem non inutilem
ſaltatio illa pre ſe ferebat: nō uitium ut dare probro aduerſariuſ
conatur. Cōmunionem etiam quandam & neceſſitudinem ad ma/
trimonia obeunda commodiſſimam: hinc fieri Plato dicebat: qd̄
aduerſariuſ irridet: q̄ſi nihil omnino ad futuri matrimonii rationē
conferat: conſpectuſ mutuuſ mariſ & femine: & uerba & geſtuſ
corporiſ & reliqua que experiri inuicē poſſunt: p̄uſq̄ matrimōio
copulentur. Atqui cōplureſ puelle pluſ uirtutiſ q̄ auri aut argēti
poſſidenteſ: cum pro dote uirtutem ſuā ita patefeciſſent ut Plato
conſulit: faciliuſ nupſere: q̄ que p̄grandi pecunia ſibi matrimoniū
queſiuerunt: laudandum preterea illud eſt: tam Lycurgi q̄ Pla/
toniſ conſilium: quod puellaſ quaſ ita comparere probabāt: neq̄q̄
ſine cuſtode eſſe uoluerunt: ſed delegerunt uirum etate p̄uectum
ex eo ordine unde ſummi magiſtratuſ creabantur: qui adoleſcētū
ac uirginū collegio preeſſet: & inhoneſtum aut turpe aliqd agē/
teſ puniret acerrime. Hunc Pedonomum Lycurguſ appellauit:
quem Plato nō minuſ quinquaginta anniſ natū eē uoluit. ciueq;

honeſtiſſimum eſſe: & legitimorum filiorum parentem ſtatuit: que
erudiẽde gubernãdeq; iuuẽtutiſ curam ſuſciperet ac ne ſenectute
quidem: & liberiſ & honeſtate contentuſ fuit: quanq̃ hec precipua
ſũt: uerum etiam addidit: ut qui huic prouintie prefuerit: omniũ
reipublice magiſtratuum ſummuſ habeatur: ortuſ inquit primuſ
uniuſcuiuſq; rei bene deprõptuſ pro ſue nature uirtute plurimum
ualet ad finẽ commodũ afferendũ: tam in ſtirpibuſ q̃ in omnium
animantium tum manſuetorũ: tum agreſtium genere: homo aũt
q̃nq̃ mite animal eſt atq; manſuetum: tamen ſi bene erudiatur. &
felici quadam natura preditum ſit: mitiſſimum & uere diuinum
animal reddetur: ſin minuſ omnium que natura ꝓduxit: maxime
agreſte euadat: neceſſe eſt. Quamobrẽ non ſecundo loco nec pro
re ſuperuacua educatio liberorũ habẽda eſt apud legũ auctorẽ.
Sed ante omnia: qui recte conſulit inde exordiri debet: ut ex ci/
uibuſ unuſ eligatur: qui omnibuſ in rebuſ uirtute preſtantiſſimuſ
ſit. Iſq; ſumma diligentia conſtituatur iudex: procurator: tutor:
magiſter iuuentutiſ & quinquennio magiſtratũ gerat. Mox aliuſ
eodem modo eligatur: quiq; officio ſuo recte functuſ eſſe cenſorũ
examĩe diligentiſſimo: q & ipſi ex ſummiſ debẽt eẽ magiſtratibuſ
decernetur. maximiſ donetur honoribuſ. Qui uero contra fecerit
ſũmiſ ſuppliciiſ plectatẽ. Quiſ igitur putet negligi poſſe iuuentutẽ
ab homine: prudenti: honeſto: annoſ quinq̃ginta nato: patrefa/
miliaſ: ſummo magiſtratu duntaxat ad quinquenniũ fungente
ſubtili examini ſubiecto & uel ſũmũ honorẽ uel ſũmã ignominiã·
recepturo: uſu etiã reꝝ prudẽte paterno· amore ꝓpinquo tẽpore
magiſtratuſ breui· ſolicito examiniſ expectatione cauto. nemini
ꝑfecto formidandũ eſt ne taliſ uir: ſũmo ſtudio: fide: diligẽtiaq;
ꝓcuret adoleſcentum & puellaꝝ pudiciciam: & eruditioni eorum
liberali q̃ntũ poteſt inuigilet. Primũ itaq; hoc ſtatutũ a Platone
eſt: ad ſeruandã iuuẽtutiſ honeſtatẽ. Secũdo ut qđ idem fere eſt.
iuuenũ animiſ ꝑſuaderetẽ nihil turpiuſ: aut ꝑnitioſiuſ eẽ: q̃ obſce/
niſ uoluptatibuſ ac libidinibuſ indulgere. Sed ꝑ̃ſtat uerba ipſiuſ
Platoniſ audire. Vbi inq̃t ad iuuenũ eruditionẽ ueni: aĩmaduerti
adoleſcẽteſ & puellaſ inter ſe ꝑ q̃ familiariter cõgredienteſ: atq; ob
eã rẽ: timui ut fieri ſolet: ne parũ frugi ea reſpu. eſſet: in q̃ adole/
ſcẽteſ & puelle robore corꝑiſ ꝑ̃ſtanteſ: ocioſi forẽt. & uehemẽtioꝝ
atq; illiberaliũ laboꝝ exꝑteſ: q̃buſ ꝑ̃cipue extingui uitioꝝ cupidi/
taſ ſolet: dediti etiã feſtiſ: & ludiſ: & choriſ: quo igitur pacto in ea

·IIII· S··VI·i

republica.iuueneſ abſtinere poterunt uoluptatibuſ que multoſ multaſq; impulerunt in mala poſtrema:cū aliaꝝ rerum:tum uel maxime amoriſ in puellaſ:aut qđ deteſtabiliuſ eſt ī pueroſ:& uel mulierū in uiroſ uel uirorum in mulıereſ:unde innumera damna extitiſſe hominibuſ & publice & ꝑuatim manifeſtum eſt:quo inq̄ cōſilio uitare tantū hoc malum licebit:aut quā medicinā tanto diſcrimini adhibere? Que cū dixiſſet habeo inqt:quo iuuētuſ nō quidē ī uita:ſed ſpōte ſua ſeſe cōtineat:quo etiā frater cū ſorore:pater cū filia caſtiſſime uiuant:& caueāt ſumope ne aut apte aut clā:cū ſimul cubant:aut quouiſ mō ſe inuicē tangunt.libidinoſe quicq̄ agāt:lex nimirū non ſcripta ſed uehemēſ hoc agit:& exiguū quoddā uerbū:omnē huiuſmodi uoluptatē pōt extinguere ſi uidelicet hec turpiſſima eſſe:nefanda:impia deteſtanda dicunť:ne id qdē raro ſed crebro ſermone uſurpať:ut omneſ ab ipſa natiuitate ſentiāt: omni tempore omni loco hec uituperari expui:exterminari:tū ꝑ ridicula quedā tū ꝑ ſtudia tragica:quotiēſ aut Tieſte:aut Oedipodeſ:aut Macarei cō cubuiſſe:clā cū ſororibuſ ſuiſ introducunť: & pacta re ſtatim ſibi mortem cōſciuiſſe:q̄ſi ſui erroriſ ac peccati penam ſibi ipſiſ digne decreuerint.Phame enim admirabiliſ quedā uiſ eſt.cū nemo cōtra legē dicere aliqd audet:& in unoquoq; tā ſeruo q̄ libero:tā puero quā muliere:deniq; in uniuerſa ciuitate:Phame ipſiuſ obſeruātia & cura:conſecrata lex eſt.ita.n.firmiſſima certiſſimaq; efficitur. Sic Plato de iuuentutiſ eruditione ꝑcepit:& ut honeſtaſ & cōtinentia ſeruaretur:ſummo ſtudio curauit. Verū aduerſariuſ neq; ueritatē cernere neq; Platoniſ rationē intelligere uideť. Poſt hec ſubiūgit Platonē legem laiā abrogaſſe:que igne cremādoſ ſanxerat:q nefariam in mareſ libidinē exercuiſſent:reuoluiť ſemp iſte eodē ſed noſ quoq;:quocūq; ſe uerterit ſeq neceſſe eſt. Non mō aūt reprobaſſe Platonem hāc legē aduerſariuſ ſcribit:ſed etiā turpē atq; nefandā libidinem nō ꝓhibuiſſe.imo ut clam patrari poſſet id ſceluſ conceſſiſſe:quod falſū eē aptiſſimū eſt. Nuſq̄.n.a Platone lex iſta abrogatur:aut tolliť:legē aūt laiā recte afferri poſſe Plato affirmat:ut que naturam ducē ſequuta mareſ maribuſ miſceri ꝓhibeat:idq; brutorū exemplo cōfirmet:apud que inauditus eſt adeo turpiſ nefariuſq; cōcubituſ.hāc igiť legē Plato nimirū approbat:& recta ratione conditā eē fateť. Vtrūq;.n.peccare:& dignū eē qui uitupeť exiſtimat.& eū q mare ꝑ femina utiť:& eū q uſū huiuſmōi fediſſimū

pſtat: alteꝝ q nefarie uoluptati cedat. alterū: q mutare ſexum & ex uiro inſtar femine fieri patiat: non tñ amorē omnē repben/dēdū: tollēdūq; eē dicit. Sed cū duplex amādi genuſ ſit: ut ſupiuſ declaratū eſt: alterū turpe: alterū boneſtū: turpe qdē eiciendum: boneſtum uero tanq̄ uirtutiſ alumnū ſeruandū cēſet. Diſtinguit itaq; Plato amādi rationē: & biptitū: qđ dixi: genuſ aſſignat: ita tñ agit: ut ſimul & lex laia ſeruetur: & genuſ amoriſ boneſtum: turpiſ illiuſ gratia non temere improbet. Quo in loco triplici illa ptitione amoriſ pulcberrime uſuſ eſt: quā ſecutuſ Ariſtoteleſ for/mā amari a materia ſcribit. Amorē.n. aut inter ſimileſ uirtute: ac pareſ eē: aut inter diſſimileſ atq; cōtrarioſ: cū alter alteriuſ egeat: quomō diuitē amari ab inope dicimuſ. aut ex utroq; iſtoꝝ con/ſtare quotienſ parſ diuerſa ad reſ ſuaueſ atq; iocundaſ bortatur: ſimiliſ debortat: fitq; ut mō buc mō illuc aĩmuſ trabat & pēdeat. quā diſſenſionē imagine etiā illa equoꝝ & ſpecie ſignificauit: cum alteꝝ equoꝝ pulcbꝝ corpuſ aſpicere: ad idq; potiūdū bortari & cogere diceret: alterum recuſare: debortari: obſiſtere: utpote non pulcbritudinē corpiſ appetentē: ſed animi elegantiā: & liberalem: uirtutiſ formā amantē. qđ ſi diuerſa amādi ratio ē: nō male Plato inqt. legē illā diſtinguere amorē debuiſſe: & pmū illū ex uirtute ortum cōcedere: reliquoſ duoſ pbibere: quēadmodū a Lycurgo quoq; reipu. lacedemonioꝝ auctore grauiſſimo: lege ante ſācitū fuerat: teſte Xenopbonte atbenienſi uiro illuſtri. Hic enim cum lacedemonioꝝ rēpu. deſcriberet. Lycurgi cōſiliū pbat: quo ratio/nem amandi diſtinxerat: & quomodo amandi adoleſcēteſ forēt: excōmoda laudataq; morū boneſtate deſcripſerat: cōmendaue/ratq; amorē ex uirtute pficiſcentē: alioquin nō minuſ abſtinere q̄ patrē a filio aut fratrē a fratre uoluerat. Ita lex laia a Platōe emendat: nō tollit: immo quod ad turpe amoriſ genuſ ptinet: & pbat & recipit in repu. & diligētiſſime ſeruat: pficit etiā addita illa parte putili: q̄ ſiue negligentia ſiue impitia ſui auctoriſ care/bat: ut ĩpbamia rerū eiuſmōi ab ineunte etate cognita & teneriſ adbuc animiſ cōcepta faciat legibuſ poſitiſ obtempare. Quaſ aūt legeſ de rebuſ uenereiſ ſtatuerit: & quēadmodū cōtinētie caſtita/tiq; cōſuluerit: iā uidetiſ. Qua in re ne qſ forte pluſ iuberi exiſti/maret: q̄ natura bumana uideret poſſe tolerare: exemplo uſuſ eſt Icai Tarētini. Criſoniſ: Aſtyli: Diopōpi: & alioꝝ athletarum qui tā&ſi robore: & bona babitudine corporiſ pnioreſ eē ad libidinē

uiſi ſunt: q̃ q corpore imbecilliori fuerunt tñ uictorie cupiditate
quã conſequi ex paleſtra cupiebãt: cõtinẽtiſſime uixerũt: nullam
alioqn animi eruditionẽ habẽteſ. qd' ſi eiuſmõi hoĩeſ inqt: ita faci/
ũt. lõge pfecto faciliuſ id facere poſſũt: qui pulcherrime omnium
uictorie cauſa aduerſuſ uitia pugnãt: ſeq; feliciſſimoſ ſperãt futu/
roſ ſi ſupatiſ uoluptatibuſ cõtinẽtie palmã obtinuerint: oportere
ait homineſ haud deterioreſ eẽ auibuſ: aut ceteriſ beluiſ: que inter
gregeſ ãpliſſimoſ orte: ad iuſtã uſq; etatẽ pcreande, pliſ caſte im/
maculateq; uiuũt. Vbi uero etatiſ iã ratio exigit: maſ cũ femina
& femina cum mare ſuauiſſime iungũt: atq; ita reliquum uite ſue
tẽpuſ: iuſte: religioſeq; uiuũt: ſũma fide: pma amoriſ ſui federa &
iura ſeruãteſ: oportere igit̃ hoĩeſ melioreſ beluiſ eẽ nõ deterioreſ.
Primã itaq; legẽ de rebuſ uenereiſ: Plato ſuiſ hominibuſ tulit: ut
a mariũ omĩq; contra naturã libidine pr̃ſuſ abſtineãt: & ab omni
ſolo in quo naſci nequeat: qđ ſatũ eſt. Secũdã ut ſi ſe nullo modo
cõtinere poſſũt: mariſ ſaltẽ nefandã & plenã ſceleriſ atq; abomi/
nãdã libidinẽ uitẽt: feminaſ aũt ſi q̃ſ libuerit: pter cõiugeſ: utpote
ancillaſ & pediſeq̃ſ: aut aliaſ cõtubernaleſ adeant qdẽ ue4 nõ te/
mere neq; ĩprudẽter: ſed ita ut ceteroſ lateãt: alioqn puari laude
ciuili: & notari ignominia debeãt. ſic Plato legitima4 uxo4 uſũ
paſſim cõcedit: reliq̃rũ phibet: uel ſi qd pluſ ueneriſ naturaliſ per/
mittit: nõ niſi cũ pellicibuſ domeſticiſ & clã & ut omneſ tam uiroſ
q̃ mulieres lateat: fieri iubet: eaſ causa ut pudore atq; ignominie
metu hoĩeſ raro auſint peccare. Sic. n. libro ſexto de legibuſ ſcri/
bit. Duplicẽ eẽ appetitũ in quo uirtuſ: uitiũ ue cõſiſtat: put qſq;
bene uel male inſtitutuſ eſt: alte4 uentriſ: alte4 ueneriſ: pcedit ille
edẽdi bibẽdiq; appetituſ: ſeqt̃ ſũmo cũ ardore: q̃ſi furiiſ hominem
agitãſ: uenuſ. Itaq; cõſilio opuſ ẽ: quo aĩmuſ a uoluptate ad uir/
tutem reuocet̃: qđ tribuſ illiſ pcipue fit: metu: lege: uera monendi
ratione. Hec Plato aduerſariuſ uero: que de feminarũ uſu ab illo
dicta ſũt: trahit ad mareſ: & Platõi obiicit: ꝙ mariſ uſũ cõceſſerit:
mõ q peccat: latere poſſit homo magiſ calũnie: q̃ ueritatiſ ſtudi/
oſuſ. Quod. n. Plato de femine uſu illicito puniẽdũ eẽ dixit: niſi
omneſ tam uiroſ q̃ mulieres lateat. hic ita accipit: ut ſiue mari ſiue
femina aliqſ libidinoſe utat̃: mõ id clã fiat: irrephenſibiliſ ſit: quod
certe fieri ſine ignorãtia: aut animi puerſitate non põt. Sed qd p/
terea Platoni obiciat: uideamuſ. Vetuiſſe hunc inqt: nec qſ ultra
decenniũ uxore uteret̃: ne ue pluref duobuſ liberoſ pcrearet: tũ

etiá ꝓhibuiſſe:ne patrimóia ſupra q̃tuor mnaſ augerẽt.ſup qbuſ
exclamat aduerſariuſ: & uerba inordinate de opulẽtia fúdit. Tú
moreſ Platoniſ hoc etiá loco uitupat. Sed maledicẽtiá aduerſarii
nihil:qđ Platóiſ moribuſ cóueniat exp̃mere:ſupra demonſtraui/
muſ.i q̃ re neceſſariú fuit pleraq; loca Platóiſ interp̃tari.ut latini
grecá ignorãteſ linguá:qd ex illiuſ ſentẽtia legerẽt:haberẽt.hoc
uero loco multorú íterp̃tatio minime neceſſaria erit:qppe ratio
ipſa reꝶ ſatiſ ſupq; erit ad Platoniſ defenſionẽ: quá qſq; ueſtrum
approbare facile poterit: etiá ſi plura Platoniſ uerba non audiat.
Eníuero nó uulgarẽ q̃ndá laſciuá:& diuitiiſ affluẽtẽ rẽpu.códit.
nó colluuiẽ paſtoꝶ aut ꝓfugoꝶ hoím q̃ſi in Aſylú cógregat:nó
mercatoreſ:ſartoreſ:tóſoreſ:nutriceſ:uectoreſ:hiſtrióeſ:ſaltato/
reſ:adulatoreſ:paraſitaſ:coq̃ne:& pompinaꝶ miniſtroſ:admittit:
ſed purá ſyncerá:ſine ullo fuco:ſine ulla labe uoluptatiſ:ciuitatẽ
cóſtituit:que oĩa ad humaná uitá neceſſaria abũde ſuppeditet:
ſupuacua & íutilia:que appetere deprauata natura cóſueuit:non
habeat:nihilo egeat:nihilo abũdet. Itaq; modú & pecũiſ & libe/
riſ ꝓcreãdiſ deſcribit:ne alterutra re uoluptaſ:que exitiú reip.eẽ
ſolet:cótrahat:aut p inopiá ꝓleſ numeroſior ali digne educariq;
nó poſſit:p̃ſerti tẽporibuſ belli difficilibuſ:& iniqſ:nó tñ duobuſ
filiiſ ꝓlẽ ad ſúmú determinat:ut aduerſariuſ fingit:ſed ut ſaltẽ duo
ſint liberi iubet:nec uetat ne qſ ulteriuſ ꝓcreet:ſed ne qſ minuſ q̃
marẽ & feminá habeat:edicit: q̃nq̃ nó quot qſq; uoluerit: ꝓcre/
ãdoſ cẽſet:ſed hunc ſtatuit terminú minoriſ numeri:qđ aduerſa/
riuſ intelligere noluit:& quaſi duorum dútaxat numerum Plato
p̃ſcripſerit:rep̃hẽdit. Ceteꝶ ſi cui ꝓcreatiſ iá liberiſ mare:& femĩa
uxor obierit:huic liceat nouercá ſuiſ liberiſ nó ducẽ:ſi ita libuerit
quẽ etiá locú male aduerſariuſ intelligit. nó.n.ne oío ducat no/
uerca Pla.iubet:ſed ſi͂ libuerit nó ducat:liceat tñ ducere:ſi uelit:
cú aduerſariuſ ítelligat:oío ne ducat Platonẽ ꝓhibere. uoluit ſãe
Plato poſtq̃ & nature ſatiſfactú:& reipu. mariſ & femine ꝓcre/
atióe:cẽſebat nouerce moleſtiá:que ſepenumero intolerabiliſ eſt:
p̃uigniſ:ſi ita patreſ uellẽt:auferre:officiúq; legúlatoriſ exiſtima/
uit. Id parentiſ arbitrio integrum relinquere:illud uero uetuiſſe
Platonẽ fateor ducere queq̃ uxorẽ niſi ãnoſ triginta:uel quinq;
& triginta natuſ eẽt:& nubẽ aliq̃ niſi uigeſimú:uel ſaltẽ duodeui/
geſimú annú exceſſiſſet.qđ eo cóſilio fecit ut florẽte etate:parẽtú
liberi robuſtioreſ ꝓcrearentur. etate.n.adhuc impfecta debileſ:

· 2 81 ·

· IIII · C · VII

infirmoſ: paꝝ uiuaceſ neceſſe eſt liberoſ ꝓcreari: q̄propter iā nec
ingraueſcēte iā etate: ꝓcreādē ſoboli indulgēdū arbitrat᷑. Vt.n.
iunioꝝ: ſic ſenioꝝ filii: paꝝ pfecti ualidiq; gignunt᷑. Quod Ari/
ſtoteli quoq; placere uidet᷑: cū libro politicoꝝ ſeptimo ita ſcribit.
Iuuenū cōiunctio uitioſa eſt ad ſobolē ꝓcreandā. Nam in omni
animātiū genere: ꝓleſ adoleſcētū impfecta eſt: magnaq; ex parte
feminea & pexigua orit᷑. Quamobrē hoc idem hominibuſ quoq;
accidat neceſſe eſt. Cuiuſ rei argumentū eſt: ꝙ in hiſ ciuitatibuſ in
qbuſ moſ eſt: adoleſcēteſ cū puelliſ nōdū uiro maturiſ: matrimōio
copulari hoīeſ impfecti: & parua ſtatura ſūt. Tū etiā in pturiēdo
uehemētiuſ laborāt puelle: magnaq; ex parte pereūt. Seniorum
quoq; impfecta eſt ꝓleſ: tū animo: tū etiā corpe: & ſicut iuniorum
ita etiā ſeniū lōge imbecillior ꝓuenit. etaſ / etiā ab Ariſtotele eadē
fere: que a Platone ſoboli ꝓcreande decernit᷑: femine.n. quintuſ &
uigeſimuſ ānuſ: mari qntuſ & trigeſimuſ ſtatuit᷑ (Cū igit᷑ tā Plato
quā Ariſtoteleſ: annū qntū & trigeſimū initiō ꝓcreādi tribuant:
neuterq; eoꝝ ſenioꝝ ꝓcreationē ꝓbet cur errare dicēduſ eſt Pla/
to. ſi tēporiſ ſpaciū quo ꝓcreari cōmode poſſit / decē aut qndecim
anniſ deſcripſit? quod ab aduerſario reprehēdit᷑: pfecto ſi animo
libero eēt: ſi recte iudicaret obiurgator iſte Platoniſ; nō tāta id
cū aſſeueratiōe rephēderet) opeſ aūt & diuitiaſ Plato de ſua rep.
eiicit: qa nouit hinc oriri ſeditiōeſ: cōtrouerſiaſ: odia: ſimultateſ:
inimiciciaſ: tū uero uoluptateſ: luxum: libidinē: & reliq̄ malorum
genera: que rēpu. peſſūdāt. & optimam quāq; ciuitatē euertunt.
Bonā.n. nō opulētā ciuitatē ſuā facere conat᷑: nec fieri poſſe ex/
iſtimat ut idē & ꝑdiueſ ſit / & uirtute pfectuſ: queādmodū ī ſacriſ
libriſ noſtre religiōiſ legit᷑: faciliuſ eē camelū p foramē acuſ tran/
ſire: q̄ diuitē ingredi regnū celeſte. Quā multa ī tertio de legibuſ
libro q̄ multa in qnto in octauo: in nono: de maliſ diſſeruit: que
a diuitiſ pficiſcūt᷑: que ut plixitatē fugiā: hoc loco ꝑtereo. qua/
draginta uero & qnīſ milibuſ locupletū cōſtituēſ ciuitatē nō exi/
guam: ut aduerſariuſ dicit: & cōtemnendā facit: ſed talem: que &
ulciſci uicinoſ: ſi iniuriā fecerint: & iuuare: ſi accepint ualeat. Nā
ſi de qnq; milibuſ familiaꝝ decēmilia ſtrenuoꝝ militū pficiſcunt᷑:
q tandē tot uiroſ: tā forteſ animo / tā corpe robuſtoſ: tā diligēter
eruditoſ atq; exercitatoſ: nec qdē mercenarioſ aut pegrinoſ: ſed
ciueſ: p patria: p uxoribuſ: p liberiſ: p laribuſ: & ſepulchriſ parē/
cū dimicāteſ: uincere ſupare ac pſternere poſſit? audiat aduerſariuſ

Etas mulieris et masculi nubendi

Res publica non debet esse multum opulenta.

ſi tñ aſſeq pót:qd Plato q̃rto de repu. libro de hac re dicat. Nam cú id de ciuiú inopia ſibi ipſe obiecıſſet:qđ aduerſariuſ affert:ciueſ ſcilicet inopeſ atq; egẽteſ impotẽteſ eẽ ad bellú gerẽdú:pſertim ſi aduerſuſ magná gentẽ atq; opulẽtá mouere arma cogunť:nulla inqt maior hac noſtra ciuitate eẽ poteſt:nec ulla alia ciuitaſ appelláda ẽ:ſed potiuſ ciuitateſ:q̃ndo ciueſ ipi partim diuiteſ partim paupeſ ſunt:eoſq; rurſuſ diſtrahi:in pluireſ ac uariaſ códitióeſ neceſſe eſt. Itaq; ciuitatẽ eiuſmói minime formidare debemuſ. facile .n. noſtri hoı̄eſ belli pugneq; pitiſſimi:diuiteſ illoſ parum peritoſ ſupabút:etiá ſi numero multo plureſ fuerint. Tum ſi noſtri ciueſ oratoribuſ miſſiſ ad alterá ciuitatẽ hec uere referát. Noſ quidem auro & argẽto nó utimur:nec faſ uti apud noſ eſt:uobiſ faſ uti: & licet. quod ſi amici & ſocii nobiſcú bellum aduerſuſ alioſ geritiſ: uoſ ſoli illorú diuitiuſ potiri facile poteritiſ:putaſne aliquoſ fore:q cum hec audierint:malint aduerſuſ robuſtoſ caneſ ac macilentoſ pugnare:q̃ pſidio boꝝ canú aduerſuſ pecudeſ pingueſ & teneraſ? Sic Plato ſacra illa ſentẽtia fretuſ:omne regnú in ſe diuiſú deſolabiť:nó dubitat quin ſui hoı̄eſ tam unanimeſ atq; cócordeſ facile debellare poſſint: diuiſoſ inter ſe hoſteſ atq; diſcordeſ: & animo: officio:rebuſ fere oı̄buſ diſtractoſ quá ciuiú cócordiá cómunitatemq; pfectá:quoniá in quocúq; populi numero ſeruari poſſe nó arbitrať:idcirco rẽpu. nó ãpliuſ augẽdá cẽſet:q̃ dum una eſſe ſeruariq; poſſit:& ſi magiſ creſcat:amiſſura ſit uireſ:qbuſ & ſe tueri queat: & alioſ ſupare. Quá ſentẽtiá Platoniſ Ariſtoteleſ quoq; ſecutuſ ſeptimo politicorú libro magnitudinẽ ciuitatiſ:non magno ciuiú numero:ſed uirtute deſcribit:de q̃ inqt urbe artificeſ multi: militeſ pauci pficiſcunť:hec magna eſſe nó pót. Neq;.n. numero populi maiore: magnitudo ciuitatiſ iudicanda eſt:ſed uirtute:ac moribuſ:qđ ſi quátalibet ciuitaſ:fungi ciuitatiſ officio pót hanc magná eẽ arbitrandú eſt. frequẽſ admodú illa nec recte quidem legibuſ regi fortaſſe poterit. Itaq; nullá ex hiſ que regi bene exiſtimanť rẽpu. uidemuſ. excedere numero:qnetiá ratione hoc idẽ cóſtat. Lex.n. ordo qdá eſt:& legiſ uirtutẽ:ordiniſ eſſe uirtutem neceſſe eſt. Numeruſ aút admodú excedẽſ:ſeruare ordinem non pót. Terre etiá ãplitudo q̃nta ſatiſ ſit iuſto ciuium numero: moduſq; ipſiuſ numeri ſtatui debet:& qdẽ tá a Pla. q̃ ab Ariſtotele recte ſtatuiť. Ná Plato qnto de legibuſ libro auctor inqt reipu. ſapiẽſ ãpliſſimá cóſtituere ciuitatẽ:cui iura daturuſ eſt:nó debet:

neq; uero opulẽtiſſimá: argẽtiq; & auri p̃diuitem: & plurimarum
nationũ terra ac mari dominá. Sed ut q̃optimã feliciſſimãq; cõ/
ſtituat: dare opã debet: q recte cõſulit: ptim. n. ex hiſ: que opta/
muſ: effici poſſũt: ptim nequeũt: itaq; ea que effici poſſũt: q cõſulit
uelit: at ea que fieri nequeũt: nec uelit fruſtra: nec tẽtet. Hoĩeſ
igit̃ ſimul pboſ feliceſq; effici poſſe mãifeſtũ eſt. at uero p̃diuiteſ
fieri: ſimulq; optimoſ ĩpoſſibile eſt: ſed ditiſſimũ quẽq; peſſimũ eſſe
neceſſe eſt. Auctor aũt legũ & reipu. eo ſpectat: ut ſua opa ciueſ
q̃feliciſſimoſ faciat. Ariſtoteleſ uero in eo libro quẽ mõ nomĩauit
officium inqt ciuiliſ inſtitutiõiſ eſt: quot q̃leſq; ex ratiõe nature
oporteat eẽ ciueſ: decernere: eodẽq; modo & q̃liſ terra eẽ debeat:
qnetiã ſecũdo libro de numero militũ agẽſ quoſ Plato qnq; mi/
libuſ conſtituerat: tot inqt militibuſ terra babylonia: aut aliquo
agro ſũme ãplitudiniſ opuſ erit: ex quo qnq; milia hoĩm ocioſoꝝ
uictũ querant: & cũ hiſ etiam numeruſ alter mulierũ famulorũq;
multo ãplior ali poſſit. Sic Ariſtoteleſ p terre ãplitudine modũ
numero hominũ inſtituit: & qdẽ parciuſ q̃ Plato facit. At obiur/
gator noſter Platonẽ rep̃hendit: fruſtraq; eum metuere dicit ne
ppter ciuiũ multitudinẽ uictuſ deſit: rẽ minime formidãdã qppe
lõge pluriſ facillime ali poſſe: nec ſolũ uictu neceſſario ſed etiam
delicato: & quibuſ Ariſtoteleſ uix a terra babylonia ſuppeditari
uictũ poſſe exiſtimat: eoſ immouero lõge plureſ ex eiuſ exigua
regiõe uiuere delicate poſſe affirmat ita q cũ Ariſtotele ſentire ſe
iactat: nõ minuſ. Ariſtoteli: q̃ Platoni diuerſa: & plane contraria
loqtur. Nunc qd de q̃ttuor illiſ ſiue oratoribuſ: ſiue impatoribuſ
athenienſiũ: Milciade: Cimone: Temiſtocle: Pericleſ ſcripſerit (plato) Pla/
tonẽ ingratitudiniſ arguẽſ (uidẽdum eſt) facinuſ ingratiſſimi atq;
iniqſſimi homiſ eẽ dicit eoſ uiroſ aſſentatoreſ appellare: & turpeſ
miniſtroſ & uoluptatũ auctoreſ: q ea tẽpeſtate q̃ reſpu. athenië/
ſiũ in ſũmo diſcrimĩe erat adiuuerũt ſeruarũtq; nõ mõ athenaſ
ſed etiã greciã uniuerſã (hoc aliud Platoniſ crimẽ ẽ (ſi aduerſario
credimuſ (atq Platonẽ hoĩeſ de rep. benemeritoſ laudare ſũmiſq;
extollere p̃coniiſ nemo q eiuſ libroſ legit ignorat (eoſ tñ bene de
repu. meritoſ putat q nõ mõ bona p patria ſed etiã bene egerint:
itaq; hoĩm ſalutẽ nõ ſũmũ bonũ (ſecũdũ uulgi opinionẽ) ſtatuit:
ſed ſalutẽ cũ uirtutiſ cultu & officio ſũmũ bonũ appellat. qppe ĩ
libro de repu. q̃rto ita ſcribit. Seruat ſepenumero nauẽ guberna/
tor magnoq; piculo eximit eoſ q nauigãt (uerum melioreſ non

reddit:ſic q rẽp. regũt uincũt qdẽ īterdũ hoſteſ: & populũ ſeruãt: ſed qm̃ eiuſ quẽ ſeruãt/praua explẽt deſyderia: & que iocũda/non que cõmoda ſũt/ſtudẽt adm̃iſtrare: neq̃q̃ bene mereri eoſ de rep. dixerim: īmo/uero male facere/ac uehemẽter errare. Equidẽ non inficior eẽ: q hoſtẽ ſuparũt: rẽpu. fecerũt opulẽtiorẽ: urbẽ muriſ auxerũt. edificiiſq; tũ publiciſ/tũ ꝑuatiſ ornarũt. Verꝝ nõ hoſ de ciuitate benemeritoſ dixerim/ſed eoſ q ciueſ ſuoſ boniſ moribuſ īſtituerũt: ingenue erudierũt: uirtutẽ docuerũt: probum denicq; unũquẽq;: & frugi: q̃ntũ in eiſ fuit/reddiderũt. (Nã q hec fecerint/ illud etiã nõ minuſ/ īmo lõge pleniuſ cõſequẽtẽ/ut hoſtẽ uīncere uitãq; omnẽ cũ ſũma felicitate agere poſſint. etenim ſi aliter ſer/uari patria: ornariq; ciuium beneficiiſ non poſſet: q̃m ſi gratificari unuſqſq; ſẽp & iocũda agere ſtuderet: ꝓfecto hac uia eũdũ eẽt: & ita regẽda gubernãdaq; reſpu. q uero ita gubernarẽt/ſũmiſ lau/dibuſ efferẽdi forẽt. (At ſi potiuſ ꝓbitate moꝝ/& uirtutũ/cõtingit populiſ ut hoſtiũ copiaſ ꝓſternãt/idq; ꝑſepe euenit ratiõeq; fieri ſolet cõtra uero ꝑraro uictoria fortũaq; excipiẽ: cur eoſ q utrũq; ſimul: uirtutẽ ſcilicet: & potentiã: ſuiſ ciuibuſ peperũt: hoſ nõ lõge anteponẽdoſ exiſtimẽ: q alterũ dũtaxat: & qdẽ deteriuſ reipu. ꝑ/ſtitere? Hac igitur lege & optima regula exq̄rit Plato: recenſetq; uiroſ quoſ mõ nom̃iaui: in ſermõe eo q Gorgiaſ īſcribitẽ: de qbuſ uiriſ teſtatẽ: ꝓfecto ꝙ clari imꝑatoreſ fuerint: ꝙ uictoria potiti triũphum meruerint: ꝙ rẽpu. ſũmo diſcrimine liberarint. ꝙ uero uirtute nõ minuſ cũ ſuiſ hom̃ibuſ/q̃ ꝓ hiſ cũ hoſtibuſ dimicauerit: ꝙq; uincere ac refrenare ſuoſ potiuſ appetituſ/q̃ hoſtiũ impetum docuerint: teſtari nõ põt. Cũq; eoſ animaduertat ī adminiſtrãda repu. multa temeritati plebiſ cõceſſiſſe: multa ne diſplicerẽt ꝑter/miſiſſe: pleraq; etiã: ut populo gratificarentur/iocũda/q̃q̃ noxia eẽnt/adhibuiſſe: recto phĩe ſtudio ad ea reꝑhendẽda duci uidetẽ. Itaq; a Callicle cũ quo Socrateſ diſputabat uerã illã reꝑhendẽdi rationẽ accipit. que duplicẽ opã animo adhibẽdã ſtatuit: alterã a cõſilio & ſolertia ꝑficiſcẽtem: que ut ꝓbuſ efficiatẽ animuſ/ſuſcipi ſolet: alterã que qd animo ꝓſit minime curat: ſed quẽadmodum uoluptate affici poſſit: ſtudet: opãq; hãc aſſentationẽ/ſiue adu/lationẽ: tũ corpi tũ animo inq̄t adhiberi: & oratoreſ magna ex parte in adminiſtrãda repu. hãc opam nauare: omiſſaq; cõmuni utilitate cõmodiſ ſuiſ dũtaxat conſulere. q̃ culpa ne eoſ qdem de qbuſ ſermo habetur quattuor uiroſ caruiſſe: nõ enim uera dicendi

facultate uſoſ fuiſſe: ſed ea q̃ oblectare potiuſ populũ: q̃ emẽdare
uiderent: que a Demoſthene quoq; oratore grauiſſimo dãnatur:
cũ eoſ oratoreſ rep̃hendẽdoſ putat: q id fere ſciſcitant̃ apud po/
pulũ: qd ſcribã? qd placeat? qd gratificer? qđ ſi qſ uiroſ iſtoſ tueri
uolẽſ: uictoriam narret: & tropbea: & triũpboſ: impatorų officia
hec eẽ aut tempoų & p̃ſẽtiſ neceſſitatiſ munera Plato reſpõdebit:
que a ſe quoq; laudẽt: ſed qm̃ q exercitũ feliciter duxerũt: uiroſ
ſe bonoſ p̃ſtitẽt: & bello iã pacto ſeſe ad reipu. gubernacula cõ/
tulere: fũcturoſq; bonoų uiroų officio in ea quiete ac tranquille
admĩſtranda polliciti ſũt: dicat nũc: q patrocinũ eoų ſuſcepit: qd
egerit: demõſtret nihil eoſ feciſſe rep̃hẽdẽdũ. & .n. Plato minime
curaſſe uiroſ iſtoſ: qđ in p̃miſ curandũ erat arbitrat̃: ut ciueſ mo/
ribuſ melioreſ uirtuteq; animi preſtantioreſ euaderent/ Sed late
populo cõceſſiſſe ocia: luxũ: cupiditatẽ: dicacitatẽ: ſupbiã: pmul/
taq; alia uitia: qbuſ athenĩẽſeſ infenſi ſotiiſ ſeditioſiq; inuicẽ facti:
tãdẽ perituri eẽnt. An uiri iſti loq̃r. n. Platoniſ uerbiſ ſtatũ reipu.
emẽdare ſtuduerũt: ut melioribuſ legibuſ iuſticia & uirtuteſ reli/
que colerẽt? An honeſtiore unq̃ ſiue cõmodiore pugne genere q̃
nauali ciueſ ſuoſ exercuerũt: ut ſi q̃ndo arma uel macedonũ uel
romanoų aut alioų mortaliũ terra inualuiſſẽt: nõ deeẽnt q for/
titer poſſẽt obſiſtere. Iã pugna terreſtriſ apud Marathonem: &
apud plateaſ acta potiuſ: q̃ naualiſ apud Salaminẽ: aut Artemi/
ſiũ rẽ ſeruauit: & tñ nihilo diligẽtiuſ terra q̃ mari nauare operam
q̃ttuor illi uiri cõſuluere: immouero nauiũ numeų lõge ampliuſ
auxerũt. & dũtaxat rẽ naualẽ maiorẽ in modũ ãplexi ſũt: quaſi
duplex hoc cõſiliũ eẽt: aut nauali pugna ſẽp decernere: aut ſi qſ
a terra inuaderet: claſſe p mare fugere & in aliũ locũ migrare. hec
Plato q̃ttuor illiſ uiriſ obiicit: que ſi ita ſe habent/haud iniuria id
facit. ſin minuſ expõere ea p̃mũ aduerſariuſ deberet/qbuſ mẽtiri
Platonẽ oſtẽderit: tũ eũ rep̃hẽdere. Veų dicere iſte pmulta põt.
nõ piſſe aũt rẽp. athenĩẽſiũ: cõſilio prauo: & eoų uitio q ciuitatiſ
gubernacula tenebãt: nũq̃ poterit oſtẽdere. Sũma igit̃ crimĩſ qđ
a Platone obiicit̃ hec ẽ: q̃ttuor illoſ uiroſ populũ cuiuſ curã ge/
rebãt/nõ reddidiſſe uel moribuſ meliorẽ/uel ſolertia cautiorẽ/uel
induſtria ualidiorem: idq; pmultiſ ratiõibuſ explicat in eo ſermõe
quẽ gorgiã inſcribi ſupradiximuſ. nec ppterea ingratitudiniſ/aut
inuidie dãnanduſ ẽ Plato: ſed potiuſ laudãduſ/qđ & moų pbitatẽ
exigat/& cõſilii cõmoditatẽ/que reſ cũ apud omneſ proculdubio

.iiii. c. ix. . 286..

pbēt̄ fruſtra aduerſariuſ conat̄ oſtēdere athenīēſeſ culpa eoꝝ:q̄ rēpu. regebāt minime puſſe:cū ſe bonoꝝ moꝝ auctoreſ & com/modiſſimaꝝ reꝝ magiſtroſ pſiterēt̄. ueꝝ ne ſolū q̄dē Platonē de hiſ q reipu. athenīēſiū pērāt:ita ſēſiſſe animaduertimuſ. Cū Ariſ/toteleſ quoq; ſecūdo politicoꝝ libro idē p̄ ſe ferat. Tribunoſ inq̄t rectoreſq; plebiſ ī pſētē popularē ſtatū rēp. detuliſſe cū populo tāq̄ tyrāno gratificarēt̄. q̄m Solon forū iudicibuſ ſorte ſumēdiſ ex oībuſ cōſtituēdū cēſuiſſet:id q; ualeret. ſenatū. n. areopagitaꝝ inq̄t Ephialteſ diminuit & Pericleſ iudiceſ uero mercenarioſ Pe/ricleſ inſtituit. atq; in hūc modum unuſqſq; tribunuſ & rector ad pſētē popularē magiſtratū rē auxit. qđ q̄dē minime ex Soloniſ ſētētia uidet̄ accidiſſe:ſed caſu potiuſ atq; euētu: populuſ. n. q cā fuerat ut pugna nauali medorū copie ſuparēt̄:elatuſ animo ex/ercere ſupbiā cepit. & ſuo arbitratu tribunoſ ſibi rectoreſq; cōſti/tuit:īproboſ aduerſuſ pboſ:q bene rēp. admīſtrarēt. Quarto etiā libro populū non legibuſ obtēpantē:ſed ipſū p̄ncipē rerū omniū cōſtitutū īprobat: & tribunoſ rectoreſq; ab eo declarari dicit:qui idē apud populū faciāt:qđ aſſētatoreſ apud tyrānoſ facere con/ſueuerūt. & n. plebiſcita oīa neglectiſ legibuſ ad populi poteſ/tatē deferri: pptereaq; uſu uenire ut rectoreſ ipſi magni efficiāt̄: cū populuſ reꝝ oīm domiuſ ſit:populi aūt uolūtati ipi dominēt̄: q rēp. gubernāt & regūt. ſic Ariſtoteleſ eoſ:quoſ Pla. oratoreſ re/phēdit:quē ſi nemo pptera uel inuidū:uel ingratū appellat:cur aduerſariuſ Platonē ea cā īuidie atq; ingratitudiſ tāq̄ deterrimū hoīem arguit: & q̄ntū pōt īſeq̄t ?nec ītelligit ea: que in Platonē dicit. Ariſtoteli quoq; obici poſſe. q̄ppe Ariſtoteleſ non minuſ q̄ Plato officiū tribunoꝝ pl. & reip. rectoꝝ eē dicit:ne multitudini adulēt̄:ne aſſentēt̄:ne gratificēt̄:ne reſ iocūdaſ:ſed cōmodaſ cō/ſulāt atq; ſuppeditēt:ne pprijſ ſed publiciſ cōmodiſ ſummo ſtudio uigilātiaq; incūbāt:cū q̄ttuor illoſ oratoreſ crimīe neq̄q̄ caruiſſe arbitratur. ueꝝ neq; Plato neq; Ariſtoteleſ accuſādi ſūt:ſed ambo laudādi q ueritatem dūtaxat cuiuſ indagatoreſ erāt reſpiciēteſ pbōrū officiū pſoluerūt. Poſt hec alia quoq; crimīa aduerſariuſ adducit: ꝙ Plato ciuibuſ ſuiſ abuti uino: & hebrietati indulgere cōceſſerit: lōgūq; ac plixū de ea re ſermonē habuerit. ꝙ deum ſe appellari queſierit: hō alioq̄n ſtultuſ: & leuiſ q nulliſ aliiſ litteriſ q̄ legibuſ ſuiſ inſtitui iuuētutē iuſſerit ꝙ deniq; tm̄ mathematiciſ di/ſciplīniſ tribuerit:ut nullā alicuiuſ rei curā ſuſcipi ab ullo cōmode

De Vino.

poſſe exiſtimet: niſi ſit mathematicis diſciplinis recte iſtitutus. hec obiicit et ſuo more uitupat: pti puertēs uerba Platōis: pti addens aliqd: aut minuēs: dū iſatiabilē illā maledicēdi ſiti poſſit explere. Primo aūt quō deū ſe appellaſſe Platonē uelit: et unde id accepit audite. Plato a Clinia interrogatus: an effici poſſet: ut cōuiuia et edendi bibēdiq; ſotietas ad uſū ciuilē rectāq; erudiendi rationem publice cōferrēt: rñdit: certū qcq̄ de his rebus aſſerere nō ſuū eſſe: ſed dei īmortalis. Tū ita eē ut tēpeſtiua cōuiuia iuuēt ſuo iudicio oñdit: hic aduerſarius arguit: ꝙ deū ſe fecerit: et cū iudeis clamat: crucifigat̄. Uſq; adeo uerboꝝ rimator: & cōſequentiarū acutus artifex ē: ut ſeq illud ſolus ipē aīaduertat: qđ nemo alius unq̄ uidit. Deo igt Plato tribuit eius rei cognitionē: quā ipſe exponere uoluit: ergo deū ſe ipſe fecit. O nouū argumētandi genus: o dignā demōſtrationē atq; ꝑclarā: qs tā firmā ac ſolidā argumēti uim infrīgere: et tā inexplicabilē ꝓbādi rōem diſſoluere poſſit? At non ſeqt̄ bone uir ut deū ſe faciat: q cū deū dixerit: ueritatē rei noſſe nihilominus eā q̄ntū humano ingenio aſſeq pōt: īueſtigare atq; apire conat̄. Cognitio.n.quā deo tribuimus: ea certior ē.quā ſibi hoīes uēdicāt. Itaq; ut certiſſīa illa dei ſciencia carere ſe Plato fatet̄: ſic humanā: quā attīgere pōt expōit: et ꝓ uiribus: ut homo: nō ut deus: docet. Cum.n. de uini uſu diſputaret̄: qui ſi modicus et mediocris eſt: ꝓdeſt: ſin uero īmodicus detrimētū affert: nō facile ꝑ ſua modeſtia ſuſcipe uini: haud ſatis honeſti nōis patrocinium uoluit. Sed paulatī ipā differendi rōe ducit̄ ut modici uini uſum cōprobet: qđ ꝑuſq̄ faciat ad eū q interrogauerat: an uini uſus ad mores: ad ptiā: ad ualitudinē: ad ciuilē uſū adiumēti aliqd afferret ita rñdet. Quid ueri certiq; ea de re dici poſſit: deus ſcit. Varia.n. hoīm ſentētia ē: qd ego qdē ꝓbē: pace oīm explicare: ut opinor: potero. Hāc ptē: qd ego qdē ꝓbē: aduerſarius tacuit: ut ſuā calūniā faceret ueriſimiliorē: eteni qđ cām apit: cur ipē: qđ ad deū refert exponat: hoc ipſū eſt. Sed certā inqt ueritatē queris amice Clinia nō puā rē: nō uile negotiū: nō ſatis homini cognitū ſcire cupis. Deus.n. unus id nouit: cuius id noſſe intereſt: q unus ueritas ipā: et ē et appellat̄. At ſiqd mihi ex hoc humano īgeniolo uideat̄: dicendū ē: dicā ut opinor ſi placet: abſq; hoīm moleſtia. Quid queſo his uerbis Platōis modeſtius dici pōt? qd moderatius? qd ab īſolētia magis alienū? Verū tñ aduerſarius ut arroganter dictū uitupat: et Platonē obhāc rē feciſſe ſe deū exclamat. Nec minus

Proſeqt[r] diſputationē de vino

mentīt: cum Platonē magnā operiſ ptem conſumpſiſſe diſſerendo de uſu uini: et temulentiam cōceſſiſſe hominibuſ dicit. Parſ: quam ipſe reprehendit et ſextam eſſe aſſeuerat: uix decima totiuſ operiſ parſ eſt: eiuſq; partiſ exigua quedam particula eſt: in qua de uini uſu tractatur. Reliqua de erudiendi ratiōe et muſica inſtitutiōe ſcribuntur. Cum enim parſ liberaliſ inſtitutioniſ ſit ipſa uiuēdi ſobrietaſ: et cibi potuſq; moderatio non immerito addi uidetur in ipſa erudiēdi rōe. Quod tñ in primiſ conſyderatur et agitur ipſa eruditio publica eſt: quā ſi in toto etiā ope tractari aduerſariuſ uere diceret: nihil tñ eſſet qđ poſſet iure repreēhdi: ſiquidem totū opuſ eo ſpectat: ut ciueſ bene inſtituant: erudiant: ornent. Vereor inqt Plato ne de uinolētia parua re: multa dicere: ac plixiuſ q̃ debeā pgredi uidear: quanq̃ uſuſ ipſiuſ tempari emendariq; ſatiſ debita nature rōe non poteſt: niſi muſice ratōiſ integra pceptiōe q̃ſi cōcinnior efficiat: que muſice ratio abſq; uniuerſo erudiendi negotio tradi nō pōt: ūn fit ut pmulta dici neceſſe ſit. De muſice igit erudiendiq; rōe ſermo habet: in ea pte: quā aduerſariuſ dūtaxat uino tribuit: nec indecēſ eſt Platonē de cōuiuiiſ et uini uſu eo loco diſſerere: q̄nquidē legūlatoriſ officiū eſt conuiuioꝝ quoq; et uini uſum legibuſ pſcribere: qđ et Lycurguſ apud lacedemōioſ fecit: et rome ſodalitateſ Catōe queſtore conſtitute ſunt: quanq̃ ſemper in uſu maiorum fuere tēpeſtiua cōuiuia et ſolatia quedā ad publicam eruditionem accommodata. Quammulta hoc loco Plato de diſciplina ciuium docet: q̃ bene iuueneſ ſuauiſſimiſ moribuſ inſtituit muſice roēm cōmendat: uſum uini honeſtiſſimū: & tū ad ualitudinem corpiſ: tū ad animi facilitatem: et moreſ accōmodatiſſimum tradit? Nemo profecto eſt: qui eiuſ ingeniū non admiretur: et ſumma cum laude commendet: ſolo aduerſario excepto: qui hebrietatiſ et temulētie noīe uocat tēpeſtiua cōuiuia et ſodalitateſ: quaſ more lacedemoniorum romanorū: reliq̃rūq; honeſtiſſimaꝝ nationū cōmodiſſie cōſtitutaſ ad publice diſcipline uſum: et mutuā ciuiū gratiā et charitatē accepimuſ de qbuſ Cato: quē modo nominaui apud. M. Tulliū in eo libro: q de ſenectute inſcriptuſ eſt: plura cum ſumma approbatione: et laude diſſeruit. Pluſcula etiā ex Platoniſ ſermōe hoc loco interptemur oportet ut clariſſime: quid ille de ingenua ciuiū inſtitutione de conuiuiiſ publiciſ: de uini uſu: ſcripſerit: uideat: & iniqua aduerſarii calūnia deprehendat ab omnibuſ. Quē locū non ita a me poſitum uelim:

q̃ſi eodẽ quó a me ꝑfert̃ ſermõe Plato ſcripſerit: nã que de hac re pluribuſ ille locıſ diſſeruit: noſ ſimul texenteſ ab illo dici oñdimuſ ne uel plureſ libroſ enumerare cogeremur: uel inqt ſepiuſ interponeremuſ. Cũ lacedemoniuſ ille hoſpeſ: q apud Platonẽ diſputat: haud q̃q̃ licere ſuiſ hoĩbuſ diceret: p temulẽtiã debacchari quomó athenienſeſ feſtiſ diebuſ liberi patriſ agere cõſueuerũt. Plato ita rñdet: ut ſi qd pr̃ia minuſ honeſte fateret: nó illico ſtulte ĩſultãdo repꝛehenderet: ſed modeſte prudẽterq; corrigeret: et diſtĩguẽdi rationẽ: q̃ ꝓmuſ ipſe teſte Eudemo doctiſſimo uiro indiſputãdo cõperẽat explicaret: et qđ ex ea re ad uirtutiſ officiũ capi commode poſſet: oſtenderet. Ita. n. inquit. nec uinolẽtia: nec quiſ ex more uſuſ laudãduſ om̃ibuſ ĩ rebuſ: aut uitupanduſ mox eſt. Sed ante aĩaduertendũ eſt: q̃ tandẽ cã ſeu rõe id agat̃: et qũo: qbuſ pſoniſ: cũ qbuſ: quo aĩmo: affectu: ſtudio: tpe: loco. Vt. n. ſi aliuſ cultũ capraꝝ: et poſſeſſionẽ eiuſ gregiſ ꝓbat uſuiq; eẽ et cõmodo arbitrat̃: aliuſ cũ capraſ ſine paſtore depaſcẽteſ per ſegetẽ frugeſ uaſtare uiderit: ĩprobat: et omnẽ pecudẽ damnat: ꝙ aliq̃ſ errare: atq; obeſſe: uel ſine paſtore: uel prauo cũ paſtore aliqñ pſpexit: ſententiã nõ eiuſ q damnat pro recta accipimuſ: ſed illiuſ potiuſ: qui probat: et quẽadmodũ grex colenduſ ſit: ꝑcipit. Sic ſi qſ ciuilẽ aliquẽ cetũ: qui regi ſuo magiſtratu cõmode põt: quia peccantẽ uidet ꝙ aut magiſtratu careat: aut prauo gubernet̃: idcirco uituperat: nõ iudicium eiuſ probandum cenſemuſ: ſed expectamuſ conſiliũ illiuſ qui et rẽ ſeruet: et uſũ corrigat. Conuiuiorum itaq; et ſodalitatum coetuſ: ſi quo ad eiuſ fieri poteſt: probe cõſtitutuſ: magiſtro prefecto ſermõe adhibito: reliqſ officiiſ cõſeruatiſ: iure adhuc improbari põt: recte uitupeſ. At ſi male ĩſtitutũ et temere ſine magiſtro congeſtũ: tumultuantẽq; cõſpitiẽſ aſpernariſ: neq; rem ſed modũ cõſyderaſ haud recte faciſ: ita. n. unaqueq; reſ mala iudicaret̃: quotiẽſ bonuſ princepſ ac dñſ deeſſet. Et poculiſ igitur magiſter ac princepſ cõſtituẽduſ eſt ſobriuſ: ſapienſ: erudituſ: nõ temulentuſ et ſtultuſ. Nam ſi q preeſt hoĩbuſ liberaliuſ p cõuiuii licentiã potãtibuſ: non ipſe ſobriuſ: ac ſapiẽſ fuerit: ſed uel temulẽtuſ: uel impituſ iuueniſ: ac temerariuſ: nimirum fortunatuſ hic erit: niſi tetrũ aliqd ſceleſtũq; cõmiſerit. Cogitandũ ẽ igit̃: an ex conuiuio recte inſtructo boni aliqd uel publice uel ꝓuatĩ poſſit accidere. Nam ſi unuſ quilibet ex ciuiũ numero recte inſtitutuſ profecerit: aut etiã ſi cetuſ aliqſ ad choreã agẽdã bene cõpoſituſ:

De ꝓbatione conuiuior.

De Chorea q̃ a platone ꝓbat.

probatuſ fuerit: parū utilitatiſ hinc rei.p. Forte manifeſtū ē. At ſi uniuerſam erudiēdi rōem: et publicā diſciplinā tractamuſ: Facile magnū aliqd ciuitati ita afferri poſſe dixerimuſ: ut.ſ. ingenue inſtituti uiri boni efficiant. Taleſ autē facti cū ceteraſ reſ preclare agere: tū hoſteſ ſupare facile poterūt. Quod ſi hec ita ſe habent: qd uerū certūq; ſit: deuſ nouit. Quid ego ſentiā ſi dicēdū ſit: pace oīm dicā. Sed uereor ne de uinolentia: parua re: plura dicere: plixūq; ad modū ſermonē pducere uidear: q̄q̄ uini uſuſ temperari emendariq; ſatiſ debita nature rōe non poteſt: niſi integra muſice pceptiōe cōcinnior efficiat: que abſq; uniuerſo erudiēdi negocio tradi nō pōt. Vnde fit ut p multa dici neceſſe ſit. Dicendū tñ ē: & pmū quid eruditio ſit: et quā uim facultatēq; habeat definiendū. Ea igit̄ inſtituendi unica rō: que p uirtutē educationēq; liberalē cupiditatē i aīmiſ iuuenū parit: ut ciueſ optimi efficiant: et iuſte cū impare: tū impari cōſueſcant. Eruditio appellāda eſt: que aūt ad rē pecuniariā ptinet: aut ad corpiſ uireſ: aut ad ullā ſolertiā: iuſticie mentiſq; exptem: hāc illiberalē eſſe ac ſordidam: nec eruditioniſ noīe appellandā exiſtimo. Ergo nullo in loco erudiendi rō contēnenda eſt. Quādo qdē oīm rerū pulcherrima cōtingere homini pōt. Preterea meōria repetendū eſt: qd̄ ante cōceſſimuſ: uiroſ eſſe bonoſ q cōtinere ſeſe ſibiq; dñari poſſūt: maloſ: q id nequeūt facere. Sed qm̄ unuſqſq; noſtrum q̄q̄ unuſ eſt: habet tñ ſecū duoſ comiteſ q̄ſi cōſultoreſ ſibiq; īuicē aduerſoſ quorum alterū uoluptatē alterū dolorē uocamuſ: tū etiā metū habet et fiduciam. Ad hec rationē cogitādi: qd nā ex iiſ meliuſ: qd ue deteriuſ ſit: que quidē rō redacta in decretū ciuitatiſ publicū lex dicta ē. Ergo hi affectuſ: q̄ſi nerui et funeſ qdā tendenteſ in nobiſ conuellunt: cōtraq; uiciſſim ad reſ agēdaſ cōtrariaſ retrahūt. Quo fit ut rei rō cuiuſ uirtutē pſcriptā habemuſ: in retrahēdo eniti debeat: et nūq̄ qui aduerſuſ alteroſ neruoſ contēdat: deſiſtere: eadēq; ipſa cogitandi et renitendi rō: aurea: ſancta: et auguſta nomen legiſ coīſ rei.p. accepit. In hac.n. uel illud aptiuſ intelligi pōt: qd ſignificet: cū quēpiā ſeipſo ſupiorē aut inferiorē dicimuſ. Enimuero ſinguli quiq; homineſ ueram rōem quā ex hoc renixu ſtatuerūt ſequēteſ uiuūt: et ciuitaſ lege quā recepit: uirtutē probat: uitiū reprobat: recteq; cū ceteraſ reſ: tū uini uſum: de quo dicere incepimuſ: qūo bonuſ maluſue ſit: pōt iudicare. Confeſſum itaq; id accipimuſ: liberiorem uini uſum: uoluptateſ doloreſ: iraſ: amoreſ: reliq̄ſ animi

Duo Comites hominum voluptas, Dolor, Metus, fiducia

Effectus vini

affectioneſ intendere atq; augere:quaſi habituſ eorum hominũ: qui hauſerint eo uigoriſ redeat:in quo erat tẽpore iuuenilis etatiſ proptereaq; homineſ continere ſe nequeãt. Quod tã graue malũ an aliquid nobiſ commoditatiſ afferre poſſit:animaduertendũ ẽ.

Quomodo exercitatio corporiſ licet hominem feſſum:debilem: imbecillum reddat: et quomodo epotum medicamẽtum:q̃q̃ extenuat corporiſ uireſ atq; debilitat nihilominuſ futuri commodi gratia in uſum recipiunt. Nam ſi pari ratione ex uino utilitatiſ aliquid percipi poteſt:ſatiuſ iſtud fieri dixerim:quando quidem exercitatio corporiſ nõ ſine labore moleſtiaq; cõtingit:uini aũt uſuſ maiori facilitate ſuſcipitur. Cũ itaq; duplex ſit timoriſ genuſ unum quod expectatio mali eſt:alterum quo ne dicendo aliquid aut agendo tanq̃ mali reprehẽdi poſſimuſ formidamuſ ſimul atq; cauemuſ: qđ genuſ pudor ſeu uerecundia dicit̃:contrariamq; ſibi habet impudentiam: et cũ alia ſumma bona:tũ uictorie ſalutiſq; munuſ preclarũ adhibet:hinc porro fit:ut uini uſuſ:ad hoc bonũ comparandum: dignoſcendamq; animi naturam:utrum idonea:nec ne ſit:non parũ mea ſententia cõferat. Ita enim uelim cõſydereſ.

Que pariũt uictoriam:duo ſunt:animuſ fidenſ aduerſuſ hoſteſ: timor ſeu pudor erga amicoſ:ita ut unuſquiſq; noſtrũ:et impauiduſ pauiduſq; et fidenſ ac uerecunduſ eſſe debeat. Quapropter quemadmodum cum impauidum aliquẽ reddere uolumuſ:in rebuſ formidabilibuſ atq; horrendiſ eum conſtituimuſ:ſicq; ſalubri lege eum exercenteſ: talem reddimuſ. Eodem modo quẽ pauidũ ſeu uerecundũ facere ſtatuimuſ:ad reſ minuſ pudicaſ ducimuſ:et in medio earũ illoſ probanteſ ac uoluptatibuſ opponẽteſ ſupare eaſ aſſuefacimuſ. Neq; enim qui uim plurimarũ uoluptatũ cupiditatũq; ad impudentiã prouocantium cum ratione atq; ſolertia aduerſuſ eaſ pugnando non ſuperarint: eſſe perfecte temperanſ poteſt. Neq; ad uiri fortiſ officium accedere quiſq̃ integer poteſt niſi animi timiditatem pugnando peruicerit. Etenim qui experſ inexercitatuſq; huiuſmõi certaminiſ eſt:ne dimidiam quidem uirtutiſ partem attingere poteſt. Officium autem legumlatoriſ eſt poſſe uelleq; experiri ciuium animoſ:quomodo ſe ad fortitudinẽ ac timiditatem habeant:idq; facere loco et tempore commodo & tuto: potiuſq̃ ſuſpecto: et periculoſo: ut fortitudinem conciliet animiſ:timiditatem exterminet. Quemadmodum igitur ſiqſ deorum immortalium medicamẽtum aliquod: qđ hauſtũ timorẽ pelleret:

Vinū reddit hoīes audaces

ciuibuſ dediſſet: hoc tractando hortandoq; impauidoſ illoſ effici oportere diceremuſ. Sic cū uini uſuſ medicina quedā ſit ad audaciam et nimiam importunāq; confidētiam: fit. n. ut q id hauſerit hilarior ſit: et quo liberaliuſ hauſerit: eo ſpe maiore melioreq; impleaꝰ et audacia plenuſ q̄ſi precipua ſapiētia preditus animoſior fiat: et libere atq; impauide audeat: profecto hoc mō pauidoſ: uerecūdoſ et ingenuo quodā pudore preditoſ homineſ fieri poſſe dicendum eſt. Cum enim duo illa animiſ noſtriſ perfecte conciliãda ſint: fiducia: et timor: ut fiduciam et fortitudinem in bello meditari debemuſ: ſic timorem et uerecundiam in hiſ rebuſ exercere: per quaſ audere et fidenteſ eſſe poſſimuſ. Talem autem rem uini uſum eſſe intelligo. Nulla enī leuior: aut ſecurior uoluptaſ: uel ad experiendum uel ad exercendū eſſe aut dici poteſt: q̄ hec iocandi atq; ſolandi ratio: quam exhibere uinū uidemuſ. Nihil ſane moderatiuſ adhiberi poteſt: preſertim ſi caute agatur. Nec enim animum difficilem agreſtem: iniquum experiri potiuſ per commertia non ſine tuo periculo debeſ: q̄ per conuiuium liberi patriſ: nec examen animi ueneri ſuccumbentiſ per fallacē uxoriſ et liberorum commendationem faciendum eſt et cariſſimarū piculo rerum: potiuſ q̄ p iocū uſu uini ſine diſcrimīe iacture moreſ aīmi pſpiciendi ſunt. Hoc igiꝰ unū nō mediocre cōmodū ex uini uſu ad examen ciuiū capiꝰ: putile certe homī ciuili: ne habituſ naturaſq; animorum ignoret: fitq; etiā p eiuſ impunitatē: ut pauidi uerecūdiq; efficianꝰ: qui caute et moderate ſub optimo magiſtro tēpeſtiuiſ cōuiuiiſ utunꝰ. Alteꝝ lōge āpliuſ et maiori ſtudio dignuſ ſequiꝰ: qđ planiuſ pfectiuſq; explicabiꝰ: ſi rectā erudiendi rōem repetierimuſ. Dicimuſ itaq; puerorū p̄mū ſenſum eē dolorē ac uoluptatē quibuſ p̄miſ efficiꝰ: ut uirtuſ aut uitiū animo p̄mū concipiaꝰ. Nā prudentiā ueramq; opinionē uix nōnulli puecta etiā etate capeſſunt: eruditionē uero eā eſſe uirtutē: que a pueriſ p̄ma recipiaꝰ. Voluptatiſ igiꝰ amoriſ et odii: anteq̄ ratio recipiaꝰ uſuſ rectuſ: poſtq̄ recepta ratio eſt et conuenientia rectaq; conſuetudo: uirtuſ integra ē. ſed eruditio ppie eiuſ uirtutiſ parſ ē: que in uoluptatibuſ ac doloribuſ adhibito temperamento conſiſtit: ut mox ab initio ad finem odio habeant: que habenda odio ſunt: amentq;: que amanda ſunt. Verum cum omniſ erudiendi ratio in uoluptatibuſ ac doloribuſ recto adhibito temperamento uerſetur: ſed accidat ut pleraq; in uita langueant: atq; intermantur:

Dolor
Puerorū p̄mꝰ ſenſꝰ voluptas

dii ímortaleſ:laboreſ mortaliú miſerati:requiem hiſ laború feriaſ & ſolenneſ numinú dieſ ſtatui uoluerút: muſaſq; et muſarum pricipé. Apolliné ac liberú patré celebritatú ſotioſ adbibuerút: q depra/uatá inſtitutioné emendarét: quod idé quoq; nature cóſentaneú eé uidemuſ: ſiqdé iuuétuſ fere omniſ corpore aut lingua qeſcere nó pót: ſed ſemp moueri loquiq; appetit: partim ſaliéſ & exultáſ quaſi numeroſum quendá motú ac ludú cú uoluptate exercenſ: partim etiá uocé emittenſ crebrá et ueram. Ceterú reliq̃ aíantia ſenſu ordiniſ inordinationiſq; ſuorum motuú uacant: quibuſ bene compoſitiſ nomé inditú eſt numeri et contentuſ. Noſ deoſ quoſ modo nominaui celebritatú noſtrarú comiteſ habuimuſ: q ſenſú numeroſú: concinnú: ſuaué: periocúdum: nobiſ dedere: moduloſ ſaltádiq; genera docuere: choroſ a chara hoc é gaudio aptiſſime nominauerút: Itaq; primam erudiendi rationé effici muſarum et Apolliniſ opera perſpicuú eſt: ineruditúq; hominé eſſe: q choree muſarú experſ é: eruditú uero: q compoſ eiuſ eſt: totúq; id genuſ in choream: ſaltationem et cátum diſtribui declarat. Quo fit ut qui bene eruditus eſt bene cantandi ſaltádiq; peritiá habeat: quá cú bene exerceat. bona etiá ſuo cantu & ſuo ſaltu preſtet neceſſe eſt. Plurimú ení inter eú intereſt: qui bene et bona agit: atq; eú q uel bona qdé exercet: ſed minuſ boniſ delectat' malaq; aſpernat' uel q bona amat: mala odit: ſed uoce aut corpore neq; exercere. Que cú ita ſint qd boni í cátu aut ſaltatóe ſit: noſce eoſ oportet: qui ſcire cupiút: quomodo eruditio conſeruet': Indagáduſ é igit' honeſtuſ corporiſ geſtuſ: moduluſ: cantuſ: ſaltuſ. ſi qñ uenturi eo ſumuſ: ut recte nec ne inſtitutú ſit: & que nam recta erudiédi ró: ſiue greca: ſiue barbara ſit: noſſe poſſimuſ. Sed qm̃ uaria ſtudia fortitudiniſ: timiditatiſq; & omíno uirtutiſ: ac uitii habent': uarii ſunt geſtuſ: ſaltuſ: ſoni: uoceſ: & partim honeſti: partim íhoneſti. Verú homineſ per erroré nó omneſ eque eiſdé modiſ chorearú utunt': ſed aliiſ alii ut ſuo quiſq; ingenio: aut more decreuerit: nó paruumq; hinc detrimentum iiſ euenit: q prauiſ aut moduliſ aut geſtibuſ delectentur: contra ſummú iiſ cómodum: q uoluptatem capiát ex honeſtiſ. Similé enim hiſ queq; effici: quibuſ oblectat' neceſſe eſt. Idcirco ubicúq; legeſ aut nunc bene cóſtitute ſeruát': aut in poſterum conſtituent': maxíá cura adhibenda é: ne poetiſ liberú ſit omnia ſuo numero: modulo: et uocabulo mandare: et pro arbitrio ſuo liberoſ optimorum ciuium: quibuſlibet modiſ

Decem milia annorum egyptiorum

instruere. Licentia enĩ huiuſmodi poetarum: quibuſ licere uideo in omnibuſ fere ciuitatibuſ ita agere cauſa eſt: ut ſumma cum improbitate uſuſ rerum ciuiliſ habeat. Quod ſi moduli numeri: uocabuli recta ratio capienda eſt: lege atq; ordine conſtituen/dum: quemadmodum hec agi debeant: atq; ita iuueneſ educandi: inſtituendiq; ſunt: ut preter hec nihil omnino cantare: aut noui facere auſint: ſicut apud egyptioſ lege ſancitum eſt: apud quoſ ea que ante decem milia annorum picta: ſculpta ue habentur: hiſ que modo facta ſunt proxima cernimuſ. Et quoniam rectuſ muſice ac ludorum uſuſ non ſine chorea habetur: choruſ autem ipſe a chara id eſt gaudio ut ſupradiximuſ nomen accepit: gau/demuſ autem cum noſ feliceſ ſentimuſ: gaudenteſq; feliceſ noſ eſſe arbitramur. Nec quieſcere poſſumuſ: ſed iuueneſ in choream uer/tunt. Senioreſ, quia ingraueſcente iam etate nequeunt ſaltitare: aſſident: ludoſ iuuenum cum delectatione et amena celebritatum ſolatia ſpectanteſ. ſtatuũt etiam certãdi genera: que noſ mẽoria q̃maxime poſſint ad florẽtiſ etatiſ officia reuocare. Cum inquã hec ita ſint: illũ ex omnium celebrantium numero ſapientiſſimũ iudicari: preſtãtioremq; ceteriſ haberi fortaſſe dixeriſ oportere: q noſ maiorem in modum gaudere atq; oblectari faciat. Attamẽ non recte ita iudicaueriſ. Cum enim uarium iudicium a uaria etate de hominibuſ uarie certantibuſ proficiſcatur: quomodo et oblectatio euenit: Alii enim circulatoreſ putant preſtantioreſ: quoniam hiſ uehementiuſ delectantur: ut qui pueri adhuc ſunt: Alii comoedoſ: ut qui floreſcente iam adoleſcẽtia comoediiſ de/lectantur: et eiuſ generiſ auctoreſ obſeruant. Alii tragoedoſ ut mulieres: quaſ tragici actuſ tenent. alii rhapſoedoſ: ut ſenioreſ fortaſſe: quoſ ex Homeri aut Heſiodi carmine serieſ quedam decantata oblectat. Hinc illoſ potiſſimum preſtare iudicandũ eſt: qui preſtantiorum ſpectatorum iudicio: noſtrorumq; equa/lium ſententia decernantur eſſe preſtantioreſ: et optimorum atq; eruditorum uirorum non uulgi delectatione ſtatuendum: que muſa iocundior: aut quod modulandi genuſ pulchriuſ ſit. Etenĩ dignoſ iudiceſ tum ſapienteſ: tum forteſ eſſe oportet: alterum ne uulgi tumultu arrepti ſui conſilii inopeſ a temerario theatro: quid ſentire debeant: admoneantur: alterum ne quod ipſi recte norunt: per puſillanimitatem in iudicãdo mentiantur: et ut ma/giſtri: quod eſſe debent: qui iudiceſ adſunt: nõ diſcipuli ſpectãtiſ

Varia Ludorum genera -

multitudiniſ ſedeant: et hiſ contradicant: qui uoluptatem non digna ratione deſcribunt. Que cum ita ſint: eadem illa ratio ſe/quitur: ut eruditio ſit educatio et inſtitutio iuuenum ex recta legum ratõe deducta: et peritia optimorũ uirorum approbata. Ergo ut animuſ iuueniſ legi obtemperet eiſdemq; quibuſ ſenex rebuſ delectetur: aut mereat. elaborandum eſt ut iuueneſ cantu et modulo: quo eorum animuſ quaſi carmine quodam adhibito duci ſolet: erudiantur. Cum enim eorum natura ſtudia grauiora ſuſcipere nequeat: ludi et moduli genera adhibenda ſũt honeſta: quibuſ oblectari aſſueſcant in rebuſ honeſtiſ: et hiſ acquieſcere quemadmodum in curandiſ egrotiſ agitur: quibuſ ſalubreſ ciboſ ſuauiter conditoſ prebere ſolemuſ: ut libẽter accipiant: inſalubreſ cõtra: aliq̃ ſperſoſ amaritudĩe: ut aſpernentur atq; reiiciãt. Hac igitẽ cauſa ſapienſ legumlator minime poete cõcedet ut quoſcũq; numeroſ moduloſq; iocundioreſ exiſtimauerit docere poſſit: ſed ut perſuadeat uirorum fortium continentiam: optimorum uirorum non uitioſorum reſ geſtaſ canat: eaſdemq; uerbiſ ho/neſtiſ decoret: & geſtibuſ: numeriſ: cõcentibuſ moderatiſ: ut noſtri iuueneſ ab ineunte etate: honeſta erudiendi ratione imbuti: & liberali muſica inſtituti ingenue educentur: et in preclaroſ uiroſ euadant: amãteſ ſemp atq; amplectẽteſ reſ honeſtaſ. inhoneſtaſ autem aſpernanteſ: atq; uitãteſ. Ergo cogẽduſ eſt poeta: ut eum felicem beatumq; appellet: qui iuſtuſ ac temperanſ eſt: etiam ſi pauper infortunatuſq; ſit: Miſerũ autẽ et uite acerbitate ſemper anxiũ eum uocet: qui iniuſtuſ incontinenſ: improbuſ eſt: etiam ſi Cinyra aut mida fuerit opulẽtior. Que enĩ uulgo bona appel/lãtur ualitudinem dico: pulchritudinem: uireſ: diuitiaſ: ingenium etiam imperium: imortalitatem: non recte prorſuſ ita appellari cenſeo: ſed ſi iuncta cum iuſticia fuerint optima erũt: ſi cum in/iuria: peſſima. Neq; enim homo: q bene ualet: aut diueſ: potenſq; eſt: felix eſſe cum iniquitate et contumelia poteſt ſed plane miſer eſt: licet pulcher et uiribuſ corporiſ preſtanſ: ſed iniuſtuſ: ſed con/tumelioſuſ moleſte: anxie: turbide uitam agit. Quod ſi quiſ e ci/uibuſ noſtriſ aliter dixerit: putanſ eſſe aliquoſ: qui quãuiſ praui tamẽ leti uiuant: aut alia cõmodiora utilioraq; eſſe: alia iuſtiora atq; honeſtiora. hunc ſumma propemodũ poena condemnandũ arbitrarer: uita enĩ eadem et iuſtiſſima et iocũdiſſima eſt. nullaq; reſ bona eſſe poteſt: quin eadem ſit iocunda. Sicuti nec mala: que

Iuuenes sunt erudiendi cantu

Quid scribẽ debeant poete.

eadem anxia non ſit. Lauſ nãq; et honor: et gloria apud omneſ
ſiue homineſ ſiue deoſ ut bona honeſtaq; ſunt: ſic iocunda etiam
ſunt. Vituperatio: infamia: ignomía: dedecuſ: ut mala et turpia
ſunt: ſic etiam anxia: Iuuat ergo ne bonum a iocundo ſeparet:
ad uite uſum iuſte pieq; agende. Nemo enim id agere ultro uelit:
ex quo non pluſ uoluptatiſ capiat: q̃ doloriſ. Hec igitur legum/
latoribuſ omnibuſ et poetiſ dicenda ſunt: tum choriſ omnibuſ:
quoſ treſ numero inſtituendoſ diximuſ. Muſarum: Apolliniſ: li/
beri patriſ: Hec et reliqua eiuſdem generiſ ſemper cantanda ſũt:
quoꝝ ſũma et caput illud eſt: ut idẽ uiuẽdi genuſ: & iocũdiſſimũ
& optimum eſſe putetur: Hec primuſ adoleſcentulorum choruſ
rite carmine poetarum ſuorum coram omnibuſ canet: Secũduſ
eorum qui ad trigeſimum uſq; etatiſ ſue ãnum peruenerit peana
referet. conſcium ueritatiſ ſuorum uerborũ: optabitq; iuuenibuſ
benigno numine inſpirari: Tertiuſ eorum quia trigeſimo anno
ad ſexageſimum ſunt prouecti: hec eadẽ et omnino quicquid ad
uirtutiſ officium ſpectat: modulabitur: Totidem enim choriſ: la/
cedemoniũ illũ legũlatorem: tribuſq; hiſ etatibuſ apte diſpoſuiſſe
manifeſtum eſt: Seneſ exordiri choream uoluit: cantãteſ. Noſ
fuimuſ iuueneſ robuſto pectore quondã: Mox iuueneſ florẽtiſ
etatiſ reſpõdere. Noſ ſumuſ et ſi quiſ dubitat: ualet ille probare:
Poſtremo adoleſcẽteſ ſubdere: noſ ꝓbitate alioſ quidni ſuperare
neceſſe eſt. Cum enim iuuentuſ omniſ ut dictum iam ẽ: nõ uoce:
non corpore quieſcere poſſit: ſed concitetur ſemper & ſaliat: uo/
cemq; inordinate emittat: ordiniſ autem ſenſum homo ſoluſ ex
omnibuſ animantibuſ ſuapte natura habeat: hunc ordinẽ in mo/
uendo numerum uocauit: tempamentũ autem uociſ: concentum
compoſitum uero ex utroq; choream. Sicq; & choree conſtitute
ſunt: & dii: preſideſ chorearum: ſociiq; acceſſerũt: Muſe Apollo:
liber pater: eorũq; ſinguliſ chori ſinguli delegati ſunt: ut primuſ
muſaꝝ ſit. Secũduſ Apolliniſ: tertiuſ liberi patriſ: cui ordinẽ ſenec/
tutiſ noſtre cõmẽdamuſ: & cãtare: choreãq; agere: hoíeſ annum
ſexageſimũ excedenteſ cenſemuſ. Quã rem profecto non temere
ita ꝓbari a nobiſ aíaduerto: ſiqdẽ omſ tã uiroſ q̃ pueroſ: tã ſeruoſ:
q̃ liberoſ: tã mareſ: q̃ feminaſ: honeſtiſſime modulari: idq; ſedulo
exercere par ẽ: In primiſ autem ciuitatiſ p̃ſtantiſſimi uiri: & tum
etate: tũ prudentia inſigneſ: que maxime honeſta ſunt: ea de ſua
re p. optime merenteſ: modulari debent: Hoc itaq; et conueniẽſ

+

2 97 ·IIII · C · IX ·

& commodum & boneſtum eſſe aperte iam declaratũ eſt. Verum baud ſatiſfacile eſſe uidetur: quippe ſenior quiſq; tardior iam ad canendũ ꝗ̄ et pigrior factuſ. minuſ ea re delectari uidet̃: & quo ſenior ẽ eo magiſ pudore retrabitur. Quod cũ ita ſit agendũ ne aliqd eſt: quo ſeneſ animo recreati: et bilarioreſ facti: moduloſ et muſaꝝ gratiã recipiant? An liberi patriſ feſtiuã illã iocunditatẽ minutiſ poculiſ prelibanteſ per tempeſtiua conuiuia inuitabimur ad offitiũ? Iuuenibuſ enim uſq; ad octauũ ſupra decimum etatiſ annum: omnino ne uinum guſtent precipiendum efficiendumq; eſt: ne ignem ſupra ignẽ corpori atq; animo bauriant. Ab boc ad trigeſimum uſq; annum concedendum aliquid uini eſt: modice tñ pro etatiſ iam conſtantiſ ratione: ſed uetandum omnino ne libe/raliuſ bauriant. At ſenili etati iam tarde ac frigide dandum pluſ aliquid eſt. Iuuat enim ut bec etaſ liberi patriſ benignitatem in ſue neceſſitatiſ auxilium imploret. Pater ipſe demulcendo repu/beſcere faciet: et ex molliuſculiſ durioreſ: quaſi ferrũ igne demiſſũ reddet: animi moreſ obliuioni anxietatiſ conciliabit: unde fiet ut tandẽ ſotioſ ſe in cantando exbibeant. Nec uulgari et theatrali modo id facient: ſed ſua muſa boc eſt illa uenuſtiſſima: que ſuam etatẽ deceat: et laudatiſſime ſenectuti conueniat: que facile preſ/tabit ut preclara bona publice uſu ueniant. Precentione enim et ſuccentiõe buiuſmodi moreſ iuuenũ et omnino uniuerſe ciuitatiſ noſtre ĩformati iuſtiſſimi boneſtiſſimiq; euadent: et qđ optamuſ beata uita continget. Quemadmodũ cõtrarii moreſ ex cõtrariiſ uerbiſ ſententiiſ moduliſ procedere conſueuerunt. Pulcberrima autem muſa illa ſit: que nõ modo uoluptatem parit et iocũditatẽ uerum etiam commoditatem: opemq; ad uitam recte agendam. Nulliuſ enim offitii ratio intẽdit: ut dumtaxat uoluptatem ſup/peditet: ſed ut utilitatẽ cum boneſta uoluptate: quod in ſinguliſ perquirẽdiſ perſpicuũ erit. Ergo pulcberrima muſa: quã petimuſ nõ uoluptate iocunditateq; tantũmodo: ſed uera quoq; utilitate determinanda eſt. At qa rei naturam noſſe oportet ſiquiſ de q̃uiſ re iudicare uere recteq; uoluerit: idcirco muſice natura conſyde/randa eſt: iiſ: qui ſcire cupiunt: qd ĩnea recti boniq; ſit: et eo magiſ quo ipſa moreſ uel deprauat: uel ĩſtruit ut male bene ue adbibita fuerit cũ preſertim uideamuſ interdũ poetaſ geſtibuſ et moduliſ muliercularum uerba uirorum tribuere: et moduliſ ac geſtibuſ bominum liberorum boneſtiſſimorumq; numeroſ ſeruorum atq;

Iuuenes ante 18m annũ uino uti non debent.

illiberaliũ hominũ accõmodare:aut ingenuiſ numeriſ et geſtibuſ reddere moduloſ:uerbaq; contraria:ac ruſuſ numerum et geſtuſ ſine modulo uerbiſſol:ſin uerſu collocare:aut modulum atq; numerum ſine uerbiſ:ſolo fidium pulſu:aut tibie flatu exprimere. Quo fit ut perdifficile cognitu ſit:qd ſibi numeruſ aut cõcentuſ uelit:& quã dignã ſimulationem ſequatur. Ergo ſenioreſ noſtroſ inſtitutoſ eſſe oportet numerorum: et concentuum ratione:ex quibuſ muſica conſtat: et in quibuſ maxime uerſatur: pollereq; iudicio:quo uirtutem modulandi diſcernant et finiant. Cum enim genuſ omne modulandi ſi ea:que conueniãt habet:recte cõpoſitũ eſt:ſique minuſ conueniant:praue: et qui norit quid habeat: idẽ dignoſcere an recte ſit compoſitum: poteſt eatenuſ ſenioreſ nrõſ inſtitui: et muſice ratiõe erudiri decet:quatenuſ numeroꝝ graduſ et modulorum:fidiculaſ aſſequi ualeant: quo peritia et lõgo uſu concentuſ et numeri: quid tante talique etati cõueniat:quibuſue ipſi ſeſe uoluptatibuſ tute afficiant deliberare poſſint: prebereq; exempla iuuenibuſ morũ bonoꝝ:ac ſeſe exhibere dignoſ uirtutiſ autoreſ atq; magiſtroſ. Tantum nobiſ afferet bonũ choruſ liberi patriſ:ſi recte exerceatur: tantumq; ad comparandam uirtutem iuuabit. Bene autem exerceri poterit: ſiquod euenire in conuiuiſ ſolet ut pleraq; pertumultum committantur: id ne fiat ꝓcurabit: adhibito magiſtro ſobrio atq; erudito:qui lege optima alacrioriſ animi contumaceſ motuſ cõtineat. Nulla enim reſ ut ſupradictũ eſt:tam bona haberi poteſt:quin ſi bono careat rectore praua eſſe uideat. Ergo conuiuiiſ quoq; magiſter prefiaenduſ ẽ ſobriuſ conſtanſ:et integer: qui animoſ conuiuarum ſeniorum leuioreſ quidem agilioreſ:audacioreſq; faciat fomento poculi liberarioriſ: ſed nihilominuſ mollioreſ:perinde ut ferrum igne remittitur:atq; obedientioreſ magiſtro:qui informare erudireq; poſſit:quemadmodum olim cum etatem adoleſcentiſ habebant:corrigat etiam audatiam:et quod pudoriſ ordiniſ:ſilentii impatienſ eſt:emendet: et fiducie minuſ honeſte occurrat:honeſtiſſimo illo metu ꝑterrẽſ quem uerecundiam pudorem:et formidinem quandam diuinam ſupra appellauimuſ eoſ preterea:qui obtemperãt honore:qui nõ obtemperant:ignominia afficiat. Ita enim effici poterit ut cõuiue amicioreſ diſcedant:nõ ut nũc accidit inimici. Ergo munera liberi patriſ unde noſtra omniſ oratio fluxit:nõ omnino uituperanda abiiciendaq; ex uſu.rei.p.uidentur:nã ſi recte digneq; adhibeant

Laudat Muſicã ī ſī etate ·

Laudat conuiuia ·

Concludit d vtilitate ꝯuiuabiuſ

gignere ea poſſunt: que modo expoſui: hoc eſt animo pudorem: uireſ ac ualitudinē corpori. Quod ſi qua ciuitaſ hoc munere modeſte utetur: comparanſ ſibi cōtinentiā uoluptatiſ: et tēperantie habitū felicem tranquillāq; uitam aget. Sed ſi ioco et uoluptate conuiuia et uini uſum deſcribet: ut cuiq; cum quibuſ: et quotienſ: et quemadmodum uelit: epulari ac bibere liceat. Equidem nunq̃ aut hanc ciuitatem: aut hūc uirum uti uino ſtatuerim. Hec Plato de uino diſſeruit: ſuorum temporum uſum corrigenſ: quem rep̄hendere uidetur: dum conuiuiaſ ita affirmat: ſepe diſcedere ut qui amici uenerant: abeant inimici. Sic ille uix ſenibuſ uini uſum relinquit: quē adoleſcentie prorſuſ tollit: iuuētuti parciſſime cōcedit: idq; per conuiuia tempeſtiua: et publice caritatiſ ciuiliſq; ſolatii gratiam more lacedemoniorum. Sic ille ad pudoriſ et uerecūdie temperamentum habitūq; exercēdū uini uſum accommodat: qđ aduerſariuſ ebrietatem uinolētiam: temulentiā uocat: ꝓclamatq; et uociferat: ſextā ꝑtem totiuſ libri de legibuſ: nihil aliud cōtinere q̃ quomodo ciueſ debeant ebriari. Moſ certe priſciſ illiſ tēporibuſ fuit: ut iuueneſ muſice uſu inſtituerent: idq; pſ publice eruditōniſ habebatur: quem morem: quoniā minuſ recte exerceri uidebat: emēdare conatuſ eſt Plato: et quemadmodū agi modeſte ex lege deberet inſtituit. Quo loco ſenili etati tū remedii: tū ſolatii gratia uinum indulſit illorū ſententiā reprobāſ: qui ita de rebuſ diſſerūt: ut diſtinguendi rationem ignorent qđ omnibuſ fere lociſ facere ſolet iureq; diuidendi artificiū ſibi tribuit. Primuſ enī diſtiguēdi rationem excogitauit permultaſq; ueterum dubitationeſ ita diſſoluit teſte: queādmodū ſupradiximuſ: eudemo. Uſum itaq; uini quem illi penituſ reprobabant: diſtinguēdum ipſe cenſuit: et ꝑtim honeſtum cōmodumq; partim inhoneſtū et noxium eē oſtēdit. Sed an ſexta totiuſ operiſ parſ in hiſ cōſumatur: facile ex hiſ que dicta ſunt poteſt iudicari. Nullum enim de hac re uerbum alibi fecit: et hic pauca ut uideriſ de uino: multa de muſica ratione de educatione et inſtitutione uite: de moꝝ conſuetudine grauiſſimo ornatiſſimoq; ſermōe diſſeruit: que ſimul et quid de ipſo Platone ſentiendum ſit: admonēt: et quid de aduerſario: qui ſextam opiſ partem in commendanda ebrietate conſumptam eſſe calumniat. Medici etiā uini uſū probant: non modo quottidianū et modicū ſed etiam quod interdum ebrietatem faciat: qualiſ illa Auicenne ſentētia ē. Sūt qbuſ placeat ſemel aut biſ in mēſe uino īgurgitari

ꝓpterea ꝙ ita et uirtuteſ animaleſ corroborantꝰ: et urina mouetꝰ et ſudoreſ excitantur: et excrementa reſoluuntur. Quod ſi Plato etiam commodi alicuiuſ gratia uini uſum liberaliorem aliquãdo probauerit: quiſ ei iure ſuccenſeat? aut quiſ niſi mentiſ inopſ per/multa de uino fruſtra a Platõe diſputata exiſtimet: quãdo oẽm illeſermonem de recta erudiendi ratione perfecit: nec niſi mĩmã partem in uſu uini conſumpſit? Poſtrema etiam parte libri ſecũdi militibuſ omnibuſ uini uſum prohibuit: et ſeruiſ: et magiſtratibuſ quo tpe gubernacula. rei. p. tenerent: et iudicibuſ et ſenatoribuſ: et nauium gubernatoribuſ: et interdiu omnibuſ: niſi aut exercitii aut ualitudiniſ gratia neceſſe ſit: et nocte cũ procreationi liberoꝝ indulſerit. Permulta inquit dici poſſunt: que uino minime utẽdũ eſſe oſtendant. Itaqꝫ ne uino quidem utendum eſſe facile aliquiſ dixerit. De cuſtodibuſ autem tertio de. re. p. libro hec ſcribit. Ab/ſtinendum hiſ eſſe ab ebrietate iam dictum eſt nemini enim tam turpe: atqꝫ indecẽſ uideri debet ebrietatiſ uitium ꝙ̃ cuſtodi q uino detentuſ: ubi nam ſit ignoret: et qui cuſtoſ aliorum deſignatuſ eſt ipſe cuſtode egere uideatur. Quin etiam alibi uinũ deũ furentem appellat: ſibiqꝫ expoſcentẽ benefitiũ: aque dei ſobrii ac modeſti: qui moderetur et tẽperet. Summa certe animi prauitate iſ peccat qui Platonem de publico uini uſu reprehẽdit: que enim ille palã uetat: et uel tollit prorſuſ: uel moderatur quiſ ſine magno ſcelere aſcribere ei uitio poteſt. Verũ hoc ſane facit aduerſariuſ exẽplo ebrii: ac nebuloniſ illiuſ de quo. A. Geliuſ mentionẽ facit. hic enĩ hortabatur omneſ ad bibendũ: idqꝫ facere ſe ex Platoniſ ſentẽtia predicabat. Sed quemadmodum uir doctiſſimuſ Gelliuſ eũ rep/hendat attendite: facile enim ex uerbiſ eiuſ quid Plato ſenſerit intelligetiſ. Plato inquit in ꝓmo et ſecundo de legibuſ: non ut ille nebulo opinabatur ebrietatem iſtam turpiſſimã: que labefacere: et imminuere hominũ menteſ ſolet: laudauit. Sed hanc largiorẽ paulo iocundioremqꝫ uini inuitationem: que fieret ſub qbuſdam q̃ſi arbitriſ: et magiſtriſ conuiuioꝝ ſobriiſ: non improbauit. nã & modiaſ honeſtiſqꝫ inter bibendum remiſſionibuſ: refici integrariqꝫ animoſ ad inſtauranda ſobrietatiſ offitia exiſtimauit: reddiqꝫ eoſ ſenſim letioreſ: atqꝫ ad intentiõeſ rurſum capiendaſ fieri abilioreſ: et ſimul ſi q penituſ in hiſ affectionũ cupiditatũqꝫ erroreſ ineẽnt: quoſ aliqſ pudor irreuerenſ cõcelaret: ea omnia ſine graui piculo: libertate per uinum data: detegi: et ad corrigẽdum medendẽdũqꝫ

·IIII· C· IX·
·X· ·D· ·IIII·

fieri oportuniora. Atq; hoc etiã Plato ibidẽ dicit: nõ diffugiẽdaſ eſſe neq; reſpuendaſ huiuſmodi exercitatiõeſ aduerſuſ ꝓpulſandã uini uiolentiam. Neq; ullum unq̃ cõtinentẽ prorſuſ: ac tẽperantẽ ſatiſ fideliter uiſum eſſe: cuiuſ uita non inter ipſa errorũ pericula et in mediiſ uoluptatum illecebriſ explorata ſit. Nam cui libentie gratieq; omneſ conuiuiorum incognite ſunt: quiq; illarũ omnino experſ ſit: ſi eũ forte ad participandaſ huiuſmodi uoluptateſ: aut uolũtaſ tulerit aut caſuſ induxerit: aut neceſſitaſ coegerit: deliniri plerũq; et capi: neq; mentem animamq; eiuſ conſiſtere: ſed ui q̃dã noua ictum labi atq; peſſundari. Congrediendum igitur et quaſi in acie pugnandũ cenſet: cum uoluptatibuſ et cũ iſta uini licentia cõminuſ decertandũ: ut aduerſum eaſ non fuga aut diſiunctiõe tuti ſimuſ ſed uigore aĩmi: et cõſtanti preſentia moderatoq; uſũ cõtinentiã ac tẽperantiã tueamur: calefactoq; ſimul ac redintegrato animo ſi qd in eo uel frigide triſtitie: uel torpẽtiſ uerecũdie fuerit diluamuſ. Ita illuſtriſ autor. A. Gelliuſ aptiſſia ueriſſimaq; ſententie Platoniſ expoſitiõe ebrioſum ac nebulonẽ illũ auertit: quem aduerſariuſ ſequenſ eandem repetere controuerſiã uideõ: niſiq; ille platonicam diſciplinã ſimulabat: ut uino ꝑperam daret auctoritatẽ hic uinũ diſſimulat: ut Platõi ꝑperam demat auctoritatem. Porro ad hanc eandem ſententiã illa accommodata eſſe uidentur: que Macrobiuſ uir preſtantiſſimuſ in ſaturnalibuſ ſuiſ ſcriptum reliquit hiſ uerbiſ. Et Euangeluſ agite anteq̃ ſurgendũ nobiſ ſit uino indulgeamuſ: quod decreti platonici auctoritate faciemuſ: qui exiſtimauit fomitẽ eſſe quẽdã ignitabulũ ingenii: uirtutiſq; ſi menſ & corpuſ hominiſ uino flagret. Tum Euſtachiuſ quid agiſ inquit Euangele? An Platonem exiſtimaſ haurienda paſſim uina ſuaſiſſe? Et non magiſ inter minuta pocula iucũdiorem liberioremq; inuitationem: que fieret ſub quibuſdam quaſi arbitriſ: et magiſtriſ conuiuiorum ſobriiſ nõ improbaſſe? Et hoc eſt quod in primo et ſecundo de legibuſ: non inutile uiriſ eſſe decernit. Nam et modiciſ honeſtiſq; inter bibendum remiſſionibuſ refici: integrariq; aĩmoſ ad inſtauranda ſobrietatiſ offitia exiſtimauit: redditoſq; ſenſim letioreſ: ad intentioneſ rurſuſ capeſſendaſ fieri habilioreſ. Hec et plura alia ab eo autore egregio in hunc ſenſum cõſcripta ſunt: que ſiqſ latiuſ haurire cupit: repetat ſcd̃m de ſaturnalibuſ librum: ex quo fonte hec pauca deduximuſ. Sed qm̃ que a Platone de muſica ratione dicunť: minuſ conſuetudini

uelle. Subditq;. Pari autem modo utrūq; horū habere noſ nolle fateri poſſumuſ. Interpreſ. Equalia uero ſi uolumuſ non poſſumuſ declarare. Cur declarare non poſſimuſ ſiquid uolumuſ. aut cur uolumuſ pro nolumuſ poſuerit: interpretem interrogate. Item Plato decernendoſ eſſe cenſet magiſtratuſ eo modo. quo in texendiſ teliſ fila firmiora pro ſtamine. infirmiora uero pro ſubtegmine capimuſ οθεν δει φησι τους τας αρχας εν ταις πολεσιν αρξοντας. δει δια κρινεσθαι τινα τροπον ταυτη: και τους σμικρα παιδεια βασανισθεν τας εκαστοτε καταλογον. Ita uiroſ inquit q magiſtratum gerāt decerni eodem fere modo ſemper oportet. et eoſ qui in leuiori eruditiōe cōprobentur. Interpreſ. ita homineſ magiſtratuſ habituroſ in ciuitate oportet diſcernere in diſciplina ciuili comprobatoſ. Item Plato de luſtrandiſ ciuitatibuſ agenſ: genera luſtrandi partim grauiora eē inqt: partim leuiora: melioraq; eē ea que grauiora ſunt: inſtar medicamentorum: que eo ampliuſ purgāt: quo moleſtiora ſūt: εστι δ ομεν αριστος φησιν αλγεινος. καθαπερ οσα των φαρμακων τοιουτο τροπα. Idcirco genuſ inquit luſtrandi optimū cum dolore ē: ſicut ea medicamenta que ualidiora corporibuſ adhibemuſ. Interpreſ. nā optima purgatio quēadmodū medicina ueneni particepſ ita doloriſ plena. Quoniā pharmaca apud grecoſ et ſalubria dicuntur: ut ſūt medicine que exhibenē egrotiſ: & mortifera: ut ē cicuta que data fuit Socrati. quomodo etiā uenena apud latinoſ capiunē: ideo dicta: ꝙ per uenaſ eant. exiſtimauit doctuſ īterpreſ. quod a Platone de ſalubribuſ dictū fuerat: intelligi de mortiferiſ debere. Item Plato genuſ luſtrādi alterum explicat: quod ratione colonie deſcribit: ciueſ enim non proboſ remoueri: mittiq; per coloniaſ cenſet hiſ uerbiſ οσοι δια την της τροφης απορίαν. τοις ηγεμοσιν επι τα των εχοντων μη εχοντες ατοιμους αυτους ενδεικνυνται παρεσκευακοτες επεσθαι τουτοις ως νοσηματι πολεως εμπεφυκοτι. δι ευφημιαν απαλλαγης ονομα αποικιαν τιθεμενος ευμενως ο τι μαλιστα εξεπεμψατο. Qui per uictuſ inopiam duceſ querunt: hiſq; ſponte ſe offerunt ſecuturi inopeſ aduerſuſ eoſ qui non egent. hoſ tanq̄ morbum ciuitatē labefactantem. honeſto colonie nomine: benigne expellendoſ cenſuit. Interpreſ: ut quotquot alimentorum indigentia premuntur: ſi paratoſ ſe pricipibuſ offerūt: ad habentiū loca migrare laudabili

colonie nomine mittantur: iſtoq; pacto ciuitatem egrota parte liberemuſ. An noſ interpretem iſtū iniuria exiſtimamuſ iudicem ſe ac reprehenſorē Platoniſ conſtituiſſe: dignuſ certe eſt: q ſumma petat: et palmam deferat: quādo tam excellenter Platonē inter/pretari pōt. Eiiciendoſ ille de ciuitate cenſet homineſ ſediciosoſ: et ſibi ducem querenteſ: qui cum improbitatem ſuam exerceant: et fortunaſ bonorum ciuium ſuorum diripiant. Quibuſ eiectiſ luſtrari ciuitatē arbitratur. hoſ interpreſ facit ſeſe principi offe/renteſ: cupidoſ migrare lōgiuſ. ad loca neſcio quorū habentium. Qui enim ſint habēteſ illi: niſi ipſe explicet: neceſſe eſt uaticinari. Ad hec: colonia: quā mittit interpreſ: eo animo mitti uidetur: ut antiquiſ poſſeſſoribuſ ſua ſede expulſiſ: alienā occupet ciuitatē. Et occiſiſ per ſceluſ habitatoribuſ: eorū bona diripiat: & nefan/diſſime partiſ gaudeat. Ad hec Plato maxime deteſtat̄: & neqd tale ciueſ ſui cōmittant: ſūmo ſtudio iubet. Prauoſ itaq; homineſ tanq̄ peſtē: ac perniciē ciuitatiſ: urbe expellendoſ cēſet: honeſto colonie nomine: qđ interpreſ laudabile dicit: et homībuſ tribuit: quoſ mittit in excidiū alicuiuſ iuſte pieq; nationiſ. Item Plato plura diſſerēſ de ſeditione ciuitatum: ac ciuium diſſenſione: unde noue tabule: et eriſ alieni deciſioneſ: et agroꝝ diſtributiōeſ ſolēt prouenire: et quēadmodum ea diſcordia uitari poſſit: precipiēſ αρεΓ καυτονσ δειφρσι ταονσιασ προσ αλλυλονσ κατα σκε ναζεσθαιαμωΓ επωσ. υμυ προιεραι προτερορ εισ τονμπροσεερεν κορτασϊ εραϊ. τοϊσαλλυσ κατασ κενυσ οισ υπαλαϊα εΓκαρματα προσαλλυλονσ. καϊοσοισ ρον καϊ σμϊκρορμετυ. Cenſuſ inqt: quoſ ſibi ciueſ pararint: careāt quodāmodo crimine oportet: uel ulteriuſ in acquirendo ꝓgredi ultro deſiſtant: quibuſ inuicem uetera crimina habētur quibuſq; uel parumper menſ impartita eſt. Interpreſ: ut niſi cenſuſ ipſoſ inculpabileſ inter ſe ciueſ quodammō pauerint: ad maiora non progrediantur. Reliquā partem ſermoniſ hic ſeparet: & inferiori coniungit: multiſ: que intelligere nequit: ommiſſiſ. Item Plato numerum locupletum: quem quinq; milibuſ & quadraginta cō/ſumpſit: digerenſ primum in duaſ parteſ δυομερδυ μερυφυσϊ τονπαρτοσ αρϊθμον. τοπρεω τορ ρεμυθυ τω. Primū inqt due parteſ totiuſ eiuſ numeri diſtribuantur. Interpreſ. due igitur parteſ numerum primum diſtribuant. Tum Plato quiſnam ſit in ciuitatibuſ cōmodior numeruſ perquirenſ. δεΓωμερδυ τορ

·V· C· V·

πλειστασ και εφεξησ μαλιστα διανομασ εν αυτω κεκτη/
μενον. Dicamuſ inquit eum numerum commodiorem eſſe: qui
plurimaſ et preſertim συνεχεισ ου διεχεισ. ordie diſpoſitaſ in
ſe diſtributioneſ cõtinet. Quibuſ uerbiſ aperte numeruſ ille ſigni/
ficatᷓ: qui cõtinuo ordine in pluteſ parteſ ſecari poteſt. Interpreſ.
dico autem quiſnã deincepſ maxime plurimaſ in ſe ipſo diuiſiõeſ
recipiat. Item Plato cum pleraq; de repub. ſue ciuitatiſ: minuſ
uulgo & hominibuſ etatiſ ſue cõſueta expoſuiſſet: expoſituruſq;
eſſet: Mirari inquit fortaſſiſ eum qui audierit p̃mo aſpectu hec
cogent: uerum tamen ſiquiſ diligẽtiuſ cogitet: remq; experiatur:
uidebit ciuitatẽ condi loco ſecũdo: reſpectu optime: quaſi dicat.
Iſta reſpub. que minuſ conſueta: et factu difficiliſ eſſe uidetᷓ: nõ
optima illa eſt: et primo loco cõſtituenda. Sed que ſecũdo loco
optima cẽſetur. Nam etſi alia longe perfectior explicari poteſt:
tamẽ fragilitati hominũ parcenſ illam omiſi: hanc tractanſ: que
poſt illam ſecundo loco tanq̃m optima ſit collocãda. Vnde hec
ſubdit. Recte ſane agetur ſi optimum reipu. genuſ et ſecundũ &
tertium explicabimuſ: cum eligendum proponemuſ: ut arbitratu
ſuo ſtatuat ſibi quiſq; quod condere malit. qd̓ idem etiam paulo
poſt exprimit: cum dicit: exemplar ad cuiuſ ſimilitudinem fieri
aliquid oportet: perfectum abſolutumq; om̃i ex parte poni de/
bere. At ſiquiſ id aſſequi non poteſt: agere quod illi proximum
eſt. Hiſ itaq; poſitiſ: optimum ac primum reipub. genuſ eſſe dicit:
in quo reſ omneſ communeſ ſunt: etiam quaſ nobiſ natura pe/
culiareſ fecit: ſi fieri poteſt: quod quidem genuſ a diiſ: ſeu deorũ
filiiſ incoli: ſumma cum felicitate cõmemorat. idq; exemplar eſſe
optime reipub qd̓ reſpicienſ et quantum natura patitᷓ attingenſ:
proximũ ei per ſimilitudinẽ conſtituaſ. Tale aũt uult eſſe quod
ipſe in preſentia cõdit etenim ita ait: ην δη νυν ημεισ επικεχει/
ρηκαμεν. ειη τε αν γενομενη πωσ αθανασιασ εγγυτατα. και
η μεν. δευτερωσ. τριτην δε μετα ταυτα. εαν θεοσ εθελη.
διαπερανουμεθα. Quam noſ rempu. condendam ſuſcepimuſ
p̃xime quodãmodo ad immortalitatẽ accedet. Hec aũt ſecundo
ſit loco. tertiam poſt hac deo propitio explicare curabimuſ. Ita
primum illud reipu. genuſ: exemplar cõſtituit. Secũdum aũt qd̓
ipſe iam cepit condere. Secundum eſſe dicit a primo: quanq̃ non
tam immortalitatiſ compoſ quaſi primũ. Tertium aũt pollicetᷓ:
quod ſecũdo leuiuſ ſit: que prorſuſ eodem tendũt: quo illa ſupra

dicta:genuſ.R. P.primũ:ſecũdum:et tertiũ:explicari oportere:
cum deligendum proponere conditori: quod eoꝝ malit accipere.
Nunc quemadmodum interpreſ hec reddat:animaduertite.Quã
uero inquit modo noſ ingreſſi ſumuſ: utinã proxime ad immor/
talitatem perueniat. et una ſecundo: ſed de tertia poſtea ſi deuſ
uoluerit:determinabimuſ. Prob deum atq; hominẽ Ieſum inter/
pretatur:ne hic Platonem? hoccine eſt conuertere legeſ e greco
in latinum ſermonem? an potiuſ peruertere eaſ: deprauare: atq;
corrũpere? ponit Plato ſecundo loco.R. P.quã condere incepit:
et proximã immortalitati conſtituit. Hic uero optat:ut ꝓxime
ad immortalitatẽ ꝑueniat:et una ſecũdo. Quid aũt una ſecundo
ſibi uelit:in margine libri declarat: ſignificare enim inquit utinã
una ſolaq; ſecũdo poſt illã primã ad immortalitatem perueniat.
Ita hic primũ:ſecundum:et tertium genuſ.R. P. Platoniſ inter/
pretatuſ eſt:qui philoſophoſ iudicat:et quiſ eorum doctior ſit:
doctrina ſua fretuſ:expõit. Deinde Plato patriã coli uenerariq;
non modo tanq̃ matrem: ſed etiam tanq̃ dominam:utpote deam
cẽſet oportere πατριδοσ δεονσισ τισ χωρασ θεραπευειν
αντιν δει φισι μειζονωσ. ισμιτερα παιδεσ τω και δεασοι
ναν θεον αντιν ονσαν. ενιτων ονντων. γεγονεναι. Patriam
inquit quã ſibi quiſq; ſortituſ eſt:colere ac uenerari debet magiſq̃
filiuſ matrem:ſiquidẽ patria:cũ dea ſit immortaliſ:domina mor/
taliũ habetur. Interpreſ.nam cũ tota regio una patria ſit:magiſ
eam colere debent:q̃ filii matrem. Hec enim diuorum etiam qui
mortaleſ ſunt:domina eſt. Tum Plato quoniam ex quinq;·&
quadraginta milibuſ ciuium cõſtitui ciuitatem decernit: nec am/
pliorem patitur populi multitudinem:coloniã mitti precipit:ubi
aut ſoboliſ fecunditate.aut alia cauſa auctuſ populuſ eũ numeꝝ
exceſſerit hiſ uerbiſ ωσεαν επιχυσισ ιμιν πολιτων υπερβαλ
λονσα.δια φιλοφροσυνην την των ξυνοικουν των αλλι
λοισ ξυμβαινι και απορωμεν το παλαιον πον υπαρχει μι
χαριμα ο πολλακισ ειπομεν εκπομπι αποικιων. φιλιγι
νομενι παρα φιλων.οι αν επι τι δειον ειναι δοκοι. Quod ſi
inquit ob nimium in procreandiſ liberiſ ſtudium: ita aucta ſit
ciuitaſ ut numeri modum excedat:itaq; inopia et caritate rerum
prematur:uetuſ illud repetatur conſilium: quod ſepe iam dictũ
eſt:ut colonia mittatur Chara:Achariſ:quo commodiuſ agi poſſe
uidebitur. Interpreſ. In magna uero ciuium abundantia ſi timet̃

inopia:colonia emittatur beniuole a beniuoliſ facta quibuſcũq; id cõmodum eẽ uideatur:qđ Plato dicit:quo cõmodiuſ agi poſſe uidebitur. hic interpretatur quibuſcunq; id cõmodũ eſſe uideať.

Item Plato dum conſulit ne locupletum ille numeruſ quinq; et quadraginta milibuſ preſcriptiſ unq̃m deficiat καιδηκαιρυν φησι τον αριθμον πρωτον διαβιον παντοσ φυλαξατε τονει ρημενον. Primum inquit numerum ſupradictũ tota uita ſeruate. Interpreſ.numerum primũ per totam uitam cõſeruate: reliquit ſupradictũ: ſine quo uerbo qui ſit ſeruãduſ numeruſ non poteſt intelligi. Item Plato μηδερομισ μαφισι παρακατα τιθεσθαιοτωμητισ πιστευει. Neq; pecunia ĩquit deponẽda eſt:apud hominẽ cui non adhibeſ fidem. Interpreſ.nec pecuniã deponere inquit:reliquum pretermiſit: hoc eſt apud hominẽ cui fidem non adhibeſ:quanq̃ id ſuo cum detrimento didicerat:quod Plato monet:nemini credendam eſſe pecuniam ſine fide:ſine cõ/ ſilio aſtuto:et callido. Item Plato τον τονρδηπολλακισ επισημαιρεσθαιφισι χρητορρομοθετην τιτεβουλομαι και ειμοιξυμβαινει τουτο. ηκαιαπο τυγχανωτονσκο πουκαιουτωταχαν ειτισ ρομοθεσιασ αυτοσ τεκβαι/ νοικαι τουσ αλλουσ απαλλαττοι. Hoc igiť ſepiuſ pteſteť legumlator oportet:quid uelit:quid ſi contigerit:bene ſuccedet: ſin minuſ inſtituti ſui ſpe fruſtrabiť. Atq; forlitã ita fieri poterit ut et ipſe onere legũ ſcribendarũ leueť et ceteroſ leuet. Interpreſ. ſepiuſ igitur legiſ lator ſignificet quid ipſe uelit:et ſi ſibi illud cõ/ tingit:aut contra:et ſic forſan et ipſe a ferendiſ legibuſ liber erit: et ceteroſ liberabit. Item Plato de fũdorum poſſeſſoribuſ οδη λαχων φησι. κεκτησθωτον κληρονεπι τουτοισ οισ ειρη καμεν. Poſſideat ĩquit ſuam quiſq; partem:quam ſortituſ eſt:ea quã diximuſ conditione. Interpreſ.partem hanc:ea quã diximuſ conditione reliquit:quanq̃m neceſſariam. etenim ſeruari in ea re iuſſum eſt:nequiſ fundum aut uendat:aut emat:et ut pater unũ ex filiiſ quem malit heredem fundi relinquat non pluireſ. Hec et pleraq; alia tã neceſſaria legi agrarie a Platõe adhibita ṕtermiſit. Interpreſ:et hoc ſolum dixit ſortituſ igitur ſortem ſuã poſſideat.

Item Plato δειγαρεν πυλει φησι τιτουμεγισ τουνοση ματοσ ουμεθεξουση. οδιαστασιν ορθοτατον αν ειηκεκ λησθαι. In ciuitate inquit:que grauiſſimo illo morbo nõ labo/ rat:que diſcordia:aut ſeditio:recte appellatur:oportere cenſemuſ.

Interpreſ igitur dicimuſ: ut in ciuitate: que ſit experſ ſumme pe/cunie: quam diſcidium aut ſeditionem appellari. Hic profecto peritior fuſorie artiſ q̃ interpretandi eſt: poſtq̃ ex ſūmo morbo pecuniam ſibi ſummā facere potuit. ρoσηµα. nāq; quod morbū ſignificat in ρoµισµα hoc eſt pecuniā tranſtulit. Item Plato ubi numerū modūq; cenſuſ ciuibuſ deſcripſit εαρ δε τισ φησιρ α πειθη τουτω τωρoµωφαρ ειµερo βoλoυµερoσ επι τωισ η µισεσιρ o δε oφλωρ. αλλoτoσoυτoρµερoσ απoτισει τησαυτoυ κτησεωσ. Siquiſ inqt huic legi nō pareat: deferet q uelit ſub dimidio: qui autē iudiciū pro ſe non habuerit: tādem de ſuo cenſu exſoluet. Interpreſ. ſi uero legi non obtemperauerit: iudex medietatem conſequatur. ſatiſ qđ uolumuſ ab interprete habemuſ. Tum Plato agrum diuidenſ totum µετα δε ταυ ταφησι. µερε δωδε καδιελεσθαι. θεµερoρ εστιασ πρωτoρ και διoσ καιαθηρασ ιερoρ. ακρoπoλιρ oρoµαζoρτα. Deinde inquit diſtribuendum in parteſ duodecim: Quarum prima Veſte: Ioui: ac Minerue: dedicanda eſt: que arx nominatur. Interpreſ. deinde duodecim parteſ eligantur. Veſtaq; tam Iouiſ q̃ Palladiſ conſecret̄: & ſacrum arx appellet̄. Eligit hic qđ Plato diſtribuit: & Veſtam Ioui & Palladi cōſecrat: Cui Plato nihilominuſ q̃ Ioui & Palladi partē agri dicandā cenſuit. Item Plato quod ſupra/dictū erat: repetit. exemplar uidelicet optimū cōſtitui oportere: tum ſequi quoad quiſq; niti propíquiuſ poterit δικαιoτατoρ φησιρ oιµαι τoδε ειραι τoρµερ τoπαραδειγµα δεικρυρ τα oιoρ δητoεπι χειρoυµερoρ γιρεσθαι. µηδερ ελλειπειρ τωρ καλλιστωρ και αληθεστατωρ. ωδε αδυρατoρ τιξυµ βαιρει τoυ τωρ γιρεσται. τoυτo µεραυ τo εκκλιρειρ και µη πραττειρ. oτι δε τoυτoυτωρ λoιπωρ εγγυτατα εστι και ξυγγερεστατoρ ε φυτωρ πρoσηκoρτωρ πραττειρ. τoυ ταρτo διαµι χαρασθαι oπωσ αργιγρoιται τoρρoµo/θετηρ δε εασαι τελoσ επιθειραι τηβoυλησει. Aequiſſimum inquit eſſe id arbitror: ut qui exēplar ponit ad cuiuſ ſimilitudinē quod opuſ eſt fieri debeat: nihil pretermittat: quod ad ſummam dignitatem: ueritatemq; conueniat. Quod ſiquiſ excellentiā illam imitando aſſequi nequeat: iſ ōmiſſo quod uireſ ſuperat: & ad id incumbat: qđ proximū cognatumq; eſt eiuſ: ad quod aſpirabat: & quomodo id ipſū efficiet ſummo ſtudio inuigilet: nec legiſlatorē interpellet: quominuſ inſtitutum ſuum uſq; ad finem pſequatur.

Interpreſ.qua ſententie integritate: quã uerborũ dignitate:hec in latinum conuerterit: queſo attendite. Sed iuſtiſſimum inquit eſt:ut cum exemplari proponam:quale fieri oporteat qđ incipiť: qđ autem fieri ab aliquo non poteſt: pretermittatur: & qđ rebuſ cõueniat:nec impoſſibile eſt id omni ſtudio legiſlator aggrediať: & ad finem perducat. Quãlonge a Platoniſ ſenſu labatur.uerba eiuſ aperiũt:ut nihil dicere ꝑterea opuſ ſit. Itẽ Plato το ομολογουμενον αυτο εαυτω φησι δει πουπανταχη απεργαζεσθαι και τουτον φαυλοτατον δημιουργον αξιο εσομενον λογον. qđ ſecum cõſentit id a quouiſ auctore ubiq; efficiendum eſt:etiã in re minima quãdoquidẽ hoc modo laudẽ aſſeq poteſt. Interpreſ.nã qđ ſibiipſi undiq; cõuenit:id uel uiliſſimuſ opifex nõ recuſabit. Item Plato νομισαντα φησι προσ παντα ειναι χρησιμονστασ των αριθμων νομασ και ποικιλσεισ.οσα τε αν τοι εν εαυτοισ ποικιλλονται. και οσα εν μηκεσι και βαθεσι ποικιλματα.ita ſentiẽſ inquit putileſ in omnibuſ rebuſ numerorum eſſe diſtributioneſ ac uarietateſ:quibuſcum ipſi inter ſe uarii ſunt:tum in longitudinibuſ ac profũditatibuſ:quaſ uario modo cõſtituunt. Interpreſ. ſed danda opera ut ad omnia per/utileſ ciueſ ſint:tam ad numerorum partitioneſ: q̃ ad uarietateſ: quibuſ ſeipſoſ exornant:qbuſq; longiora ꝓfundioraue ornamẽta efficiunt: Quenam ſint iſte uarietateſ:quibuſ ſeſe ciueſ exornẽt: & lõgiora ornamẽta efficiãt: explicet rurſuſ interpreſ in margine libri:non enim minuſ hoc obſcurum eſt: q̃ qđ ſuperiuſ dixerat: una ſecundo. Item Plato cũ warioſ eſſe hominũ moreſ ꝑ locoꝝ uarietate conaretur oſtendere μηδε τον θυμασ λανθανε πο φησι περι τοπων ωμεγιλλε τε και κλεινια.ωσον κεισιν αλλοι τινεσ δια φεροντεσ αλλων τοπων.προσ το γεγνασθαι αν θραιπονσ αμεινονσ και χειρονσ οισ ουκ εναντια νομοθετη τεον. Ne uoſ inquit hoc lateat. Megille & Clinia plurimũ in lociſ diſcriminiſ eſſe ad hominũ uel meliorũ uel deterioꝝ gene/ratione:quibuſ cõtrarie pene legeſ cõueniant. Sic Plato dilucide de locorum diſcrimine ſcribit: & legeſ ob eam rem propemodum contrariaſ ferendaſ exiſtimat:alie nanq; aliiſ ꝓ uaria nature atq; ingenii ratione cõueniunt. At uero noſter interpreſ: ne id quidẽ intelligere potuit. Sed nec illud uoſ fugiat inquit magnam eſſe locorum ad ferendoſ melioreſ peioreſq; uiroſ differentiã. Quibuſ contraria legibuſ ſancienda non ſunt. Videte quanta ſit huiuſ

hominiſ peritia: magnum eſſe diſcrimen locorum dicit: nec tamen animaduertere poteſt: diuerſa loca: diuerſã poſcere legũ rationẽ. Sed contraria non eſſe ſancienda in tanta locorum & hominũ differẽtia teſtatur. Hec ex quinto libro interpretationiſ eiuſ ex/cerpſimuſ: pauciſſima ex plurimiſ: ut ſi tot erroreſ: quot uerba eſſe dixerimuſ: non diſcedamuſ a uero.

E X L I B R O S E X T O.

At ſextum iam eodem modo percuramuſ. In quo cum Plato de comitiſ. R. P. diſſerat: quoniã. R. P. de qua agit noua adhuc parumq; erudita: non ſine errore amplioreſ magiſtratuſ creare poſſet: quomodo tutiuſ tanta reſ agatur: exquirit. & q̃q̃ difficile id eſſe conſiliũ fatetur: neceſſario tamen ſubminiſtrandũ affirmat biſ uerbiſ αλλαγαρ αγωρα. προφασεισ ον παρ νδεχεσθαι. Sed enim certaminiſ ratio nullã patitur excuſationẽ: quaſi dicat: ſed quoniam ſcribendarũ legum prouinciã iam ſuſcepimuſ: nulla difficultatiſ cauſa eſt: per quam ab inſtituto recedere debeamuſ: queadmodum illiſ detrectandi pugnam facultaſ non datur: qui iam certamen adierint. Vnde prouerbium hoc in uſum uenit. Certamen nullam patitur excuſationẽ. Interpreſ. hoc a Platõe tam breuiter & pulchre dictum: quomodo peruertat attendite. Atq nõ oportet inqt nõ querendi cauſã ſuſcipere. Tum Plato φημιγαρω κλειμια λεγει. κρωσιονσ. χρημαι διαφεροντωσ των αλλων κριτων. μημονον αφοσιωσασθαι περιτησ χωρασ ηννυν κατοικιζετε. σϋντονωσ δε πιμελη θημαι τασ πρωτασ αρχασ εισ δυναμϊν. οπωσ αν στωσϊν ωσ ασφαλεστατα και αρϊστα. Eqdẽ Gnoſioſ tuoſ o Clinia inqt pre ceteriſ cretenſibuſ debere arbitror non modo quaſi libando inchoare quam nunc. R. P. conditiſ: uerum etiam ſummo ſtudio nauare operam: ut ampliſſimi magiſtratuſ pro uiribuſ q̃firmiſſime atq; optime conſtituãtur. Interpreſ. Gnoſioſ oportet o Clinia nõ ſolum habitãdam hanc eſſe regionem determinare. ſed operã quoq; pro uiribuſ nauare. ut q̃tutiſſimi atq; optimi magiſtratuſ conſtituantur. Item plato μεγαμεν φησιν ωκλειμια φρο/νονσϊν αιαθημαι. μεγα δε και η απαρτη. και μακραν αποικον αικατεραι. Plurimum ſibi athenienſeſ tribuunt: mi Clinia: plurimũ ſibi Lacedemonii: & lõginqui incolunt: quod ita Clinie dicit: quoniam ille tum Platonem. tum Megillum rogarat: ut ſe ſocioſ declararent ampliſſimorũ magiſtratuum noue. R.. P. quã

ipſi in agro ſuo conderent: Hoc enim Plato recuſat: partim ob athenienſium ac Lacedemoniorum elatiorem animum: Partim ob locorum longinquitatem: ſed licere inquit perbelle: tam illum q̃ eiuſ Gnoſioſ ſeſe ad eã quã condunt. R. P. conferre. Hec Interpreſ minime intelligere potuit. ſed qđ ad interuallum locorũ refertur. ipſe ad coloniam uertit. & longe inquit nimiũ coloniaſ mittunt. Ita quoſ habitare procul Plato ſcribit. Interpreſ lõge coloniaſ mittere exponit. Deinde Plato precipuũ magiſtratũ in primiſq; declarandũ eẽ ſcribit eũ: qui legeſ tueatur atq; cuſtodiat. & quoniam plurium conſilio opuſ eſt eruditorum uirorum qui decernãt ac deligant: tot aũt in ciuitate adhuc noua haberi non poſſint. Megillum & Gnoſioſ ipſoſ tanq̃ cõditoreſ & patreſ patrie ſũmiſ pficiendoſ magiſtratibuſ cenſet: Atq; hoc ita agendũ cõſulenſ τιμεσονμ ωκλειμια και μεΓιλλε φησι. παμτα ημιμ ταντεμ τηπολει καταστη σονσι τωμ αρχωμτε περι και δοκιμασιωμ αντωμ. αρεμμο ονμεμ. ωσ ταισ πρωτομ οντω καταζεν Γμνμεμαισ πολεσϊμ. αμαΓκη μεμ ειμαι τιμασ. οι τϊμεσ δε ειεμ αμ προσ πασωμ τωμαρχωμ ΓεΓο μοτεσ ονκεστιμ. Quinam tandem inquit Clinia & Megille hec omnia in hac noſtra urbe magiſtratibuſ: & eoꝝ probationibuſ apte cõmodeq; conſtituant. num neceſſe exiſtimamuſ ciuitatibuſ nouiſ prefici aliquoſ: nec tamen ſunt: qui ex omnibuſ magiſtratibuſ eligantur? Interpreſ. Sed qui magiſtratuſ omneſ precedant in ciuitatibuſ: que primo conduntur minime ſunt. Tum Plato de ſenatu conſtituendo differit: quem numero trecentorũ & ſexaginta deſcribit: quoſ ex omni cenſu iudicat eſſe proponendoſ: tum eorum dimidiam partem ſorte accipit. hiſ negotium cõſultãdi annuum demandanſ oΓδοηκομτα δε φησῖ και εκατομ εκλεξαμτασ αφ εκαστωμ τωμ τϊμηματωμ. τονσ ημϊσεισ τοντωμ. αποκληρωσαμτασ δοκιμασαι. τοντονσ δε ιμαι τομ εμι αντομ βονλεντασ. Hoꝝ inquit quoſ ex omnibuſ cenſibuſ elegeriſ dimidiũ hoc eſt centũ & octuaginta. Hic nãq; numeruſ dimidiuſ eſt tercentorum &. lx. quorũ ſuperiuſ meminit ſorte ad ſenatuſ ordinẽ cõprobentur. Interpreſ. ita cẽtum & octuaginta de omnibuſ cenſibuſ deligantur: quorum dimidia parſ ſuffragio comprobetur: qui annui conſiliarii ſint. Dimidiam partem centũ & octuaginta hic nonaginta accipit. Vnde quom paulopoſt a Platone dicatur partem duodecimã hoc eſt quindecim. dimidii iã

ſumpti id eſt centum & octuaginta delegandam ad circuitoreſ: hoc eſt cuſtodeſ agri mobileſ & uaganteſ: manifeſte in alterum precipitatur errorem. ut dimidii quem acceperat numeri hoc eſt nonagenarii partem duodecimā dicat· quod falſum eē̄ perſpicuū eſt. Nulla enim nonagenarii numeri parſ duodecima integra ē.

Item Plato cum iam ab omnibuſ probaretur: ut conſtuerenť uiri: qui ſeruandarum legum curam haberent ταμεν τερι των νομοφυλακων φησι ταυτα ειρησθω προσταγματα τρια προιοντων δε εισ τον μπροσθεν των νομων. εκαστοσ πρ οσταξει τουτοισ τοισ ανδρασιν ωντινων αυτουσ δει προσ τοισ νυν ειρημενοισ προσεπιμελεισθαι. De cuſto/dibuſ inqt legum tria hec ſint precepta tum legibuſ proficiētibuſ: quiſ poterit hiſ uiriſ precipere: que ꝓcurare opuſ erit plura q̄ iam diximuſ. Intepreſ legibuſ iam confirmatiſ. ſi plurium rerum curā hoſ uiroſ habere oportet a ciuitate quauiſ proponente cōſyde/rabitur. quaſi quid ciuitateſ alie proponant: quid ille conſyderent queratur: nō quid ciuium: eiuſque conditur ciuitatiſ conſilio addi debeat: ſic noſter Interpreſ iudicat atq; exponit. Dehinc Plato de equalitate inequaliſ· hoc eſt equi ꝓporcionarii & diſtributiōe pro uirtute ac dignitate diſſerit: quod quidem equalitatiſ genuſ & ſi ratione ad uſum ciuilem requirit: raro tamē & a pauciſ ſeruatū legūlatoribuſ cōſtat την μαλη θεσ τατην και αριστην ισοτητα ουκετι ραδιον παντι ιδειν. διοσ γαρ δη κρισισ εστι και τοισ ανθρωποισ αει. σμικρα μεν επαρκει. παν δε οσον αν επαρκεση. πολεσιν η και ιδιωταισ παντα αγαθα απεργαζε ται. Veriſſimam inquit optimāq; equabilitatē cernere haudquaq̄ facile omnibuſ eſt: In Iouiſ enim iuditio hec conſiſtit: & q̄muiſ mortalibuſ quidem raro eam ſufficiat: tamen quotienſ: & quan/tulumcunq; ſuffecerit: aut publice aut priuatim plurimū iuuat: bonorumq; omnium auctor eſt. Interpreſ. Iouiſ enim iudicium eſt: Cuiuſ parua quedam parſ hominibuſ ſufficit: & bene omnia tā ciuitatibuſ q̄ priuatiſ ſi adhibetur diſponit. Sufficit uerbo utitur nō improprie: ſed ita iſcite ut nō ſuppeditare ſicut apud Platonē eſt ſed plene ſatiſfacere id uerbū putet ſignificare. Quapropter uerba ita cōiungit: Parua quedā parſ hominibuſ ſufficit: & bn̄ omnia diſponit. ſcilicet idem eſt ſufficere & bene omnia ſuppedi/tari: uel ut uerbo eiuſ utar: diſponi. Item Plato cum hanc equi inequalitatem cauſam interdum effici poſſe animaduerteret: ut

ſeditioneſ eſſent diuerticuliſ uti quibuſdam admonet: & partim ſorti rem cõmittere partim deum fortunamq; inuocare: ut recte feliciterq; ſuccedat. Quippe niſi ita agatur: fieri non poſſe: quin detrimentum ſequatur τι γαρ επιεικεσ φησι και ξυγγνωμον τουτελεον και ακριβονσ. παρα την δικην την ορθην εστι παρατε θρανσμενον. ο ταν γιγνηται. Aequalitaſ enim inqt illa laudabiliſ & equa diiudicatio boni cũ pter rectã rationẽ fiat. uiolatur & frangitur. Interpreſ. humanitaſ enim & indulgentia quando adhibetur a perfecto exactoq; iuxta rectum iudicium declinat. humanitatem & indulgentiã uocat interpreſ quã Plato equabilitatem nominat. & declinari a perfecto exactoq; eandẽ humanitatem ait iuxta rectum iudicium cum a Platone uiolari frangiq; dicatur: cum contra rectum iuſ agitur. Item Plato de aſſidua ciuitatiſ cuſtodia diſſerit: quo in loco cuſtodeſ decernenſ πληθοσ δε φησιν ουδυνατον οξεωσ ουδεποτε ουδεν τουτων πραττειν. Multitudo inquit nihil huiuſmodi agere celeriter poteſt. Interpreſ. quorum nihil multitudo acute agere poteſt. Incidit ſepiſſime noſter hic Interpreſ in eundem errorem: qui pererudite a diuo Auguſtino reprehendit̃ libro de doctrina chriſtiana in hiſ qui ex ancipiti lingue uocabulo. hec eſt per eq/uocationẽ fallunt̃: ut ſententiã transferant. que a ſenſu ſcptoriſ omnino ſit aliena. Ex ambiguo ĩquit ille diuuſ lingue pcedentiſ plerunq; Interpreſ fallitur: cui non bene ſententia nota eſt: & eam ſignificationẽ tranſſert: que a ſenſu ſcriptoriſ penituſ aliena eſt: ſicuti quidam codiceſ habent: Acuti pedeſ eoꝝ ad effũdendũ ſanguinẽ oxyſ enim & acutum & uelocem apud grecoſ ſignificat: Ille autem uidit ſententiam: qui tranſtulit: ueloceſ pedeſ eorum ad effundẽdum ſanguinem. Ille autem aliuſ ancipiti ſigno in aliã partem raptuſ errauit. Ita plane & hic noſter non ſolum genere erroriſ eodem: ſed etiam ſpetie. eodemq; ancipiti ſigno omnino labit̃: quom qđ Plato οξεωσ dicit: referenſ ad rei mãdate parati/orẽ executionẽ. ipſe non celeriter: ſed acute interpretetur. Item Plato ιερων δε ιερεασ. οισ μεν εισι πατρῖαι ιερωσυναι και αισ μηκινειν ει δε οιον το πρωτον κατοικιζομενοισ εικ/οσ γινεσθαι περι τα τοιαυτα. ημη δε μη η τισιν ολιγοισ. οισ μη καθεστηκοι καταστατεον ιερεασ τε και ιερειασ. Sacerdoteſ inquit: qui paterna ſacerdotia habent: permaneant: ſed ſi: quod uſu euenit hominibuſq nuper ſimul uiuere ceperint:

aut nulli: aut paucissimi habent: noui cóſtituendi ſunt ſacerdoteſ: tum mareſ: tum femine. Interpreſ. Si uero nulla huiuſmodi ſunt: quod accidere illiſ par eſt: qui nunc ciuitateſ condere ceperunt: aut nulliſ: aut pauciſ concedendú. Quã bene Platoné Interpreſ noſter intelligit: cum nulloſ cóſtitui ſacerdoteſ arbitrať precipi a Platone: qui cótra ubi nulli ſunt: paterna ſacerdotia habenteſ: ibi ſacerdoteſ cóſtituendoſ eſſe decernit. Item Plato de eligẽdiſ legum interpretibuſ iubet: ut quattuor tribuũ unaqueq; treſ de ſuiſ eligat uiroſ atq; ex hiſ duodecim qui electi ſunt: treſ p̃ ceteriſ ſuffragio conſtituti: reliquoſ nouem mitti probent ad Appolliné Delphicum: qui ex ſinguliſ terniſ: ſinguloſ diſcernat. Hi uero tota uita interp̃teſ ſint. Interpreſ uero: expoſitoreſ inquit quattuor tribuſ ferant quattuor quelibet: ex quibuſ nouem: qui ſuffragio erunt delecti delphoſ mittantur. Sexdecim eligit iſte non duodecim: ſiquidem quattuor tribuum unaqueq; quattuor exhibet. nec a tribuſ ter treſ mittentur: quom numerũ trinitatiſ ratione Plato obſeruat. Sed a ſeptem quoſ interp̃teſ cóſtituit. Ommitto φ ſi ut hic ſcribit quelibet tribuſ quattuor preſtet. nec ſexdecim erunt: qui eligentur: nec nouem: ſed quattuor tãtum. Quiſ enim romane lingue perituſ nó intelligat: quãlibet: nó om̃eſ ſiue unã quãq; ſed dũtaxat unam aliquã ſignificare nec referre ſi aliquã quattuor tribuũ dicaſ: uel quãlibet quattuor tribuũ: ſub neutro enim licet: niſi diſiunctim deſcẽdere. Cum igitur dicit aduerſariuſ ut quelibet tribuſ quattuor ferat: perinde eſt ac ſi diceret: ut una tribuſ: quecũq; illa ſit: quattuor ferat. Item Plato inde mortui locum eligi a quattuor tribubuſ aliũ iubet: ex ea unde ille fuerat tribu: hiſ uerbiſ τον δε γε λειπορτα προαιρεισθωσαρ αιτεα ταρεσ φυλαι· οθεραρ εκλιπη. Interpreſ. & ad mortui locum quattuor tribuſ alium eligant ómiſit: ex ea unde ille fuerat tribu: qđ in primiſ neceſſarium eſt: non enim de qualibet tribu eligendú Plato cenſet: ſed de ea cuiuſ tribuliſ erat: qui uitaeſt functuſ: ne qua tribuſ ſit: que honore careat magiſtratuſ. Item Plato de agrorum cuſtodibuſ σπουδη δε περι ταυτα η δε εστω φησι τουσ εξηκορτα εκαστουσ. τορ αυτορ τοπορ φυλαττειρ Danda inquit ſũmo ſtudio opera eſt: ut ſinguli ſexageni ſua loca cuſtodiant: non modo hoſtium gratia: uerum etiam eorum qui ſe amicoſ uocant. Interpreſ. ſtudium autem ſexaginta uiroſ q loca cuſtodiũt ſit: ut aduerſuſ hoſteſ amiciſ iſta cuſtodiãt. Itẽ Plato

de cauſiſ: & iudicibuſ: & magiſtratibuſ diſputanſ omnem iudicem magiſtratūq; reddere adminiſtratiōiſ ſue rationē iubet: exceptiſ hiſ qui finem cauſiſ imponunt a quibuſ faſ non ſit. prouocare: qđ in ciuitatibuſ regi ſubiectiſ: honor regiuſ ē. δικαστην δε και αρχοντα ανυπευθυνον ουδεναφησι δικαζειν και αρχειν δει πλην των το τελοσ επιτιθεντων οιον βασιλεων. Nulluſ itaq; inquit iudex & magiſtratuſ immuniſ exanimiſ ſit exceptiſ hiſ: qui finem imponūt: inſtar regum: qđ enim in ea ciuitate: que uniuſ imperio gubernatur: rex ſibi uēdicat: idem ī rebuſ publiciſ: hiſ qui tertio foro finem cauſiſ imponūt: iudicibuſ datur. Interpreſ. nemo autem iudex magiſtratuſue in ciuitate aliqua ſit: qui geſti offitii ſui rationē non referat preter regeſ q̃ſi de regibuſ ſolū dicatur: preter regeſ inquit. Et qđ loco exempli Plato ex pſona regum addit: id p magiſtratu q unuſ a reddenda ratione immuniſ ſit: accipit. & tertium cancellum Platoniſ pretermittit: quod aliaſ regeſ: aliaſ prīcipeſ: nomine: quo magiſ tandē libuerit: appellādoſ: cōtinet ſummoſ magiſtratuſ: finemq; affert cauſiſ: a quo nemini licet prouocare. Vnde fit: ut quātum ex uerbiſ interpretiſ accipi poteſt: non de quauiſ. R. P. ſed de regio dūtaxat ſtatu precipiat.

Item Plato cōuiuia inſtituit agri cuſtodibuſ: quibuſ cum adeſſe omēſ precipiat ο δε αποσ ουτι τισ αυτων φησι καν ηντινουν ημεραν η νυκτα αποκοιμηθεισ. Qui autem conuiuio inquit defuerit: etiam ſi uno die: aut una nocte excubarit probro det. Interpreſ: qui aūt concibationi nō affuerit: ōmiſſo excubauerit reliquo: qđ potiuſ lege punitur. Item Plato τουσ αγορανομουσ φησι: οτον περι την αγοραν κοσμον διαταχθεντα υπο νομων φυλαττειν. Aedileſ īquit ordinē in foro a legibuſ deputatum ſeruent. Interpreſ uenaliū curatoreſ uenditioniſ loca legibuſ conſtituta ornate cuſtodiant. Aedileſ uenalium curatoreſ uocat: & forum locum uenditioniſ interpretatur. Item Plato αι πασαι τοινυν αρχαι φησι πλην βουλησ και πρυτανεων Omneſ inquit magiſtratuſ ſenatu: queſtoribuſq; exceptiſ. Interpreſ. omneſ magiſtratuſ conſilium & conſilii principeſ: nihil hic excipit & ſenatū cōſilium appellat eodēmodo quo edileſ uenaliū curatoreſ: ſed ſit ita ſane: reſ enim ſeruatur: quanq̃m ſub nomine parum proprio. At uero quom queſtoreſ conſilii principeſ dicit: quiſ ferre poſſit: rem uſq; adeo abſurdam? Item Plato reſ que in controuerſiā cadunt perſcrutari diligentiuſ pcipit pconctariq;

ipſum etiam iudicem: non tantũ que ab aduerſariiſ dicunẽ audire ea uidelicet cauſa: ut ueritaſ clariuſ eluceat qđ idẽ arbitriſ quoq; agendum cenſet. & arbitrorũ exemplo legittimoſ iudiceſ ita agere iubet biſ uerbiſ αφωρος δαν δικαστης ημιν φησι. και μη πλειω των αντι δικων εν ταις ανακρισεσι φθεγγομενος καθαπερ εν ταις διαιταις. ουκ αν ποτε ικανος γενοιτο περι την των δικαιων κρισιν. Iudex tacituſ nec ampliuſ aliquid inſtar arbitri: q̃ dictũ ab aduerſariiſ fuerit: percunctanſ iudicare integre nunq̃ poterit. Interpreſ: iudex qui nihil pluſ q̃ litiganteſ dixerint loquitur quẽadmodũ in dieta nunq̃ ad iuſte iudicandũ ſufficienſ erit. An quid preceptum a Platone fuerit intellexerit. Interpreſ: queſo iudicate. dietam enim huic loco inſeruit: quod uerbũ apud latinoſ id ſignificat: quod a mediciſ pro uictuſ ratiõe egrotiſ datur. & iudicem ſcribit loqui oportere: quid autem loqui debeat non explicat: quaſi fabellaſ etiã & anicularũ deliramenta liceat iudicibuſ cauſaſ audiẽtibuſ recitare: Plato quidẽ pcũctari uult iudiceſ: & hoc modo pluſ aliquid ab aduerſariiſ elicere: q̃ ab hiſ propoſitum fuerit: hic autem non percunctari ſed loqui dicit. Dieta uero quã interpreſ rationem uictuſ eſſe exiſtimauit arbitri offitium eſt: Hoc eſt eiuſ quem agenſ & reuſ priuatim ſibi eligũt iudicem: & ſequi ſententiam eiuſ conſentiunt. Licet enim arbitrũ dum cauſam audit interrogare & percunctari: partim actorem: partim reũ: atq; ita re diligentiuſ intellecta iudicare. Iudicẽ uero publicum: & legibuſ inſtitutum audire tantum ſolitum eſt: queq; audierit: lege iudicare: atq; ita ſententiam ferre: quem morẽ Diodoruſ hiſtoricuſ etiam a iudicibuſ egypti ſeruari ſolitũ ſcribit. At Plato minime hanc cõſuetudinem probat. Ideoq; inſtar arbitri agere iudicem iubet: ut reſ de qua agitur percipi certiuſ poſſit: et iudex ipſe quaſi procurator & tutor ueritatiſ: non modo audire rem: ſed etiam perſcrutari ueritatem: & qđ equũ fuerit decernere ſynceriuſ poſſit. Interpreſ uero ita hũc locum exponit: ut plane dicere uideatur iudicẽ nihilomagiſ loqui q̃ egrotum: cũ rationẽ uictuſ a medico tacituſ atq; obtẽperanſ accipit. Hoſ igiẽ admodũ paucoſ: ex infinita pene errorũ ſexti libri colluuione notauimuſ: qui ingenium atq; doctrinam interpretiſ demonſtrarent. Nunc ne longioreſ ſimuſ: ſeptimum aggrediamur.

E X L I B R O S E P T I M O.

Tradit Plato in ſeptimo de educatione atq; eruditiõe liberoꝝ

& eruditionis nomen frequenter eo in loco uſurpat. Interpreſ uero pro educatione ubiq; alimentum ponit: nec tantũ conſequi ingenio potuit: ut intelligeret: non quid cibi: aut potuſ capiant: ſed quomõ ingenuiſ moribuſ: ac liberalibuſ diſciplinis ciuiũ liberi inſtituendi ſint a Platone diſquiri atq; tractari. Item Plato quoniã recta erudiendi ratio efficit ut tã corpuſ q̃ animuſ bene habeat: primo de corporibuſ: quomodo apta robuſta & ſalubria reddantur exponit. cui rei nihil tam cõmodum eſſe q̃ laborẽ atq; exercitationem fatetur. Itaq; iuueneſ laborare plurimũ ſuadet. propter uigorem incrementi & excrementorũ abũdantiã: que reſ cum probari in omni etate non poſſet. is qui cum diſputatur: qd hoſpeſ inquit: num infantibuſ quoq; nup editis plurimũ laboriſ mandabimuſ: Tum plato: minime inquit hiſ primis: ſed illis prius: qui adhuc in utero genitricis alimẽta ſuſcipiunt. Miratur denuo ſotiuſ: & quomõ hec inquit uir egregie dicis ηтοισ κυομενοισ φραζεισ. Num de hiſ loquens qui adhuc intra aluum parentis geruntur? Interpreſ hanc ultimã partem ſic tranſfert. pregnãteſ ne laborabunt: & matreſ uterũ ferenteſ. pro fetu accepit. q adhuc maternis uiſceribuſ continetur. Mox Plato θαυμαστον δε ουδεν εστιν αγνοειν υμασ την τον τηλικοντων γυμνα/στικην. Nihil ſane mirũ eſt ſi uoſ tantille etatis exercitationem ignoratis. Interpreſ: nec mirum eſt tante rei gymnaſticam uoſ ignorare: q̃m recte atq; eliganter expreſſit primordia eiuſ etatis: quibuſ nullum cõſuetum exercitationis genuſ tribuimuſ? Poſt hec interrogat Plato: an infantium nutriceſ eoſ geſtare debeãt: modo ruſ interdum ad templa: aliquando ad gentileſ & familiareſ exercende eiuſ etatis gratia: & niſi id faciãt pena legittima puniri. Hec autem ita interrogat: utrunq; ſane illud comprobanſ: ut & geſtetur infanſ: & pena nutricibuſ: niſi ita egerint decernatur: ει γαρ μη φησι. γελωτα αν πωλυνοφλειν ημασ. προσ τω μη εθελειν αν πειθεσθαι γυναι κειατε και δουλεια ηθη τρο,φων. Alioquin inquit riſum late captabimuſ: dũ muliebreſ ſerui/leſq; moreſ nutricũ recuſent obtẽperare: q̃ſi dicat niſi nutricibuſ penam cõſtituamuſ: irridẽdi erimuſ cũ a mulierculis cõtemnemur. Interpreſ. riſuſ inqt de nobiſ magnuſ: quãdo nutrientiũ moribuſ mulieribuſ ſimul atq; ſeruilibuſ obtemperare nolint. Itẽ Plato motum & modulũ iuuare ad ſomnũ infantibuſ excitandũ dicit: quomodo etiam ad deſipientem debacchationem uidetur cõferre.

Et utrũq; huiuſmodi affectũ genuſ eſſe timoriſ exiſtimat uitio quodam animi cõtractum quod tolli numeroſo motu adhibito poſſit. & concuſſione leui ac placida: interiorem illam animi furibundam ac timidam concitationem ſedari. ac tolli poſſe. arbitrat̃. Cum itaq; exponere: quid uterq; affectuſ ſit: uelit δει μαινειν εστι πον ταν τα αμφοτερα τα παθη. Timor inquit uterq; huiuſmodi affectuſ ẽ. Interpreſ formidãde utreq; iſte ſunt paſſiões. Ita q᷑ Plato ſub timoriſ genere poſuit. hic ecõtrario formidãdũ dicit. debacchationẽ uero inſipiẽtiſ: bacchã furentẽ interpretat̃.

Item Plato per interrogationem ο δε δυσκολοσ φησιν ον δαμωσ τε ιλεωσ. αρον δο κει σφωιν θρηνωδησ τε ειναι. και οδυρμων ωσ επι το πολυ πληρησ μαλλον ηχρεων εστι τον αγαθον. Homo inquit difficiliſ & minime placiduſ: nõne gemebũduſ magnaq; ex parte queruluſ ultra q̃ deceat bonũ uirum eſſe uobiſ uidet̃. Interpreſ: nõne igit̃ difficiliſ ac minime placabiliſ fletu clamoribuſq; plenior fore uobiſ uidet̃. q̃ mitiſ & manſuetuſ?

Item Plato uoluptatiſ ac doloriſ mediocritatem cõmendanſ: ſubdit eandem mediocritatiſ rationem diuine quoq; nature conſentaneam eſſe hiſ uerbiſ. ην δη διαθεσιν. και θεον. κατα τινα μαντειασ φημην. ευστοχωσ παντεσ προσαγορευομεν. Quem affectum uel deo non inepte omneſ quadam diuinationiſ fama tribuimuſ. Interpreſ. quem affectum placabilem dei quodã oraculo cõmode appellamuſ. Item Plato ne quiſ ſe uoluptatibuſ dedat: admonet: quoniam dolore ita uacare non poterit μη τουν αυτον προπετη φησι προσ τασ ηδονασ γινομενον ολωσ. ωσ ουδεκτοσ λυπων εσομενον. Quapp̃ter nec ipſũ inquit ad uoluptateſ ꝓpenſiorem eſſe oportet: quoniã ne dolore quidẽ uacare poſſit: Interpreſ nec ipſe ad uoluptateſ inq̃t ꝓcliuuſ erit omnino. reliquã partem pretermiſit: hec eſt: quoniam dolore uacare non poterit: quod ad euitandam uoluptatem alioquin plurimũ ualet. Item Plato nutriceſ adhuc tantillorum quibuſ infanteſ cõmittit. τασ δε τροφουσ φησιν επι των τηλικουτων κοσμιοτητοσ τε και ακολασιασ επιμελεισθαι. Oportere inquit curam ornatuſ continentieq; habere. Interpreſ: de quibuſ curam nutriceſ habeant: ornatum uero & continentiã. & adhuc tantillorum ne longior eſſet: õmiſit Tum Plato ex ſinguliſ tribubuſ ſingulaſ mulieres etate prouectaſ: deligẽdaſ cẽſet numero duodecim: que tum gregi pueroꝝ: tum nutricibuſ p̃ſint

earum officium reuiſant: & quotienſ opuſ eſt: emendent τωμδε τροφωμ αντωμ και τησ αγελησ ξυμπασησ. τωμδωδε κα γυμαι κωμμιαμε φεκαστη τε ταχθαι κοσμουσαμ κατε μιαντομ. τωμ προ ειρημεμωμ. οσα αμ ταξωσιμ οι μομοφυ λακεσ. Ipſarum autem nutricũ inquit: gregiſq; uniuerſi: ſinguliſ ſingule de duodecim muliereſ preficiantur: que ordinent ac diſ/ ponãt per annũ quecunq; ex ſupradictiſ cenſoreſ mandauerint. Interpreſ: una mulier unicuiq; gregi annuo tẽpore preſit omiſit nutriceſ: & duodecim mulierum numerum. & quod dixit ita ob/ ſcurũ eſt: ut nõ poſſit intelligi. Item Plato ταυτασ δεφησιμ αιρεισθωσαμ μεμ. αι τωμ γαμωμ κυριαι τησ επιμελειασ. εξεκαστη τησ φυλησ μιαμ. ηλικα αυταισ. Eligant inqt eaſ que nuptiiſ ꝑſint mulieres: ſingulaſ ſinguliſ tribubuſ ſibi eq̃leſ. In/ terp̃ſ duodecim mulieres de duodecĩ tribubuſ eligant: & nuptiarũ principeſ mulieres eligant. reliquit ſibi equaleſ. quod neceſſarium eſt: non enim etatem iuuenilem reſ poſtulat: ſed ſenilem. Item Plato mulieri que prefecta ſit nutricibuſ aĩaduertẽdi in quoſdã iuueneſ peccanteſ poteſtatẽ concedit: reliquoſ autẽ ad tribunitiã refert poteſtatem δουλομ φησι και δουλημ. και ξεμομ και ξε μημ. κολαζετω αυτη δια τιμοσ τωμ τησ πολεωσ οικητωμ Seruum autem inquit aut ſeruam: peregrinum aut peregrinam: ipſa per aliquem ex miniſtriſ. R. P. puniat. Interpreſ omiſit ipſa. quod uerbũ pernéceſſariũ eſt: Additur enim reſpectu tribunitie poteſtatiſ a q̃ puniri reliqui debent .Item cũ Plato ignorantiã dicat nutricum & matrũ αγμοιαμ τροφωμ και μητερωμ. In/ terpreſ nutricum & matrum amentiam dicit. quaſi nihil aut parũ inter ignorantiã & amentiã interſit. Itẽ Plato pueroſ puellaſq; ad choream hortatur exemplo Minerue uirginiſ: que Atheniſ precipue colebatur. Hanc enim ſtudio choree delectatam: ali/ quando armatam ſaltitaſſe memorie proditum eſt. Interpreſ pro Minerua aut Pallade de qua Plato locutuſ eſt Proſerpinã dixit.

Item Plato agoneſ & proagoneſ dicit: hoc eſt: ludoſ & ꝑludia quedam. Interpreſ certamina & bella interpretat́. Item Plato το τωμ παιδιωμ γεμοσ ειμη μεταβαλλομεμομ αφετερου εισ ετερομ αλλα μομιμομ ειμ. μεγαλημ ισχυμ ισχειμ προσ το και τουσ μομουσ τουσ τεθεμτασ μομιμουσ ειμαι. Lu/ dorum genuſ: ſi nõ ab uno in aliud mutet́: ſed idem ſemp maneat: plurimum inquit ad legum ſtabilitatem ualere. Interpreſ genuſ

puerorũ ſcribit την παιδιαν. hoc eſt ludũ pro παιδιω uidelicet puero accipienſ. ubi nec orationiſ ſerieſ nec ratiò rei: ſtabilitatem patitur puerorum. Item Plato iura recte conſtituta: ut rata firmaq; maneant ſcribit oportere: quandoquidẽ mutatio eorum magnam afferret iacturam. Quem locũ ita exponit κινουμενα δε ταυτα. και καινοτομουμενα. μεταβολαισ τε αλλαισ αει χρωμενα και μηδεποτε ταυτα φιλα προσαγορευον των των νεων. μητεν σχημασι τοισ των αυτων σωμα/των μητεν τοισ αλλοισ σκευεσιν ομολογουμενωσ αυτοισ αει κεισθαι το τευσχημον και ασχημον. αλλα τον τινεον αει καινοτομουντα και εισ φεροντα των ειωθοτων ετερον κατα τε σχηματα και χρωματα παντα και οσα τοιαυτα. τουτον τιμασθαι διαφεροντωσ. τουτον πο/λει λωβην ουκ ειναι μειζω φαιμεν αν. ορθοτατα λεγοντεσ Cum aũt eadem mouentur: & innouanẽ: ac mutatione ſubinde uaria diſſident. nec eadem unq̃ iuuenibuſ grata familiariaq; ap/pellantur: ut non in corporũ geſtibuſ: nõ in aliqua ſuppellectile certum confeſſumq; habeatur: quid honeſtum: quid turpe ſit: ſed qui ſubinde aliquid noui cõpererit: diuerſumq; attulerit a ſupiori uel figura: uel colore: uel aliqua huiuſmodi diuerſitate. hic pre ceteriſ cõprobetur: hac re ſi nullam pernicioſiorem peſtem eſſe in .R. P. poſſe dicimuſ: recte ꝑfecto arbitramur. Interpreſ quomõ locum hũc in latinã linguã tranſtulerit opere precium ẽ audire. Si uero inquit nouiſ ſemp rebuſ: mutationibuſq; utatur: ac aliſ atq; aliſ: tum figuriſ corporũ: tum ceteriſ uaſiſ delectari aſſueſcat honeſtum quoq; ac turpe ſit: ſemper eſſe mouendum arbitrabitur. Quare ſi quiſ aliqua noua figuriſ odoribuſq; in medium afferenſ honoratur. hoc recte ſentienteſ dicemuſ peſtem. R. P. maiorem nullam futuram. Quid in hiſ Platoniſ ſit equidem nõ uideo: nec alioſ puto ſecuſ q̃ ego ſentio exiſtimaturoſ. Quid autem ſibi hec uelint: interpreſ dicat: ſi tamẽ quod mihi difficile uidetur: ſeipſum intelligit. Item Plato erudiendoſ in re militari liberoſ ciuium ſeu uolẽtibuſ: ſiue inuitiſ parentibuſ decernit. ου χον μεν αν βουληται φησιν ο πατηρ φοιτωντα. ουδ αν μη εωντα τασ παιδειασ. αλλα το λεγομενον. παντ ανδρα και παιδα κατα το δυνατον. ωσ τησ πολεωσ μαλλον η των γεννητορων οντασ παιδευτεον εξ αναγκησ. Hon quem pater inquit uolu/erit diſcere. quem uoluerit miſſaſ facere diciplinaſ: ſed ut aiunt

omneſquauiſetate: dare pro uiribuſoperam etiã multoſ quãdo/
quidem. R. P. filii potiuſ ſunt: q̃ eorum: a quibuſ geniti fuerunt.
Interpreſ: uenient autem illuc: non qui a parentibuſ mittuntur
ſolũ· ſed uiri adoleſcẽteſq; omneſ. Ciuitatiſ enim magiſ q̃ genitoꝝ
ſuoꝝ ſunt: ita nec dignitatẽ ſeruat platonici ſermoniſ: & ſententiã
omnino peruertit. Item Plato mulierum nimium otium atq;
inertiam improbat: nec ſatiſ eſſe arbitratur: ꝙ reſ domi recõditaſ
ſeruãt: & aut nent: aut texũt: ſed ad exercitationeſ etiã ꝓdeundũ
arbitratur & corpuſ parandum ad laboreſ & pericula: quotienſ
opuſ ſit ſubeunda εισ τινα μιαν οι κησιν ξυμφορησαντεσ
φησι. τολεγομενον παντα χρηματα παρ εδομεν ταισ
γυναιξι διαταμιευειν και κερκιδων αρχειν. και πασησ τα
λασιουργιασ. Domi inquit uniuerſaſ reſ ut dici ſolet reconditaſ
mulieribuſ cuſtodiendaſ tradimuſ: & radiiſ omniq; lanificio conce/
dimuſ dũtaxat eaſ preeſſe. Interpreſ: conductiſ in unã mulieribuſ
domum: radioſ: texturam: ceteraq; huiuſmodi cõmittemuſ. Quã
ſcite & prudenter: reſ domi reconditaſ uertit perituſ interpreſ: in
muliereſ unam in domum conductaſ. Item Plato mulierum
lacenarum morem in lanificio & re militari poſitum narranſ γυ
ναικασ δε φησιν αργουσ μεν ταλασιασ. ασκητικον δε τι
ναβιον και ουδαμωσ φαυλον ουδ ευτελη διαπλεκειν θερα
πειασ δε και ταμιειασ αυ και παιδοτροφιασ εισ τι με/
σον αφικνεισθαι. των δ εισ τον πολεμον μη κοινωνουσασ
Mulieres inquit lanificio quidem uacare: ſed uitam quandam ſo/
lertiorem: & minime uilem atq; abiectã agere: quinetiã domeſtici
cultuſ: & penuarii offitii: ac cure filiorum mediũ quoddam tenere
Bellice autem rei conſortium recuſare. Interpreſ. mulereſ uero
cultui filiorum uacare belliſq; non participare. Item Plato γε
ωργιαι δε φησιν εκδεδομεναι δουλοισ. απαρχην των εκ
τησ γησ αποτελουσιν ικανην ανθρωποισ ζωσι κοσμιωσ
Ager ſeruiſ traditus ad colendum fructum ſane reddet: qui ſatiſ
ſit hominibuſ uitã modeſte agẽtibuſ. Interpreſ: agricultura ſeruiſ
cõmendata: qui homineſ primitiaſ agrorum ſatiſ perſoluant: ho/
neſte uiuunt recte ſane ut cetera. Item Plato: Ciueſ ne ocioſe
uiuant deterret: inde afferenſ metũ: ꝙ niſi uite offitiiſ ꝑfunganẽ
facile in eam que conueniat rem delabentur. Conuenientem autẽ
ac debitam rem eſſe dicit: ut animal quod ocioſe ac negligenter
degit: ab alio animali rapiatẽ: qđ riget laboribuſ & uiribuſ ꝑſtat

ουδοιοντε φησι τον ζωντα ουτως ατυχησαι τον προσηκοντως. προσηκει δε αργω και ραθυμως κατα πεπιεσμενω ζωω: σχεδον υπ αλλου διαρ πασθηναι ζωον των σφοδρα τετρι χωμενων μετα ανδρειας αμα και των πονων. Nec fieri inquit poteſt: ut homo: q ita uiuit: ea re uacet: que cõ/uenit. Conuenit autem ocioſo: & per inertiam obeſo: iacentiq; animali ut ab alio rapiatur: quod labore extenuatũ ſit: & ualeat animo. Interpreſ: nec poſſit uiuuſ quiſpiam ad tãtum infortuniũ deuenire: ocioſo enim pinguiq; animali cõuenit: ut ab alio labo/ribuſ extenuato fortiq; rapiatur. Item Plato ad exercendum tam corpuſ q̃ animum hortatur: & ne quid temporiſ rei tam ne/ceſſarie detrahatur perſuadenſ πασα δε νυξ τε φησι και ημερα σχεδον. ουκ εστιν ικανη τουταυτο πραττοντι. τοτε δε ον τε και ικανον αυτων εκλαμβανειν. Nox inquit tota: dieſq; fere totuſ: ſatiſ non eſt ad plenum abſolutũq; eiuſ rei fructũ capiendum. Interpreſ: tota uero nox: totaq; dieſ: id facienti non ſufficit: reliqua ne lõgior eſſet: omiſit. Sic enim ſepe que Platoniſ ſunt ꝑtermittit: que nõ ſũt: addit. & ut ĩ neceſſariſ: que auctoriſ ſunt: breuior: Sic in ſuiſ que perabſurda: prolixior eſt. Item Plato quantum ſomni ſatiſ ad hominiſ ualitudinẽ ſit deſcribenſ: ẽ εστι δε ου πολυ φησι. καλως εισ εθοσ ιον. Non multum ẽ inquit: ſi bene aſſueſciſ: quaſi dicat: qđ ad ualitudinem requirit̃: non multum eſt: preſertim homini bene morato: & mediocritati aſſueto. Interpreſ: ſomnuſ ergo turpiſ eſt: & conſuetudine creſcat.

Item Plato ο δε μη πειθομενος φησιν. ατιμος των παιδειων εσ των τιμων. Qui nõ parebit inqt: experſ honoꝝ erit: q uiriſ erudit iſ: & in aliquo diſcipline genere excellẽtibuſ dari ſolẽt. Interpreſ. puerileſ inquit honoreſ non conſequetur a diſciplina dilapſuſ eſt in puerilitatem. Item Plato ne puellaſ quidem in rebuſ bellicaſ uult eſſe inexercitataſ: ut cum matrone fuerint: poſſint: ſi ita reſ exigat: pro filiiſ ſuiſ pugnare: nec ad ſacra ſolũ: & templa: prouolute ululatu ac gemitu omnia compleant. & mu/lieribuſ ſuppliciiſ inſiſtant: prauam generi humano opinionem contrahenteſ: quaſi omnium animantium natura ignauiſſimum ſit. Interpreſ: opinionemq; generi hominum dare: omniũ anima/lium mulereſ eſſe ignauiſſimum. Mulereſ tantum pro uniuerſo hominũ genere: de quo Plato loquit̃ accipit. Item de exercitio luctandi: & reliquo iuuenilíſ etatiſ motu Plato diſputat: quo in

loco plura ſaltandi genera enumerat: quorum alia probat: alia improbat: & in hūc modū loquitᷣ. δυομεναυτησ ειδηχρη νομι ζειν ειναι φησι. τηνμεν. των καλλιονων σωματων επιτο σεμνονμιμουμενην. τηνδετων αισχιονων επι το φαυλον τε. δυο καιτουαπουδαιου δυο ετερατουδησπου δαιου. την μεν κατα πολεμον και ενβι αιοισ εμπλακεντων πο/ νοισ. σωματων μεν καλων. ψιχησ δανδρικησ. τηνδενευ πραγιαισ ουσησ ψιχησ σωφρονοσ. εν ηδοναισ τε εμμε τροισ ειρηνι κεν αντϊσ λεγων. κατα φυσιν την τοι αυτην ορχησϊν λεγοι. την πολεμικηνδη τουτων αλλην ουσαν τησ ειρηνικησ. πυρριχην αντϊσ ορθωσ προσαγορενοι· τασ τε ευλαβειασ. πασων βολων και πληγων. εκ νευσεσι και υπειξει παση. και εκ πηδησεσιν εν υψει και συν ταπει νωσει μιμουμενην. και τασ ταυταισ εναντιασ. τασ επι τα δραστικα φερομενασ αυσχηματα. εντε ταισ των το ξων βολαισ και ακοντιων. και πασων πληγων μιμηματα επιχειρουσασ μιμεισθαι. τοτε ορθον εν τουτοισ και το ευτονον των αγαθων σωματων και ψιχων. οποταν γιγνη ται μιμημα ευθυφερεσ ωσ το πολυ των του σωματοσ μελον γιγνομενον. ορθον μεν το τοιουτον. το δε τοϋτο ισ οναντιον. ου κορθον αποδεχομενον· την δε ειρηνικην ορχησϊν. τηδαν θεωρητεον εκαστων. ειτε ορθωσ ειτε μη κατα φυσϊν τισ τησ καλησ ορχησεωσ αντϊλαμβανομε/ νοσ. εν χορειαισ πρεπον τωσ ευνομων ανδρων διατελοι την τοινυν αμφισβη τουμενην ορχησιν. δει πρωτον. χωρισ τησαναμφισβητουτου διατεμειν. τισ ουν αυτη. και πηδει χωρισ τεμνειν εκατεραν. Eiuſ duo genera eſſe cēſendum eſt. Alterum quod digniorum corporum honeſtatem imitetur. Alterum quod deformium uicia ſequatur. Vicioſi item generiſ ſpecieſ duplex eſt: & duplex probi. Probi inq̃ ſi alteram ſpeciem bellicam dixeriſ: cum uiolentiſ laboribuſ: corpore digno fortiq; animo implicamur: alteram uero pacificam. cum per feli/citatē animo modeſto uoluptatibuſ modice utimur: ſcite recteq; cum ratione appelleſ. Bellicum igitur genuſ illud diuerſum ab hoc pacifico pyrrhicham recte nomineſ: ꝙ cautioneſ omnium tum iactuū: tum plagarum declinatione ceſſioneq; uaria: & ſaltu aut ſublimiore: aut humiliore referat: atq; etiam contrarioſ geſtuſ: quoſ agendi peritia formet. Tum uero in iaciendiſ aut ſagittiſ: aut

iaculiſ in omni denique telo ſiue ictu: conetur decorum ex acto ſimulandi ingenio ſeruare ac reddere. Itaque officium in hiſ pbet: & corporum animorumque conſtantiam ſepe directo membrorum geſtu: interdum etiam indirectu ſimulatam cōmendet. Pacificum rurſuſ ſaltitandi genuſ in ſinguliſ hoc modo cōſyderandum eſt: recte nec ne profeſſor digne ſaltationiſ in choreiſ uirorū optima lege eruditorum recipiatur. Ergo ſaltādi genuſ: quod in contro/ uerſiam cadit: primum ſeorſum ab eo: quod certum confeſſumque habetur: ſecari debet: quod nam igitẽ hoc eſt: & quomodo ſeorſū diſtinguendum? Hec cum ita a Platone ſcripta ſint. Interpreſ: partem maiorem & inſigniorem: & cōmodiorem notarum: quibuſ Plato ſaltandi genera exprimit: pretermiſit: & uerba inculcanſ ita loquitur: ut quid dicat: a nemine poſſit intelligi. In duaſ inque ſpetieſ eā diſtribuimuſ. Nam uel ad honeſtiuſ: uel ad turpiuſ de/ ducuntur: Quorū utriuſque duo rurſuſ genera ſunt: honeſti ergo generiſ: ſi corpora pulchra ſunt: animuſque modeſtuſ: pacifica hec ſecundum naturam motio appellabitur. Que autem bellica eſt: magnitudinemque animi querit pyrrhiche recte uocabitur: ī qua ſūt: fluxuſ corporiſ: qbuſ tela plageque uitanẽ: exaltatiōeſ in altū: humique protractioneſ ceteraque huiuſmodi dubie quoque ſaltationiſ ſeorſum genera diſtinguenda. Quā ſcripta Platoniſ ab hoc inter/ prete recte in latinum uertantur: manifeſtum eſt: hinc mouetur aduerſariuſ: ut obiciat Platoni: quod pulchritudini corpoꝝ īdulſerit quia uidelicet dignitatem corporiſ quam ille tribuit bello: hic ad pacem peruertit: magnitudinem prorſuſ corporiſ: pulchritudinem eſſe: nemo excepto interprete ignorat. Quapropter Plato corpuſ dignitate preditum: & animum fortitudine preſtantem in bello cōſtituit: Hic huiuſmodi corpuſ in pace ponit: & pulchritudiniſ nomine cōtaminat animi modeſtiam uoluptate modice utentẽ. Fluxum uero corporiſ quiſ neſciat apud latinoſ uentriſ pfluuiū dici: & tamen hoc uocabulo uſuſ eſt. Interpreſ. pro hiſ que Plato nutum: flexū: ceſſum: ſaltum: nominat: Taceo quod ea que a Platōe cōtraria ſupradictiſ adducuntur: ut eiſ uerba illa adiungit: aliaque ſimilia. Facit hic ſane ex oratione Platoniſ tanquam ex pulcherrima arbore truncū quendā: omnibuſ que dignitatem illiuſ cōplerent: āputatiſ: atque reſciſſiſ. Tum Plato de diſciplinarū ſtudio differit & quatenuſ aut quomodo hiſ danda opera ſit: iubet. Tum uero ī ſermonẽ incidit incōmenſurataꝝ & cōmenſurataꝝ magnitudinū

quaſ noſſe neceſſarium arbitratur. alioquin tortũ eſſe: uicıſſimq; ſeniores propoſitis huiuſmodi queſtionibuſ moram animi cauſam trahere: multo iocundiorem. tallis & teſſeris ſtudio contendentes: libero homine digno. Reſpõdet hiſ ſotiuſ ισωσ εοικεν ητεπετ τεια·και ταυτα αλληλωντα μαθηματα και παμπολυ κε χωρισθαι. Quid ni? Plurimum enim inter teſſeras ac diſciplinas iſtaſ intereſſe longoq; interuallo diſiungi manifeſtum eſt. Quod reſponſum plane illud explicat: longe iocundiuſ poſſe ſenes in his diſciplinis animi cauſa uerſari q̃ in tallis & teſſeris: quandoquidem hec ſtudia longe nobiliora ſunt: & ſenili etati magiſ accõmodata. Interpreſ: nõ multũ forſan teſſere iſteq; doctrine inter ſe diſtare uidentur. Parum ſi deo placet receſſit a Platonis ſententia: quãdo ille diſiungi hec longo interuallo dicit. hic non multum inter ſe diſtare interpretatus eſt. Deinde Plato de uenatione: & quenã ſequenda: que reſpuẽda ſit: dicturuſ τον μεν νομοθετην επαι νεσαι και ψεξαι φισι χρεωντα περι θηρασ προσ τουσ των νεων πονουσ και τα επιτηδευματα. τον δαν νεον. ακουσ αντα·πειθεσθαι. και μηθηδονην. μητε πονον εξειργειν αυ τον των δε περι εκαστα απειληθεν των μετα ζημιασ και νομοθετηθεντων. τα μετε παινουρηθεντα μαλλον τιμαν και προσταχθεντα απο τελειν. Legumlatorem inqt uenãdi rationem: partim probare: partim damnare: oportet: ad labores & ſtudia iuuentutis. Iuuenes aũt ipſi obtẽperare preceptis debẽt: & neq; a uoluptate: neq; a labore arceri: quominus offitio ſuo fũ/gantur. Tum uero que cum cõminatione dicta ſunt diligentius colere: atq; ſeruare q̃m que minaciter addita pena lex ſanxerit. Interpreſ: oportet ut legiſlator ad incitandum labores ſtudiaq; iuuenum uenationẽ laudet. Iuuenes aũt ita parere: cũ audierint: ut nec labor: nec uoluptas a uenãdo ipo arceat: magiſq; honorẽt: que dicta cũ laude ſunt: q̃ que minis mulctiſq; firmata phorreãt.

Mox Plato τουτων δη προρρηθεντων φησιν εξησ αν γι γνοιτο. εμμετροσ επαινοσ θηρασ και ψογοσ. Hoc ita ſquit exorſi: laudem deinceps modice improbationemq; uenãdi dicemus. Interpreſ pro modica laude metricã dixit q uel ſolus error ſatis: ſuperq; hominis peritiam indicat: Quis eſt enim adeo mentis inops qui carmen: & metricam poetarũ rationem huic loco accõmodari poſſe arbitretur? Item Plato νυν τερεντιν δε φισι. θηρεν την δηλονοτι· κυσι και πλεκταισ πιστον. μηδεισ μηδε

ποτε εασι μηδαμου θηρευσαι. Venatorem inqt nocturnũ retibuſ & canibuſ ſuiſ fidentẽ nemo uſpiam ſinat uenari. Interpſ noctu ſine canibuſ & retibuſ nemo id audeat facere. Sed reliquiſ õmiſſiſ: que notari ĩ hoc libro poſſẽt: Nũc ad octauũ trãſeamuſ.

DE LIBRO OCTAVO.

¶ Diſſerit in hoc Plato de duplici amicitie genere: atq; hiſ utitur uerbiſ φιλον μεν που καλουμεν φυσιν ομοιον ομοιω κατα ρετην. και ισον ισω. φιλον δ᾽ αυ και το δεομενον. τον πλουτικοτος. εναντιον ον τω γενει. οταν δε εκατερον γενηται σφοδρον. ερωτα επονομαζομεν. Amicum appellare eum ſolemuſ: qui uirtute ſimiliſ ac par eſt: Atq; etiam eum: qui pecuniiſ eget: diuitiſ amicum nũcupamuſ quanq̃ genere eſt plane diuerſũ. Vtrunq; uero quotienſ amplificatum eſt: amorem iam dicimuſ. Interpreſ. Amicũ enim ſimile ſimili: & equale equali aſſerimuſ. Sed rurſuſ etiam amicum: qui diuitiſ indigeat: quanq̃ genere cõtrariũ ſit: amicum dicit eum qui diuitiſ indiget: ſed cuiuſ tandem amicuſ ſit: tacet: cũ id Plato exponat dicenſ: amicũ diuitiſ eſſe qui pecuniiſ eget. Item quod Plato dicit: utrunq; uero quotiẽſ amplificatum eſt: amorẽ iam dicimuſ. Interpreſ ita exponit. Cum uero utrũq; cõcurrat cupidiniſ ardorẽ nuncupamuſ: qđ duplicem in ſe cõtinet errorem: neq; enim cõiunctio: aut concurſuſ: ut ipſe ait amicitiarum huiuſmodi amor eſt. Vtraq; enim per ſe cum amplificata eſt autore Platone nomẽ amoriſ recipit: neq; ſi cõiungantur amorẽ facient: niſi amplificatio: hoc eſt uehementia quedam amoriſ acceſſerit: quod ab interprete pretermiſſum eſt. Taceo ꝙ ne ardor quidem cupidiniſ dici debet: qđ Plato erotem dixit. Eroſ enim amplificationẽ beniuolentie refert: & honeſte rei meliuſ: q̃ ardor cupidiniſ accõmodari poteſt. Item Plato tertiũ amicitie genuſ exponit: qđ ex duobuſ iam dictiſ mixtum habetur: explicatiſq; duorum illorũ ſimplicium conditionibuſ affert tertiũ hiſ uerbiſ ο δε μιχθεις φυσιν εξ αμφοιν τριτος ερως. ουτος εσθ᾽ ον διεληλυθαμεν ως τριτον. Tertiuſ aũt amor: qui ex ambobuſ illiſ permixtuſ eſt: genuſ illud eſt amoriſ: qđ noſ tertium expoſuimuſ. Interpreſ hoc totum relinquit: cauſam ipſe afferat: ſi poteſt.

Item Plato modũ quo ſuperari libido atq; inhoneſta uoluptaſ poſſit: exponenſ conuiuioꝝ exemplo utitur: que quanq̃ inſtitui poſſe anteq̃ in uſum uenirent minime putabantur: poſtea tamẽ recepta ſunt. Sic enim de uoluptate ſentiendum arbitratur: ut

quanq̃ ſuperari poſſe nequaq̃m exiſtimetur: excogitari tamen modus aliquiſ poſſit: quo ſuperetur: qui ſi adhibeatur credẽt facile: quod ante perſuaderi ſine difficultate nequiuiſſet. Quo in loco biſ utitẽ uerbiſ αλλα γαρ εισ τουτο προβεβηκε νυν. ωστου δαν ποτε γενεσθαι δοκει. Sed enim eo reſ prouecta nunc eſt: ut nunq̃m effici poſſe uideatur. Interpreſ. ſed ad hoc modo peruenit: ut uideatur: nec tunc quidem fieri poſſe: ſicut concibationiſ ſtudium non credebatur. Quod Plato exiſtimari dixit minime effici poſſe: hic ad tempuſ quoddam preteritum refert: ſed quod ſit illud nec ipſe dicit: nec noſ querimuſ: quando nullum tempuſ a Platone determinatur. Concibationeſ autem appellat ſuopte uocabulo: que noſ conuiuia dicimuſ. Item Plato dum uinci poſſe uoluptateſ oſtendit: mentionem athletaꝝ quorundã facit: quibuſ tãetſi corpora ualidiora: & animi longe deterioreſ q̃ ceteriſ bene inſtitutiſ ciuibuſ erant: a rebuſ tamen ueneriſ abſtinere potuerunt: quo in paleſtra poſſent uictoreſ euadere: quibuſ affert. Longe igitur magiſ noſtri adoleſcenteſ multo pulchrioriſ uictorie gratia temperare a uoluptate deberent: Poſt que ſotiuſ percontatur: quam tandem uictoriam intelligat: cui Plato uoluptatum inquit uictoriam: quaſ qui ſuperare poteſt: felicẽ agit uitam. Qui uero ab hiſ peſſundari ſe permittit infelicem ac miſerã προσ δε τουτοισ ετι φοβοσ ο του μηδαμη μηδαμωσ οσιον αυτο ειναι. δυναμιν ημιν ουκ αρα εξει κρατειν. ων αλλοι κεκρατηκασι τουτων οντεσ χειρονεσ. Ad hec timor inquit nequid impie committatur: nonne efficere poterit ut ea melioreſ ſuperarent: que ſuperare deterioreſ potuerunt. Interpſ: quid igitur formidamuſ: ne minime rem uincamuſ: quã alii peioreſ ſuperarunt? Item Plato modoſ quibuſ ſuperari poſſit expoſuit uoluptaſ: eoſ q̃q̃ non facileſ tamen cõmodoſ eſſe exiſtimanſ ταυτα δε φησι. καθαπερ ισωσ ευ μυθω ταυυν λεγομενα εστιν ευχαι. πολυ γε μην αριστα ει περ γιγνοιτο. εν πασαισ πολεσι γιγνοιτ αν. Hec fortaſſe inquit: que modo dicimuſ perinde quaſi per fabulam optanda ſunt. uerum ſi fieri potuerunt: q̃ optima omnibuſ ciuitatibuſ cõtingent: quaſi dicat: fabulaſ iſta eſſe: & que optari potiuſ q̃m capi conſilio poſſint. Interpreſ duo hec membra orationiſ commiſcenſ. & ſententiam Platoniſ deprauanſ. Hec inquit quaſi per fabulam dicta: preceſ ad deum ſint multum collature ſi he legeſ ubiq; obtinebunt. Tum Plato de aquarum

ductibuſ: & puteiſ faciẽdiſ diſſerẽſ ανδρια δε ειτισι τοποισ φησιξυμφυτοσ εκγησ. τα εκδιοσ ιοντα αποστεγει ναματα και ελλειπει των αναγκαιων πωματων. ορυττετω μεν εν τω εαυτου χωριω μεχρι τησ κεραμιτιδοσ γησ. Siqua inqt aliquibuſ in locıſ aque inopia ſolo inſita: riuoſ arcet a Ioue pro/deũteſ: atq; ita defectuſ neceſſarii liquoriſ urget: ſuo quiſq; in loco ad cretam uſq; effodiet. Interpreſ. ꝙ ſi aque inopia in agriſ ẽ ali/quibuſ: & pluuialibuſ aquiſ retentiſ uiuũt cum neceſſitate quiſpiã in loco ſuo ad terram uſq; ſolidiorem effodiat. Deinde Plato de fructuum uſu διττασ ημιν φησι δωρεασ ηθεοσ εχει χαριτοσ αυτη. την μεν. παιδιαν διονυσιαδα αθησαυριστον. την δεισ αποθεσιν γενομενην κατα φυσιν. Duplex inquit gratie munuſ hec dea nobiſ largitur: alterum ad deliciaſ non re/condendaſ: alterum ad recondendaſ aptiſſimum. Interpreſ: alteꝝ ante depoſitionem: alterum in diſpoſitione. Item Plato οσ αν φησιν αγροικον οπωρασ γευσηται βοτρυων ει τε και συκων. Quicunq; de ruſticiſ fructibuſ: uuaſ aut ficuſ guſtarit: quo in loco ruſticoſ fructuſ: eoſ nominat: q apti ſunt ad recondendũ. Interpreſ: qui uuam ante uindemie tempuſ guſtauerit. Item Plato contumaceſ eiuſ legiſ de fructu ruſtico puniens εαν δε δη δουλοσ φησι μη πεισασ τον δεσποτην των χωριων. απτηται τουτων τοιουτων. κατα ρειγα βοτρυων και συκον συκησ. ισαριθμουσ πληγασ τουτοισ μαστιγουσθω. Si ſeruuſ inquit domino fundi inuito tetigerit hec quotcunq; uue acinoſ ſiue ficuſ comederit: totidem plagiſ cedatur. Interpreſ ꝙ ſi ſeruuſ id quiſpiam fecerit: per ſingulaſ ficuſ acinoſq; uue: equalia numero uulnera patiatur. õmiſit particulam illã dño fũdi inuito que maxime neceſſaria erat: Nam ſi quiſ concedente domino col/legerit: nulli pene obnoxiuſ erit. Nec uero reliquam partem ſine errore interpretatuſ eſt: Seruum enim qui uuam comederit to/tidem inquit pati uulnera debere: quot acinoſ comederit: Quare nihil eſſe poſſet iniquiuſ: nihil a Platoniſ ſententia alieniuſ. Ille enim uerbera ait ſeu plagaſ non uulnera. Item Plato εαν δε τισ φησιν αιστωρων αυτοσ η δουλοσ αψηται. τον μεν δουλον. κολαζειν. τον δε ελευθερον αποπεμπειν. Siquiſ neſciuſ tetigerit: ſi ſeruuſ eſt: flagriſ cedatur: ſi liber: dimittatur admonituſ ut reliquoſ tangat fructuſ: qui uue paſſe conficiende: aut uino: aut caryce cõmodi nõ ſint. Interpſ. ſi uero depoſitiõi

aptaſ ſciens tetigerit: ſeruuſq; plectatur: Liber autem repellat: ut re doceat ficuſ uuamq; ſolummodo ad depoſitionem ineptaſ capere alienis licere. Neſcium interpreſ ſcientem dicit. & repelli quē dimitti Plato cenſuit. qd tangi poſſet. a quo abſtinere opor/ teret ad monitum paſſam autem carycam: uinum hoc eſt fructuſ reconditoſ: dicat cur nominare noluerit. Item Plato legem de maliſ piriſ: maliſ puniciſ: reliquiſq; huiuſmodi ſcribenſ peregriniſ quidem & in fundo comedere: & domū deferre permiſit. Ciuibuſ uero liberiſ eſſe tantum in fundo nihil uero inde deferre εαν δε πρεσβυτεροσ ων φησιν απτεται τουτων. φαγων αυτου και αποφερων. μηδεν καθαπερ ο ξενοσ. ταυτη κοινωνει τω των τοιουτων απαντων. Si ſenior inquit tetigerit edēdo & nihil deferendo ſicut peregrino permiſſum eſt omnium huiuſ/ modi fructuum particepſ ſit. Interpreſ ſin uero ſenior quiſpiam comederit nec aſportauerit: ſibi quoq; ī hiſ omnibuſ liceat. Itē Plato tertiam partem fructuum dumtaxat cogi quenq; debere inſtituit ut cuiq; uendat: & quoniam fructuſ partim nobiliores: partim ignobiliores afferri ſolent mixtā ex utroq; genere tertiā partem uendi decernēſ χειρω τον και βελτιω τουτων φησιν εκαστα αναγκη φυειν και εκτρεφειν την γην. Meliora īquit aut deteriora queque ex hiſ agrum gignere augereq; neceſſe eſt. Interpreſ: neceſſe ē enim ut agri alia copioſe: alia contra pducāt modum reddit pro genere: cum dicat copioſe. Mox Plato λαβων δε καστοσ των πολιτων τα δυο μερη φησι. κυριοσ εστω τησ νομησ δουλοισ τε και ελευθεροισ. οποσαν και οποια βουληται διανεμειν. Duaſ inquit parteſ quaſ ciuiſ ſibi qſq; ſeruauerit: diſtribuere ſuo arbitratu poſſit ſeruiſ liberiſue: q̄tenuſ & quomodo uoluerit. Interpreſ. Quilibet autem ciuiſ cum duaſ parteſ ſeruorum liberorumq; acceperit ſicut uelit ipſe diſtribuat.

Tum Plato de eiſdem rebuſ uenalibuſ agenſ: queādmodū ciueſ uendere debeant peregriniſ ſtatuit: eaſ ſcilicet reſ: quaſ uendere peregriniſ licebat. των δε ωνιων φησι. πρωτα μεν τα περι τουσ ξενουσ ταχθεντα πωλειν τοισ αστοισ. σκοπειν ει γινεται. κατα τον νομον εκαστα. In uenalibuſ inquit rebuſ primum de hiſ conſyderandum eſt: quaſ a ciuibuſ uēdi perigriniſ decreuimuſ. Interpreſ. tametſi hoc a Platone ſubobſcure dictā ex hiſ que ſequuntur apertiuſ intelligi poſſit: ita tamen trāſtulit conſyderentq; an conueniē ſecundū legeſ ſingula ciuibuſ uendāt.

Ita cum Plato cõſyderandũ dicat. An ciueſ iuſte uendere pere/ grinis poſſint: Hic contra interpretaẽ: an peregrini iuſte ciuibuſ ualeant uenundare. Nam cõ uenaſ eiuſ uocabulum: ego quidem peregrinoſ ſignificare arbitror. Item plato nullam cauponãdi rationẽ ciuibuſ ſuiſ ꝑmittit: uetatq; ne aut ipſi aliiſ cauponẽtur uel ab aliiſ emant obſonia: Peregrinoſ tñ pegrinis in foro pere/ grinorum cauponari poſſe concedit: hoc modo εμδε ταισ των ξενων ξενοσ αγοραισ. πολειτωτοισ δημιουργοισ τε και τουτων δουλοισ. Peregrinuſ aũt í foro peregrinoꝝ opificibuſ uendat & eorum ſeruiſ. I nterpreſ hoc referẽſ ad ciueſ in peregri/ norum tamen foro inquit opificibuſ ſeruiſq; ſuiſ uendere liceat. Ita ciuibuſ permittit cauponari: cum peregriniſ uendunt: Lon/ ge aliter q̃m Plato decernat pleroſq; etiam alioſ erroreſ in hac lege committit: quoſ perſpicere facere poterit: ſiquiſ interpreta/ tionem eiuſ cum Platoniſ libro contulerit. Ceterum in ultima huiuſ libri parte: cũ Plato de inquiliniſ diſputaret εξειναι φησι τω βουλομενω ιεναι εισ την μετοικησιν επι ρητοισ. με τοι κιομνη δε σμικρον τελουντι. πλη τον σωφρονειν. μη δε αλλο αν τελοσ ενεκα τινοσ ωνησ η πραξεωσ. Licere cui/ uiſ inquit certo tempore urbem colere: ſine aliqua incolendi mer/ cede: aut ullo uendendi emendi ue uectigali: uno offitio uirtutiſ excepto. Interpreſ. immunitatem hanc incolarie mercediſ reliquit & qđ ab incoliſ Plato unum uirtutiſ offitium requirit. ſimiliter pretermiſit quaſi parum interſit: uirtutem quiſ an uicia exerceat. At uero Plato neminẽ niſi cum uirtute in urbẽ recipiendũ cẽſet: etiam ſi cõmoditatiſ deſyderium urgeat: qua quidẽ una cõmodi ratione recipi peregrinoſ: legumlatoreſ permittunt. Nam ceteriſ quidem decauſiſ meliuſ agi putant: ſine huiuſmodi ſotiſ qui pere/ grinoſ inferant moreſ: & ciuium probitatẽ deprauent. Ita Plato incolaſ admitti quidem cõcedit. ſed ſalua uirtute: quod unũ quaſi mercedem & uectigal poſtulat: exigẽdumq; ab omnibuſ decernit. Atqui interpreſ partem hanc pretermiſit: qua ſublata legẽ omnẽ labefactari manifeſtum eſt.

E X L I B R O N O N O.

Iam uero qđ in nono libro aduerſariuſ egerit uideamuſ: Prin/ cipio excuſare ſe Plato uidetᷣ. ꝙ de ſceleribuſ quibuſdã turpiſſimiſ ac nefandiſſimiſ legem ferat: & quanq̃ nõ eſſe ſe neſcium dicat: eã R. P. in qua optime legeſ condite ſint. uix poſſe in tantũ errorẽ

delabi: quoniam tamen nondum aut deorum filii ſint: qui uel dãt uel accipiunt iura: ſed homines natura fragiles & ad errorẽ ꝓpenſi: non indicens eſſe interdum ſuſpicari: ac timere: ne quis etiã in tali R. P. natus educatusq; quaſi ſua natura incox prodeat: uelutiuſu euenit: ut nonnulla ſata fulmine tacta dura efficiantur. Itaq; haudquaq̃ ineptũ eſſe arbitratur huiuſmodi quoq; delictis ꝑſidio legum prouideri. que cum a Platone miro quodã ornatu ac ſplẽdore ſcribantᷣ. Interpres oĩa peruertit: cõfundit: atq; dilacerat. Neq; eſt turpe inquit omnia legibus complecti: ea preſertim in ciuitate: quã dicamus recte ſed ad uirtutis adquiſitionẽ habiturã. Oportet enim ut preueniamus minantes: ne quis flagitio aut facinore: tum ſe tum alios corrumpat: Leges igitur iſte faciende ſunt: auertendi a uiciis gratiã. Verum quoniam non ut priſci legiſlatores agimus: qui cum deorum filii eſſent heroibus: qui & ipſi a diis nati ſunt leges ferebant: ſed homines hoĩbus iſta ſancimus: uereri par eſt: ne quis ciuium: ita natura indomitus nobis gignatᷣ: ut quaſi predura legumina igni legum decoqui nequeat. O admirabilem peritiã interpretis: O doctrinam ſingularem: non turpe exiſtimat in ea. R. P. ſcelera lege complecti: de qua ſpes uirtutis optima eſt: & quã Plato cauſam affert: ut tacendum ſit: eandem hic cauſam adducit: q̃obrem nõ ſit tacendũ. ſed reliqua: ne lõgior ſim pretereo. Poſt hec Plato ordinem inimicitiarum deſcribit: & quem primo quem ſecundo loco. R. P. hoſtem exiſtimari conſentaneum ſit: explicat. Vbi cum de primo dixiſſet: de ſecundo ita loquitur τοῦ δὲ κοινωνοῦν τα μὲν τῶν τοιούτων οὐδενί. τῶν μεγίστων δὲ μετέχοντα ἀρχῶν ἐν τῇ πόλει λεληθότα τε ταῦτα αὐτὸν ἢ μὴ λεληθότα. δειλίᾳ δ' ὑπὲρ πατρίδος αὑτοῦ μὴ τιμωρούμενον. δεῖ δεύτερον ἡγεῖσθαι τὸν τοιοῦτον πολίτην κακόν. Qui autem eorũ facinorũ particeps quidem non eſt: Ampliſſimos tamẽ. R. P. magiſtratus aſſequutus non inuigilet ciuitatis ſaluti: ſed aut lateant eum: aut non lateãt ea facinora: pre animi autẽ ſui ignauia patrie hoſtes nõ ulciſcatᷣ. Hunc ſecundo inter prauos ciues adnumerari par eſt. Interpres: ſecundus deinde qui q̃uis particeps illius ſceleris non ſit: timiditate tamẽ effugere penas: illum patitur. õmiſit magiſtratus ãpliſſimos: õmiſit negligentiam in inquirẽdo que contra ſtatum ciuitatis cõmittuntur: & ignauiã in ulciſcendis hoſtibus patrie. Quoꝝ cauſa Plato eum qui preeſt condemnat: ſiue rem nouit: ſiue ignorat:

Nam ipſius intereſt ſcire: q. R. P. adminiſtrat: & magiſtratu am/pliſſimo fungitur. Item Plato ουκακωσ φησιν απει κασαμεν. οτεδουλοισ ωσ ιατρευομενοισ υπο δουλων απεικαζομεν παντωσ τουσ νυννομοθετουμενουσ. Nō male inquit contulimus: cum eos: qui nunc uulgo leges recipiunt ſeruis egrotis diximus ſimiles: qui ab aliis ſeruis curarentur. Interpres: neq; mala nos imagine uſos: quando legúlatores uniuerſos ſeruis contulimus, qui aliis ſeruis medentur. Item Plato omnē actum affectumq; quatenus equi particeps ſit: eatenus honeſtatis quoq; participem eſſe oſtēdens εαν δεγε φησι δικαιον μεν ει ναι ομολογωμεν, αισχρον δεπαθοσ, διαφωνησει τοτεδικαιον και τοκαλον λεχθεντων των δι καιων αισχιστων ειναι. At ſi equum inquit affectum eſſe uerum non honeſtum: ſed turpem confitemur: diſcrepet honeſtū ab equo neceſſe ē: cum iam turpe eſſe dicatur: quod equum eſt. Interpres: poema quanto iuſtitie tanto boni honeſtiq; particeps eſt: Quare affectus quoq; tanto bonus honeſtusq; eē cognoſcit: quanto iuſti particeps nō diſſonā ab eo habet rationem. Si ergo: qui iuſtus conceditur: is turpis eē affectus non negatur: iuſtum honeſtumq; diſſonabunt: Iuſta. n. turpiſſima eſſe dicent. Poema uir doctus interpretatur. qđ apud Platonem actionem ſignificat: Quam reſpectu paſſionis Plato conſyderans: idem cōuenire agenti patientiq; uel potius actioni paſſioniq; iudicat: quandoquidem idem ſunt ut etiam Ariſtoteli placet. Quāuis alterum reſpectu agentis actio: alterum reſpectu patientis paſſio dicitur. magna ē ergo peritia interpretis: q poema pro actione ponit: magni uidelicet alicuius poete carmen: Quid enim aliud q̄ carmen intelligere poſſunt latini cum poematis au/diunt mentionem. Item Plato cum ſuperius omnem iniuriam inuoluntariam eſſe dixerit: quam ſentētiam ſequi uidetur. φ nō recte ſimilibus peccatis pene inferri diſſimiles debeāt: ſotius alterū ex duobus faciendum dicit η μη λεγειν ωσ παντα εκουσια τα αδικηματα. η ωσ τουτο ορθωσ ειρηται. πρωτον διοριστεον. Aut dicendum non omnem iniuriam inuoluntariam eſſe: aut primo demonſtrandum recte hoc dictum fuiſſe: Reſpondet his Plato τουτοιν τοινυν τοιν δυοιν. Το μεν. ουκαν εκτον εμοι παντωσ πουγιγνεσθαι. τογε δη μηλεγειν ουτωσ οιομενον εχειν ταληθεσ. ουγαρ αν εμον. ουδοσιον ειν. πωσ δε διαφερε τονει μη τωεκουσιω και ακουσιω πειρατεον

δικλουν. Alterum igitur iſtorum pati equidem nó poſſum: ut qđ ita eſſe exiſtimo negem: Cum enim a uite mee inſtituto alienum hoc eſt: cum pium eſſe: nequaq̄m iudicatur. Reliquum explicare aliquo modo conabor: quemadmodum duo ſint: que non uolū/tario & inuolūtario: ſed quodam alio differant: Interpreſ: quoꝝ alterum ipſe non patiar: ſed dicam: curnam ita mihi uerū uideat: Non enim equum id eſt quomodo autem ſi ſponte & nó ſponte nó differunt: duo ſunt: & quo alio differūt ſubaperire conemur.

Item Plato αν αρα φησι τισ αυτοχειρ μεν κτει νη ελευθερον. το δε πεπραγμενον αποβουλευτωσ οργητινι γεγνηται πραχθεν. τα μεν αλλα καταπερ αν ει θυμον κτειναντι προσηκετω πασχειν. φυγετω δυο δε ξ αναγκησ ετη φευγετω: Si quiſ ſua manu hominem occiderit liberum: uerum id p̄ iram in cóſulto fecerit: cetera quidem mala ſubeat: que cóueniunt ei qui non per iram hominem occiderat: ſed biennium a patria exulet. Interpreſ: ſi quiſ liberum hominem ſine premeditatione & ſine inſidiiſ: ſed repentina cómotuſ ira īteremerit: cū ea fecerit: que illi facienda ſunt: qui abſq; ira occiderit: duobuſ ad iram ſuam domandam exulet anniſ. Quomodo hec cum Platoniſ ſententia conueniāt: manifeſtum eſt. Item Plato ſuam illam ſententiam exponit nihil mente & ſcientia eſſe preſtantiuſ non ordinē: non legem: non quiduiſ ex omnibuſ rebuſ protuleriſ: neq; enim faſ eſſe mentem alicui rei ſubiici atq; ſeruire: ſed omnium principem eſſe illā decet. Itaq; ſi quiſ mente ſcientiaq; liberali ac naturali p̄ditus eſt: hunc legem minime deſyderare. Quo in loco νυν δε ουγαρ εστιν ουδαμη ουδαμωσ. αλλη κατα βραχυ. διο δε το δευτερον αιρετεον ταξιν τε και νομον. Sed nunc inquit quoniā nemo uſpiam niſi raro taliſ habetur: eligendum quod loco ſecūdo eſt: ordinem dico & legem Interpreſ. nunc uero nuſq̄ hic eſt: q̄re alterum: lex uidelicet atq; ordo elegenduſ: Nuſq̄ hunc eſſe dicit: qui mente ſcientiaq; preditus ſit: quoniam Plato nuſq̄ niſi raro reperiri: ut debuit: dixit. hic nuſq̄ eſſe affirmat. Item Plato dū legumlatorē nó de omnibuſ etiā notiſſimiſ rebuſ iubere exiſtimat oportere. Sed pleraq; iudicibuſ decernenda opinatur. η μην δε φησι ταν νυν αν εμεση τουτο μη νομοθετειν αυτοισ τα πλειστα και μεγιστα. α και φαυλοτερωσ αν πεπαιδευμενοι δικασται δυναιντο κατιδειν. Nobiſ inqt ſuccenſendū non eſt: quod non de ſummiſ plurimiſq; ſcripſerimuſ: que etiam

mediocriter eruditi iudiceſ poſſint pſpicere. Interpreſ nemo ergo noſ incuſet: ſi maiora pluraq; legibuſ ordinamuſ: que uel improbe educati iudiceſ poſſent conſpicere. Quanta ſit prudentia quod acumen: quale ingenium: interp̃tiſ facile ex hoc loco licet perſpicere. Plato que notiſſima ſunt ō mittenda exiſtimat: uel quia minima: uel quia ſumma: ut cuiq; perſpicua eſſe poſſint. Fit.n. in uſu ciuili ut minima & ſumma eque omneſ cognita habeant. Quiſ enim patricidam: aut impium neſciat eſſe puniendum quod ſummum eſt: aut quiſ ignoret: licere unicuiq; panem quem comedat emere: quod ẽ minimũ: Interpreſ uero maiora & plura q̃ iudiceſ uel improbe educati poſſint cõſpicere dicit ab eo ordinari: a quo ſuperiuſ dictum fuerat: legumlatorem non de omnibuſ debere decernere: ſed ad reliqua pergamuſ. Plato ꝓhibet ne quiſ etate iunior ſeniorem ciuem: a quo naſci ratiõe etatiſ poſſet uerberare auſit. Tum etiam ne quiſ peregrinoſ uerberibuſ uel inferẽdo: uel ulciſcendo emendet. Interpreſ. quod de etate ciuibuſ preſcribitur: idem peregriniſ etiam tribuit: quod ex Platoniſ ſententia non ẽ.

Item Plato quom iunioribuſ ciuibuſ legem preſcripſiſſet neq̃ ſeniorem cedere audeant ſiue ciuiſ ſiue peregrinuſ ſit q̃muiſ ab eo laceſſiti: deincepſ quod ad peregrinoſ pertinet: ita ſancit: ut ſiquiſ iunior a peregrino uapulet: non audeat eum afficere ipſe uerberibuſ. At ſi puniendũ iudicat ad tribunoꝝ plebiſ iudiciũ uocet hiſ uerbiſ ξενον δε ασελγαινοντα και θρασυνομενον εαυτον τυπτοντα. αν τισ οιηται δειν κολασθηναι. λαβων προσ την αρχην των αστυνομων απαγετω τον τυπτειν δε ειργεσθω. ινα πορρω γενηται τον τον επι χωριον αν τολμησαι ποτε παταξαι. Audentem peregrinum contumelioſeq; agentem: ut ciuem cedat ſiqui ceditur puniendum illum cenſet: capiat: ad tribunoſ plebiſ perducat: nec ipſe uerberet: ut eo magiſ a cedendiſ ciuibuſ ſuiſ abſtineat: quando etiam ſe a peregriniſ cõtinet. Interpreſ: ꝙ ſi pegriniſ elatuſ furore uerbera inferat: & inde puniendus uideatur: captum ad tutoreſ urbiſ perducat: ut minuſ audeat ciuem cedere: Reliquit: nec ipſe uerberet: ut errorem ſuũ ſimilem ueri faceret: quãdo quidem ut minuſ audeat ciuem cedere dicit de peregrino: cum Plato nõ de peregrino. ſed de ciue dicat: ciuem non eſſe cedendum. Item Plato ηλιξ δε φησιν ηλικα και τον απαιδα προεχοντα ηλικια εαυτον εαν τυπτη. αμυνεσθω κατα φυσιν ανευ βελουσ ψιλαισ ταισ χερσιν.

Si iuuenis equalem aut etiã maiorem filiũfamilias nondũ patrẽ ceciderit: liceat eũ ulciſci armiſ naturalibuſ: hoc eſt manibuſ nudiſ. Interpreſ. equaliſ autem equalem: aut eum a quo natuſ eẽ p etatẽ non poſſet. ſi uerberibuſ cedat ex filiofamiliaſ natu maiore: eum facit a quo cedenſ natuſ eſſe per etatem non poſſet. Item Plato iubenſ nequiſ per facinuſ audeat parẽteſ cedere omneſ adopitulandũ defẽdendũq; hortatur. Quicunq; patrem aut matrem cedi a pignoribuſ ſuiſ uiderint: & tum ſpe premii: tum metu ignominie quoſcunq; impellit: ſiue ciueſ: ſiue incole ſeu peregrini ſint: qui interſunt οδ\ν μη μετοικοσ φησι. βονθων μεν. επαινον εχετω. μη βοηθων δε ψογον. Non incola inquit ſi opẽ tulit laudẽ aſſequatur: ſi non tulit uituperetur. Interpreſ: ĩcola uero aut uituperatiouem: aut laudem ſi fecerit conſequatur. Quiſ incola ſit uidetur ignorare. & ideo de eadẽ re duo cõtraria ponit. Taceo enim qđ Plato incoliſ ac peregriniſ ~~pro peregriniſ~~ premio ſtatuit ſi opitulentur conuocationem ad auxilium dixiſſe. Ita. n. Plato ſcribit ο μεν μετοικοσ η ξενοσ. εισ προεδριαν των αγωνων καλεισθω βοηθων. μη βοηθησασ δε. αειφυγιαν εκ τησ χωρασ φευγετω. Incola & peregrinuſ ſi opem tulit ad ſedendum ante alioſ: dum ludi aguntur uocetur: ſi non tulit perpetuo exul ſit. non incola ſi opem tulit: laudem conſequatˀ: ſi non tulit: uituperetur. Interpreſ uero & peregrini ac incole ad auxilium cõuocentur: & qui auxiliari noluerit: peregriniſ quidẽ perpetuo exterminetˀ. Incola uero aut uituperationẽ: aut laudem ſi fecerit cõſequatur. Sed iam tempuſ eſt: ut ad decimũ librum tranſeamuſ.

E X L I B R O D E C I M O.

Diſſerit Plato in decimo legum libro de anima ſoliſ tripartita quadam opinione. Vt anima: aut forma corporiſ eiuſ uolubiliſ naturaliſ herenſ intrinſecuſ moueat: quẽadmodum noſ ab anima noſtra de loco ad locũ mouemur: aut extrinſecuſ adepta corpuſ quoddam igniſ aeriſ ue: ut aliqui uolunt impellat per uim corpe corpuſ: aut tertio ipſa q̃uiſ uacanſ corpore. aliaſ quaſdã uirtuteſ habeat admirabileſ: ſupra q̃ dicere homini faſ ſit: quibuſ regat: et moueat. Aſſentitur hiſ ſociuſ: qui cum diſputatio eſt: atq; ita demũ cõcluditˀ τον τομεν αναγκη τουτων εν γε τι δρωσαν ψυχην παντα διαγειν. αυτον δε αμεινον ταυτην την ψυχην. ειτε εν αρμασιν εχουσα ημιν ηλιον αγει. φωσ τοισ απασι. η εξωθεν. ειθουτωσ. ει θουτη. θεον ηγεισθαι χρεων παντα

ανδρα. Anima igitur ut aliqua ex hiſ: quaſ diximuſ ratione agenſ omnia regat oportet unde preſtat animam eiuſ ſiue intuſ agitãſ currum: ſolem nobiſ adducit: lumen cunctiſ mortalibuſ iocundiſ/ſimum. ſiue extrinſecuſ: ſiue quo modo: & qua tandem libet: p̃ſtat inq̃: ut deum eſſe omneſ arbitremur. Sic Plato concludit ſupiora que de anima ſoliſ dixit affirmanſ: aut ſcilicet intrinſecuſ mouere aut extrinſecuſ tactu corporiſ: aut incorporea quadam uirtute: quod uerbiſ illiſ ſignificat quomodo & qua tãdem libet. Interp̃ſ: certe uno iſtorum modorũ cuncta circunduci ab anima neceſſe eſt. Quid porro cum ſine curru ſolẽ nobiſ anima eiuſ circũducit: ſiue cum in ipſo inſit: ſiue cum foriſ ſit: ſiue quomodocunq; quiſ imaginetur. Nonne deum eſſe omneſ arbitrari debemuſ? Addit hic modum quartum: ut per currum anima moueat: quo ſublato quomodocunq; quiſ imaginetur inquit deum eſſe omneſ arbitrari debemuſ: Videte uidete hominiſ eruditionem. Plato poetarum metaphoram tangenſ qua ſolem curru deferri dicunt: ſiue intuſ inquit agitanſ currũ ſolem nobiſ adducit: hic quid porro cũ ſine curru ſolem nobiſ anima eiuſ circũducit: ſiue cũ in ipſo ĩſit: ſiue cũ foriſ ſit. Itẽ Plato plura de ꝓuidẽtia locutuſ ẽ: que doctuſ interp̃ſ non litterarũ luci ſed tenebriſ tradidit. ſiquidẽ alia p̃terit: alia ad/ducit: alia cõfundit oĩa miſcet: ut qd dicat a nemine ĩtelligi poſſit: longum admodum eſſet exponere q̃ deprauauerit eum locum: in quo Plato ita inquit. Ob hec omnia te incuſare tanq̃ reum eiuſ/modi auctoreſ minime pati propter cognationem certum eſt: q̃ etiam peruerterit: concluſionem: qua Plato per diſiunctionem complectitur: deoſ: aut propterea parua negligere: quia indecenſ eſſe norũt ea curare: aut quia: uel ita agendum eſſe ignorant: uel negligere patiuntur: que curanda eſſe intelligunt. Quid cũ dicit indigere adhuc uerbiſ: quibuſ quaſi cantu frangatur. Vbi Plato inquit: afferẽda eſſe: adoleſcenti uerba quedam: quaſi carmẽ: quo perſuadeatur ducaturq; ad credendum ſingula agi: ad tuendam abſoluendamq; uniuerſi incolumitatem αλλαρατισι προσ φε ρεισ των αρχοντων. η τινεσ τουτοισ ωνδυνατον η μιν απει καζονσι τυγχανειν. μειζοσιν ελαττονασ. ποτερον ηνιοχοι τινεσ αν ειεν τοιουτοι ζευγων αμιλλωμενων. η πλοιων κυβερνητασ. ταχα δε καν απει κασθειεν τρατοπε δων αρχονσι τισιν. ειη δαν και νοσων πολεμον ευλαβου μενοιη. ιατροισ εοικεναι περισωματα η γεωργοισ περιφυ

των. γενεσιν ειωθυιας ωρας χαλεπας δια φοβον προσδεχομενοις. η και ποιμνιων επισταταις. Item Plato cū principeſ quoſdā neceſſario eſſe dixiſſet: qui celi uniuerſi gubernacula tenerent: ſubdit. Sed quibuſ tandem principibuſ ſimileſ illi ſint. Aut quinam illiſ ſimileſ ex hiſ habeantur: quoſ apte cōferre poſſimuſ? inferioreſ uidelicet cū ſuperioribuſ? Vtrum aurige bigarū certantium ſpetiē illam beatam referant? an nauiū gubernatoreſ. Tum uero cum principibuſ quibuſdam exercituum fortaſſe cōferri poſſunt: aut cum mediciſ qui bella morborum ab humaniſ corporibuſ arcent atq; propulſant: aut cū agricoliſ: q orientibuſ ſtirpibuſ tempora ſolito grauiora ſuſpicantˀ. Aut etiam cū pecudū cuſtodibuſ: atq; magiſtriſ non inepte comparari poſſe exiſtimem. Interpreſ. Sed forſan quibuſdam principum omneſ: aut eorum aliqui ſimileſ ſunt: ut poſſibile nobiſ ſit: minoreſ maioribuſ comparare: utrum aurige aliqui certantium curruum taleſ ſunt: aut gubernatoreſ nauium? Fortaſſe etiam exercituum ducibuſ conferendum: uel mediciſ quaſi aduerſuſ egrotationeſ corpoꝝ bellū gerant: aut agricoliſ inimicaſ fructuum tempeſtateſ timentibuſ: aut etiam gregum armentorumq; preſidentibuſ. En Interpreſ noſter omneſ aut eorū aliquoſ ſimileſ principibuſ dicat: cū Plato omneſ ſcripſerit: q̄ſi ipſe animaduerterit eſſe aliquoſ celi rectoreſ qui conferri cum principibuſ nequeant: & quod Plato mediciſ tribuit: ut morborum bella arceant & propulſent. hic in bellum peruertit: qđ dii aduerſuſ egritudineſ gerant. Et cum Plato ortū ſtirpium dicat: hic fructuſ reddit: quaſi abſurdum ſit ortui arborū tempora aliqua eſſe aduerſa & grauia. Pretereo reliqua: que tum in hoc: tum in ceteriſ huiuſ libri partibuſ notari merito poſſent: cum ſatiſ hec ad inſtitutum noſtrum eſſe exiſtimemuſ.

D E L I B R O V N D E C I M O.

Quā in undecimo quoq; libro ſibi conſtet interpreſ nunc uideamuſ: Cenſet in hoc libro Plato ciuium libertoſ: non admodū diuiteſ effici oportere. Itaq; ſupra tertium cenſum augeri eorum peculium non permittit εαν δε τω απελευθερω θεν τῖ φυσιν ουσια πλειων γενηται του τριτου μεγεθει τιμηματος η αν τουτο ημερα γενηται. τριακοντα ημερων. απο ταυτης της ημερας. λαβων απιτω τα εαυτου και μηδεμια της μονης παραιτησις ετι τουτων παρ αρχοντων γινεσθω. Si liberto inquit tertii cenſuſ modū facultateſ exceſſerint:

Iſ.xxx.die poſtq̃ deprebenſã reſ fuerit:cum ſuiſ rebuſ abito:nec magiſtratuſ facultatem et ampliuſ in ciuitate manẽdi cõcedunto. Interpreſ:ſi autem liberti alicuiuſ bona tertium cenſum adequa/uerint trigeſimo die poſtea q̃ hoc factum ſit: rebuſ ſuiſ acceptiſ: recedat. nec ulla manendi facultaſ a magiſtratibuſ ſibi conceda/tur. Hec lex interpretiſ eſt: non Platoniſ. Lex enim Platoniſ facultateſ liberti tertium cenſum excedere non patitur: equare permittit. Lex uero iſta interpretiſ ne equare quidem permittit.

Item Plato ciuibuſ ſuiſ abſtinendum ab illiberali cauponandi negotio cenſet ωσ δαρ φησὶ καπηλειασ τησ αρ ελευθερον τεχρητιρ ιμετασχη. γραφεσθω μερ αυτορ γερουσ αισχυρησ ο βουλομενοσ. προσ τουσ αρετηπρωτουσ κεκριμενουσ. Si quiſ cauponãdi inquit illiberale negotium tractare ullo pacto uoluerit accuſato eum qui uolet familie deboneſtate apud uiroſ in ciuitate uirtute primarioſ.Interpreſ:qui autem illi/berali cauponationi atq; arti operam dederit impudẽtie a uolẽte ad optimateſ:uirtuteq; primoſ accuſetur. Quod Plato ait arte aliqua hoc eſt ullo pacto. Pro arte Interpreſ ſimpliciter accepit & cauponationi: ut uerbo eiuſ utar adiunxit. pro de boneſtata uero familia:impudentiã dixit. Item Plato de opificibuſ ſcribẽſ: partim eoſ Vulcano & Palladi dicatoſ ait:utpote eoſ qui artibuſ bumanã uitam inſtruxerunt.partim Marti & Palladi:eoſ ſcilicet qui opera opificum ſeruant aliiſ adminiculiſ & arte alia opitulãte. Interpreſ: qui opificum officium ceteriſ quibuſdam conſeruant artibuſ:reliquit adminiculi nomen:quod reimilitari Plato accõ/modauerat. Itẽ Plato ο μη αποδιδουσ φησι τουσ οφειλομενουσ μισθουσ ερ τω τεταγμερω χρορω. διπλουρ πραττεσθω. εαρ δε ερϊαυτοσ εξελθη. τωρ αλλωρ ατοκωρ ορ τωρ χρηματωρ οποσα. δαρειζομω ξυμβαλλει τισ. ουτοσ τη δραχμη εκαστου μηροσ. επωβελιαρ κατατιθετω. Qui mercedem inquit tempore conſtituto ex pacto non reddiderit duplicem ſoluito:& ſi annuſ preterierit:quanq̃ cetere pecunie que mutuo dantur uacant uſura. Hic tamen pro ſinguliſ drachmiſ ſingulaſ ſextaſ drachme parteſ:menſibuſ ſinguliſ dato.Interpreſ: qui mercedem ut pactum eſt non obtulerit: duplum reddat: Si ãnuſ preterierit:& pecunia que uſura parari poterat:ſine fenore ſit retenta:qui retinuit ſextam ſinguliſ menſibuſ partẽ deponat. Nullam pecuniam ſolui per uſuram Plato iubet:immo amitti eã

que cũ uſura data ẽ alibi iubet: & hoc loco dicit ceteraſ pecuniãſ nulla cum uſura dari debere. Sed hanc unã ex pena quaſi uſurã ſoluere ſextantem: ne quiſ audeat poſtea uiolare: Hic uero pecuniam uſura dari iubet. Item Plato de teſtamentiſ legatiſq; dicturuſ τουτων αρχαι φησι παντων· αι τε των τελευτων μελλοντων επιθυμιαι τησ διαθεσεωσ. Horum initia ĩquit omnium eſſe ſolent uoluntateſ ultime morientiũ ut tandẽ libuit teſtari. Interpreſ eorum qui moriebantur cupiditaſ & affectuſ: affectũ pro teſtamento interpretatuſ eſt & cupiditatem ꝑ ultima uoluntate. Item Plato χαλεπον εστι φησιν ημιν γιγνωσκειν τα ημετερα αυτον και προσ γε ημασ αυτουσ ωσπερ και το τησ πυθιασ γραμμα φραζει ταμυν. Difficile inquit eſt noſtra cognoſci a nobiſ: quinetiam noſ ipſoſ: quod illo quoq; Appollinis Pythii oraculo ſignificatur. Noſce teipſum. Interpreſ difficile nobiſ eſt: pecuniam noſtram cognoſcere: quare ad uoſ illud repetimuſ quod Pythiuſ dixit. Quã magnifice Interpreſ: noſter haurit omneſ ſenſuſ auctoriſ? Ideo dicit repetendum eſſe Pythii dictum: quaſi ille de pecunia dixerit: noſſe eam difficile eſſe. Et cum Plato dicat. quinetiam noſ ipſoſ: difficile ſcilicet eſſe cognoſcere: Hic ad uoſ illud repetimuſ: tranſfert. Item Plato de orbitate filiorũ tractat: ne pupilli a tutoribuſ aut magiſtratibuſ negligantur: aut patiantur iniuriam: Quo in loco poenam magiſtratui ſtatuit: ſi in illoſ uel negligentia uel iniuria uſuſ fuerit. Interpreſ: ſi de magiſtratibuſ quiſ q̃ afflixiſſe orphanũ uidebitur: affligere dixit ſolũ: quaſi nõ referat ſiue negligentia: ſiue iniuria: quiſ offenditur. Atq; apud Platonem refert. nec eadẽ pena negligentie: qua iniurie crimen punitur. Item Plato υιεισ τανσ φισι πατερασ φησιν. υπο νοσων η γηρωσ διατιθεμενουσ αισχρωσ εξειναι παρανοιασ γραφεσθαι. Liceat (inq̃t) filijſ accuſare parenteſ dementie/ aut ſenectutiſ uitio turpiter affectoſ. Interpreſ: & filijſ ut confectoſ parenteſ morbiſ/ uel ſenio/ liceat amentie crimine accuſare. Hec quoq; lex interꝑtiſ eſt nõ Platõiſ. Ille enim ſi turpiter affectuſ eſt pater/ uel morbo/ uel ſenectute/ citandum a iudicibuſ cenſet/ & a rei familiariſ cura remouendum. Hic uero ſi morbo dumtaxat/ aut etate confectuſ eſt/ citandũ cenſet/ quaſi idem ſit confectum eſſe etate/ et morbo/ & amentem eſſe/ atq; deſipere. Atqui ꝑmulti ſunt/ tametſi ſenes/ atq; egroti/ prudẽtia tamen atq; conſilio uigenteſ. Item Plato ne patreſ ex quauiſ

cauſa filioſ abdicent: prouidēdum ratuſ ομ αμ φησι θυμοσ επι
ημη δαμωσ ευτυχησ. ει τουμ εδικη ειτε και μη. ομ ετεκε
τε και εξεθρεψατο. τουτομ επιθυμειμ απαλλα ξαι τησ αν
τουσυγγεμειασ. μη φαυλωσ ουτω εξεστω μη δευ θυσ
τουτοδραμ. Cui animuſ inqt minime felix ſiue iure ſiue iniuria
fuerit: ut quem genuit educauitq; remouere a ſua familia uelit.
non facile nec ſtatim id facere liceat. Interpſ: quod ne ita facile
fiat. prohibetur: ne ita turpiter exponit: non liceat inquit ita
turpiter eicere. Item Plato filioſ abdicatoſ: niſi per decennium
quiſpiam receptuſ adoptatuſue ſit mitti in coloniam cenſet: Itaq;
precepit cenſoribuſ proliſ hoc eſt adaucte iuuentutiſ magiſtrati/
buſ: ut nimiam populi multitudinem tranſmiſſiſ coloniſ āputent
quemadmodum in quinto libro legum eiuſ latiſſime legitur. In/
terpreſ. prolem adauctam ꝑ poſthumiſ accipit: ita īquienſ. Quod
ſi nemo citra decenniū adoptione ſibi eum coniungere uoluerit
curatoreſ poſthumorum: quoſ in coloniam mitti uolumuſ: de hiſ
quoq; prouideant. Item Plato de diſcordia mariti & uxoriſ
prouidendum exiſtimanſ: iubet ut decem uiri ex cenſorū ordine
& decem mulíereſ: ex hiſ: que nuptiiſ preſunt reconciliare inter ſe
coniugeſ conentur: quod ſi nullo pacto id aſſequi poſſūt: querāt
alioſ (quibuſ illoſ (facto diuortio) coniungant (aut procreandorū
liberorum gratia (aut ratione neceſſarii cultuſ) cōſumendeq; per
gratam ſotietatem etatiſ φησι γουμ. οσοι μεμ αμ απαιδεσ αυ
τωμ η ολιγοπαιδεσ ομτεσ διαφερωμται. και παιδωμ ευε
κα τημσυμοικησιμ ποιεισθαι. οσοϊ δικαμομ ομτωμ παιδομ
τησ συγκαταγηρασεωσ εμεκα και επιμελειασ αλλημλωμ.
τημ διαζευξϊμ ποιεισθαι χρεωμ. Qui carenteſ (inquit) liberiſ
aut pauciores q̄ opuſ ſit habenteſ disiuncti ſit (eoſ uel ꝓcreandoꝝ
liberorum gratia) matrimonium adire alterum conuenit. (Qui
autem ſatiſ iam liberiſ procreatiſ diſſenſerint (hiſ mutui & cultuſ cō/
ſumende per gratam ſotietatem etatiſ gratia) idem faciendum ē.
Interpreſ: quomō hec intellexerit (& in latinū uerterit) uideamuſ.
Sed cum multi inquit abſq; filiiſ ſint (aut pauciſſimoſ procreent)
ac liberorum gratia una ſe habitaſſe querantur. Multi q̄uiſ non
paucoſ habebant liberoſ: conſeneſcendi tamen ſtudii neglīgētia)
alter de altero queratur. > Item Plato) cui mortua uxor ſup/
ſtiteſ liberoſ reliquerit (mareſ (& feminaſ) huic ducere alterā (ſi uelit/
que filiorum curam habeat) concedit (nolentem uero nō cogit: ꝙ

V . C . XII · 400 ·

ſi defuncta uxor: filioſ non reliquerit: duci alteram iubet atq; cogit: ex qua tum familie ſue: tum ciuitati: q̃tum ſatiſ ſit prolem procreet: εαν τελευτα γυνη καταλιπουσα παιδασ θηλειασ τε και αρρενασ συμβουλευτι κοσαν ειη νομοσ οτιθεμε/ νοσ ου καναγκαστικοσ. τρεφειν τουσ οντασ παιδασ μη τρυιαν επαγομενον: μηδε οντων εξαναγκησ γαμειν με χρι περαν ικανουσ γενησιη παιδασ τωτε οικω και τη πο λει. Si mortua inquit uxor filioſ reliquit mareſ ac feminaſ: lex adhibenda eſt: que conſulat: non que cogat: adducta nouerca filioſ educare. Sin filii nó ſint: ducere alterã ex neceſſitate iuben/ dum: quo ſatiſ liberoſ tum ſue familie tum etiam. R. P. procreet. Interpreſ. ſi mulier liberiſ maribuſ feminiſq; relictiſ mortua eſt: non cogenſ: ſed conſulenſ: iſta lex ſit: cum uxorem ducere: neceſ/ ſariũ non ſit: niſi ad liberoſ domui ſue ac ciuitati creãdoſ: nutriat filioſ ſuoſ: non adducta nouerca. Sic Interpreſ totam legem peruertit. Deinde Plato de colendiſ obſeruandiſq; parentibuſ iubet. & deorum exemplo ad hoc offitium hortatur filioſ: ut pa/ renteſ quaſi diuinaſ ſtatuaſ domi aſpiciãt: & ueluti numina colãt: obſeruẽt: uenerent̃ τουσ μεν γαρ φησι των θεων ορων τεσ σαφωστιμωμεν. των δει κονασ αγαλματα ιδρυσαμενοι ουσ ημιν αγαλλουσι και περ αψιχουσ οντασ. εκεινουσ ηγουμεθα τουσ εμψιχουσ θεουσ. πολλην δια ταυτα εν νοιαν και χαριν εχειν. Deoſ inq̃t non omneſ cernimuſ: ſed p̃tim expreſſe uidenteſ colimuſ: partim per effigieſ atq; imagineſ eorum pio animo ueneramur: quaſ deorum imagineſ q̃uiſ inanimaſ: dũ colimuſ: deoſ ipſoſ animatoſ: ob eũ cultũ exiſtimamuſ gratoſ nobiſ & beniuoloſ eſſe. Interpreſ: Nempe alioſ quidem deoꝝ cernenteſ colimuſ: alioſ imagineſ conſtituenteſ quoſ ipſe: q̃muiſ inanime ſint ſignificent: Illoſ deoſ animatoſ eſſe putamuſ: & propter hec affici nobiſ ipſoſ fatemur. Hem quanta eſt peritia interpretiſ: pro quoſ cum colimuſ: quoſ ipſe ſignificent ponit. Mox Plato genera furoriſ exponenſ alioſ dicit morbo furere: alioſ per iracundiam praue nature: uicioſamq; educationem citari. Interpreſ rurſuſ educationem alimentum exponit: & omnem deprauat ſententiã cum dicat: que mala ſimul natura & alimento concreſcunt Itẽ Plato magiſtratuſ docet quomodo homineſ maledicoſ puniant: ο μηδε του ταριστειων περι φιλονει κησι φησι. νομων ωσ ουκ ηδομενοσ. Quod niſi faciãt: nolint ĩquit de p̃mio uirtutiſ

contendere: qui legeſ & iura neglexerunt. Interpreſ: qui ſi non fecerit: quaſi legeſ prodenſ: nunq̄ ad certamen deſcendat. facit hic ne ad certamē deſcendat iudex aut magiſtratuſ: Sed cum certādi genera plura ſint: ad quodnā certamē deſcēdere nequeat nō dicit atq; ita pena ignorat: qua affici eū par ē qui deliqt. Itē Plato τιδε δη την των κωμωδων προθυμιαν του γελοια εισ τουσ ανθρωπουσ λεγειν. η παραδε χομεθα. εαν αν εν θυ/μου το τοιουτον ημιν τουσ πολιτασ επιχειρωσι κωμω δουντασ λεγειν. Quid inquit comicorum & ſatyrorum iocoſ: & ridiculoſa cōuicia: num ea admittemuſ: ſi abſq; ira noſtroſ ho/mineſ afficere conuitiiſ uideantur? Interpreſ hoc totum pro ſua autoritate dimiſit: quod & neceſſarium eſt: & a non cōtemnendo oratore perſcriptum. Item Plato de mendiciſ loquenſ: εξειργε σθαι τησ πολεωσ βουλεται: ει τισ ευχαισ ανηνυτοισ. βιον ξυλλεγοιτο. Pellendum eſſe de ciuitate ſcribit: ſiquiſ uictū ſibi manibuſ precibuſ atq; inexpedibilibuſ parat. Interpreſ. Si uero quiſpiam precibuſ uitam colligere audebit: a rerum uenaliū cura/toribuſ e foro pellatᷣ. Reliquit manibuſ aut inexpedibilibuſ: aut tale aliquid: quo exp̄meretur: nō omneſ preceſ eſſe ſpernendaſ: ſed eaſ tm̄: quibuſ ea optantur: que aſſequi non poſſumuſ. Sed ceteriſ undecimi libri erroribuſ p̄termiſſiſ: duodecimum aggrediamur.

DE LIBRO DVODECIMO.

¶ Docet Plato in duodecimo libro: quid inter Rhipſaſpida et apouolea hoplon interſit: hoc eſt: inter eum qui ſcutum abiecit: & eum qui arma amiſit. Atq; alterum inquit ultro iacturā ſcuti facere: Alterum inuitum arma amittere διαφερει δε. ολον του και το παν. Hec autē plurimum habere diſcriminiſ: immo inter ſe uſq; quaq; differre. Interpreſ quomodo hunc locum latinum fecerit: opere precium eſt uidere. Scuti inquit abiector non de omnibuſ merito dicitur. Armorum uero amiſſor de omnibuſ. Ita nec ſimiliter qui ui amiſit: & q ſponte abiecit iudicandi ſunt. Inter totum etiam atq; omne multum intereſſe tuto prouerbio dicitᷣ. Vix equidem continere hoc loco riſum poſſum. Scribit Plato duo iſta: de quibuſ ſermo habetur: inter ſe: totū & omne differre: id eſt ex toto & omni: quod eſt uſq; quaq; differre. Hic enim lo/quendi moſ eſt: apud doctiſſimoſ grecoſ. Interpreſ autē pulchri/tudinem platonice lingue nequaq̄m intelligenſ exiſtimauit hoc prouerbium eſſe: ut inter totū atq; omne: multū intereſſe diceretᷣ

quaſi ad hunc locum pertineat: quomodo ea duo uocabula inter ſe differant declarare. Vt ſcilicet totum ex partibus conſtet continuiſ: omne autem ex diſcretiſ: que reſ a legum propoſito longiſſime abeſt. Scribit item Plato eum minime puniendum eſſe: qui per aduerſam fortunam arma inuituſ amiſerit: αλλα τον κακον δει κολαζειν ιναμειν ωνη. ουτον δυστυχη. Sed eum q per ignauiam ac timiditatem ſponte abiecerit: atq; ordinem deſeruerit: idq; propterea iubet: ut qui deliquerit: melior efficiatur. Interpreſ: nõ enim infeliceſ ſed maloſ inqt punire ſemp oportet. Facit hic locum communem in maloſ: non legem de ignauiſ ac timidiſ interpretat: ſed de maliſ p equiuocationẽ in hunc errorẽ adductuſ. quia bakoſ uidelicet & malum & ignauum ſignificet: nec cauſam pene quam Plato addidit ponit. Item Plato plura de eligendiſ: uiriſ: q magiſtratu defũctoſ examinẽt: & ab hiſ officii ſui rationem exigant: pertractat hoſ examinatoreſ: & rationum exactoreſ appellat. Interpreſ totum hunc locum ita peruertit: ut facile admodum ſit legenti perſpicere. Mox Plato examinatoribuſ: tum uiuiſ: tum mortuiſ: ſummoſ honoreſ decernit: ut uiriſ ſummo iudicio probatiſſimiſ. Verum non immemor humane fragiliſ: inconſtantiſq; nature effici poſſe ſuſpicatur: ut de uirtute in uitium delabantur: eo quo ceteriſ antepoſiti ſunt iudicio nimiũ freti: & uirtutem ut ſepe fieri ſolet: poſtq̃ ad ſummum glorie peruentum ẽ negligenteſ. δια ταυτα φησιν. αν δε τις τουτων πιστενων τω κεκρισθαι την ανθρωπειαν φυσιν επιδειξηται κακος γενομενος υστερον της κρισεως. γραφεσθαι μεν τον βουλομενον αυτον ονομος προσταττετω. Itaq; ſi quiſ eo℞ inquit iudicio cõfidenſ: quo p̃latuſ fuit nature humane fragilẽ cõditionẽ detexerit: lapſuſ uidelicet in errorẽ. poſtq̃ egregiuſ habituſ ẽ: ſanciat lege: ut qui uelit: poſſit eũ accuſare: Interp̃ſ ſiquiſ autem iſtorum: male iudicaſſe putetur: a uolente accuſetur. Sic ille de quo iudicio locutuſ ſit. Plato intelligit: & nature humane fragilitatẽ caſuſq; in expectatoſ exponit. Poſt hec Plato de cauſiſ ineũdiſ tractat: & de hiſ qui nõ uerberibuſ: non uinculiſ non morte digna: cõmiſerint: ſed in choreiſ: aut pompiſ: aut aliſ huiuſcemodi celebritatibuſ: muneribuſ ue officiũ non ſeruarint. Interpreſ totũ etiã hunc locũ ſuo more deprauauit. Prohibet p̃terea Plato hominibuſ ſuiſ peregrinationeſ. & niſi caduceatoribuſ: & legatiſ: & ſpectatoribuſ: publiciſ: nemini cõcedit pegrinari.

Interpreſ ceryceſ: qui caduceatoreſ ſiue preconeſ dicuntur preter rationem fetialeſ uocat. Sunt enim fetialeſ: non qui nunciant: quod preconiſ offitium eſt: ſed qui hoſtiam: aut uictimã cedunt: & facto ritu religioniſ ſacrificio. bellum: aut ſedant: aut incboãt. Vbi iam id per preconem: uel caduceatorem: indictum ẽ Item Plato cauſam: cur ſpectatoreſ peregre proficiſci debeant: reddẽſ: cõgreſſum eſſe inquit uirorum bonorum: qui uel in ciuitatibuſ ſcđm integram legẽ minime uiuentibuſ baberi poſſint εισι γαρ φυσϊν εντοισπολλοισ ανθρωποιαει θειοι τινεσ ουπολλοι παντοσ αξϊ οισ υγγινεσθαι. Exiſtunt inquit uel in uulgo & multitudine bomineſ quidam diuini: q̃uiſ pauci: tamen digni cum quibuſ cõgrediariſ? Interpreſ: inueniunẽ quippe pauci bomineſ inter multoſ omni bonore digni. Preclare ſane cauſam illam red/didit: propter quam Plato peregrinandum exiſtimauit. Item Plato eoſ conſtituit: qui per nocturnum collegium de legibuſ & R. P. ſtatu conſulterent atq; deliberent πρωτον μεν δειν φυσι συνελθειν των ιερεωντων τα αριστεια ει λυφοτων. επει τατων νομο φυλακωντονσ αει πρεσ βενουτασ δεκα. ετι δε οπεριτυσ παιδειασ πασυσ επιμελυτυσ. οτενεοσ. οι τε εκτυσ αρχυσ ταυτυσ απυλλαγμενοι. Primoſ inqt intereẽ oportet ſacerdoteſ: qui merito uirtutiſ obtinuerint dignitatem & premia. tum cenſoreſ legum decem ſenioreſ. deinde morum & eru/ditioniſ publice cenſorem: tam eum qui in preſentia eſt: q̃ eoſ qui priuſ eodem functi ſunt magiſtratu. Interpreſ primum de ſacer/dotibuſ: qui muneribuſ: atq; doniſ affecti ſunt: deinde de legum cuſtodibuſ: decem ſenioreſ: poſtremo diſcipline uniuerſe curator: qui modo eſt: & quorum magiſtratuſ iam exactuſ ẽ. Muneribuſ doniſq; affectum dicenſ: putat ſatiſ exprimere eum quem Plato merito uirtutiſ ſcribit dignitatẽ ac premia conſecutum. Cuſtodeſ autem legum: & curatorẽ diſcipline recentia uocabula interpuſ: cõſtat optima ratione cenſoreſ iuriſ dici: & cenſorem publice eru/ditioniſ: quemadmodum apud romanoſ cenſoreſ moꝝ dicebanẽ.

Item Plato των ξενωντοισ θεωριασ ενεκα επιδυμουσι: προσ ιεροισ φυσι καταλυσεισ ειναι. φιλοξενιαισ ανων πα ρασκευαμενοισ. Peregriniſ qui ſpectandi gratia ad urbem ac/ceſſerit: diuerſoria iuxta templa deorum decernit: que ſuſcipiẽdiſ boſpitibuſ commodiſſima ſint. Interpreſ: bi omneſ inquit diuer/ſoria in templiſ babeant: & boſpitaliter a ciuibuſ recipiantur.

·Item Plato εαν τισ τινα δικη παραγενεσθαι κωλυσηβια ει τε αυτον ει τε μαρτυρασ. εαν μεν δουλον. ει τε αυτου ει τε αλλοτριον. ατελη και ακυρον γινεσθαι την δικην. εαν δε ελευθερον. προσ τω ατελη. δεθηναι μεν ενι αυτον. υπο δϊκον δε ανδρα ποδισμου τω εθελοντι γιγνεσθαι. Si quiſ quenq̃m impedierit: ne cauſam ſuam agere poſſit: aut forte teſteſ interpellarit. ſi ſeruuſ eſt: aut eiuſq impedierit: aut alteriuſ cauſa irrita eſto. Sin liberi qui impedierit ultra cauſe iacturã per annũ in uinculiſ tenetor. Et ſiquiſ latrocinii eum accuſare uoluerit: faſ eſto. Interpreſ: ſi quiſ ui collitigatorẽ ſuum: alienum ue ſeruũ in iudiciũ uenire ꝓhibuerit. nulliuſ momenti lata ſentẽtia ſit. Quod ſi non ſeruum ſed liberum: ut probibuerit & anno uinciatur in ſeruitutemq; duci poſſit a uolẽte. Quid boc loco dicã neſcio: niſi interpretem tam facile intelligi q̃ recte Platoniſ ſententiã inter/pretatur. Vel ſi contrarium maliſ: tam recte interpretari hunc locum: q̃ facile intelligitur. Multa preterea que Plato de iudiciiſ publiciſ refert: & legibuſ: quibuſ magiſtratuſ utuntur: Interpreſ mutat atq; puertit: partim adiungenſ: partim detrabenſ: uerba ea etiã que de laudatione ac uituperatione ſeu ſoluta oratione: ſeu carmine referũtur pene omnia deprauat. Item cũ Plato ſcribat ſumptuſ funebreſ moderate fieri oportere: cum preſertim corpuſ ſimulacrum quoddam hominiſ ſit: bomo autem ipſe ſit ĩmortaliſ: & animi nomine appellatuſ ad deoſ proficiſcatur uite ſue ac moꝝ ut paterna lege aſſeritur: rationem redditurus. Hiſ ꝓterea addat τω μεν γαρ αγαθω θαρραλεον. τω δε κακω μαλα φοβερον. βοηθειαν τε αυτω μητινα μεγαλην ειναι τετελευτηκοτι. ζωντι γαρ εδει βοηθειν απαντασ τουσ προσηκοντασ. ινα δι καιοτατοσ δηλονοτι εγινετο uirum bonum animo erectum eẽ uitioſum aũt admodũ formidare in reddenda uite ac morum ratione: nec nullum eſſe bominibuſ improbiſ: poſtq̃m obierint preſidium uiuentibuſ autem debuiſſe familiareſ omneſ opitulari ut iuſte pieq; uiuerẽt: & uita functi innocenteſ: ac grauioriſ pec/cati inſonteſ abirent. Interpreſ hec ita a Platone narrata in formam quandam preceptioniſ redigit. Boni inquit confidere: mali formidare debent: ne poſt mortem magno auxilio careãt: quare uiuiſ neceſſarii omneſ conſulant: ut q̃ iuſtiſſime atq; ſanc/tiſſime uiuant. Sic. n. poſt banc uitam pro peccatiſ nõ uexabunt.

Tum Plato εκ δε τουτων ουτωσ εχοντων φυσιν. ουδε

ποτε οικοφθορειν χρη διαφεροντωσ. νομιζοντα τον αυ
τον. τουτον ειναι τον των σαρκων ογκον θαπτομενον.
que cum ita ſint: inquit nunq̃ maiori ſumptu remfamiliarem ex/
tenuare debeſ quaſi exiſtimeſ illum tuum eſſe eam carnium molē
que ſepulture mandatur. Interpreſ: hec cum ita ſe habeant nunq̃
oportet luctu affligi: quaſi puteſ hanc carneā molem: que ſepelitē
tuum illud eſſe. Talem affert Interpreſ noſter concluſionem: ubi
Plato de funeribuſ & ſepulturiſ moderandoſ lege ſumptuſ exiſti/
mat: ne patrimonia decoquantur. Raciocinemur enim parūper
ſermone interpretiſ hoc modo. Agger non altior ſit: q̃m quinq;
uiri quinq; diebuſ poſſint conſtruere. lapideſq; ſuperſtruantur:
poliāturq; nō maioreſ q̃ ut poſſint mortui laudeſ nō pluribuſ q̃
heroiciſ uerſibuſ quattuor editaſ recipere. Elationeſ autem non
breuiori tempore fiant: q̃m uere mortuuſ ſignificari cognoſciq;
poſſit: ac ut humana ſe habēt triduana mediocriſ uidetur. Mox
de animi īmortalitate afferamuſ ea: que ſupradicta ſūt: uidelicet
pro rationiſ confirmatione. Tum concludamuſ. hec cum ita ſe
habeant: nunq̃ oportet luctu affligi. En docti hominiſ conclu/
ſionem. Cum omniſ ratio eo tendat: ut moderati fiant ſumptuſ
in ſepulturiſ cōcluſionē hanc infert nunq̃ affligi luctu oportere.
Sed hec adnotaſſe ſatiſ ſit: notare longe plura poterunt: quibuſ
pluſ ocii ſuppetat. Nunc poſtremum librum: quem epinomidem
Plato uocat: percurramuſ.

DE LIBRO TERTIODECIMO.

Errat in primiſ Interpreſ in ipſa huiuſ libri inſcriptione cum
apicem dicat: quem Plato epinomidē quaſi legibuſ additū uoluit
dici: quod in hoc reſ aliqua neceſſaria legibuſ adderetur. Tum
initiū libri ipſum peruertit. Cum enim a Platone dicatur. προσ
μεν το τησ ομολογιασ. ηκομεν απαντεσ ορθωσ ω ξενοι
τρεισ οντεσ. Recte iam hoſpiteſ quemadmodum inſtitutum
a nobiſ fuerat omneſ treſ pariter acceſſimuſ: hic iam inquit ut
cupiebamuſ recte tandem omneſ treſ amice deuenimuſ. Deinde
Plato τινι ποτε φησι λογω δει ξελθειν χρη. οτην ανθρω
πινην εξιν φαμενο ταν διαγνοηθη. καλλιστε χειν ποι ει πρ/
οσ φρονησιν οσην δυνατον ανθρωπωσ χειν. quibuſ tandē
uerbiſ inquit explicare debemuſ eam rem: quā cum mēſ humana
perceperit poſſe eā optime agere ex prudentie ratione putamuſ:
quatenuſ natura humana aſſequi poteſt. Interpreſ: qua nā ratiōe

ad illud perueniendum eſt: quo humanuſ habituſ ſi intelligatur: optime pro humaniſ uiribuſ ad prudentiam ſe habeat. Itē Plato ατοπον μηνα κουσεσθαι σε λογον οιμαι και τινα τροπον ουκατοπον αν. equidem rem inopinatam auditurū te arbitror tandemq; aliquomdo minime inopinatam. Interpreſ rem ino/pinatam Platoniſ abſurdam indignamq; exponit. Item Plato ουφημι ει ναι δυνατον ανθρωποισ. μακαριοισ τε και ευ δαιμοσι γενεσθαι. πλην ολιγων. καλη δε λπισ τελευτησαν τι τυχειν απαντων. ων ενεκασ τισ προθυμοιταν ζων τε ωσ καλλιστα ζην κατα δυναμιν: και τελευτησασ. τελευ τησ τοιαυτησ τυχειν. Non equidem homineſ feliceſ beatoſq; effici poſſe reor: dum uitam uidelicet hāc mortalē uiuunt pauciſ admodum exceptiſ. Optima tamen ſpeſ eſt poſſe mortuum oīa conſequi: quoꝝ cauſa & honeſte uiuere quantum humane uireſ patiuntur: & mori honeſte uoluit. Interpreſ: impoſſibile eſſe aio hominibuſ donec uiuant felicitatem atq; beatitudinē aſſequi niſi admodum pauciſ ſic cenſeo. Bona tamen ſpeſ eſt: ſi quiſ optime pro uiribuſ uixerit ac ſimiliter mortuuſ ē: ut poſt mortem ea cō/ſequatur: que cōcupiuit. Item Plato uite moleſtiaſ enumeranſ: parumq; temporiſ reſ letaſ plurimum uero triſteſ dicenſ afficere και χρονοσ βραχυσ αντισεινη προσ λογισμον. μητοι των μοχθηρων. αλλον πασ αν υπολαβοι μετριον. Tempuſ inqt quoddam perbreue ſit: non modo reſpectu diuturnitatiſ maloꝝ uerum etiam quocunq; modo quiſ cogitet. Interpreſ: breue aūt in non deprauatiſ: ſed moderatiſ hominibuſ tempuſ relinquitur. Ita quod Plato cōmune in uita humana eſſe dicit: hic moderatiſ tantum hominibuſ tribuit. Item Plato. qua uirtute: aut qua facultate homo prudenſ effici poſſit inueſtiganſ ο τε δη φυσι την των αναγκαι ων ορωμεν κτησιν. δια τεχνησ μεν απεργαζομενην τουτων δε ουδεμιαν ουδενα σοφον ποιου/σαν: τογε μετα τουτο παιδια τισ αν λειποιτο μιμητικη μεν το πλειστον. αλλ ανδαμη ασουδαια. Sed quoniā īquit reſ neceſſariaſ acquiri per artem uidemuſ nullam autem eiuſmodi artem nouimuſ: poſſe hominem reddere ſapientem: reliquum ab hiſ ē iocuſ: & ſolatii ratio que magna ex parte ī ſimulādo uerſatᷓ: ſed non ſtudio rerum ſeriarum. Interpreſ: hiſ artibuſ neceſſaria uidemuſ acquiri: quarum nulla ſapientem hominem reddit. Doc/trina igitur quedam erit: Id. n. reliquum ē imitatiua: ergo ſtudio

dıgna nó eſt. Doctrinam dicit: ubi Plato iocú & ſolatii ratioñe:
que qm̄ in imitando uerſat̄: aut imitatiua ē: ut ipſe loquit̄. Con/
cludit. nó eſſe ſtudio dignā: qđ nec ueritati cóuenit: & a Platonıſ
ſermone longe aberrat. Nam & alique imitationeſ ꝓbe ac ſtudio
digne eſſe poſſunt & Plato ſcribit iocoſ & ſolatia in imitatione
uerſari: ſed non in ea: que digna ſtudio ſit: atq; hominem poſſit
reddere ſapientē. Tum Plato cú ingeniú & uim q̃ meminimuſ
ατοπον id ē ſingularē & admirabilē quandā eē facultatē diceret:
hic uim indignā eſſe exponit. Item Plato πωσ Γαρ τον αΓα
θων αι τΐον ξυΓΓεπαντων. ου και του πολυ μεΓιστου τησ
φρονησεωσ αι τΐον ηΓεισθαι δει ΓεΓονεναι. Quid inquit eú
qui cunctarú bonarú rerum auctor eſt. nonne etiam prudentie
ſúmi boni auctorē putare debemuſ? Interpreſ cur enim ceteroꝝ
omniú bonorú maximi etiā boni prudentie dico cauſā nó puta/
bimuſ. Item Plato de deo το δε και των αλλων αι τΐον αΓα
θων παντων ημιν αυτον ΓεΓον εναι. πειντεσαν ομολοΓοι
μεν. Ceterorú inquit bonorú omniú auctorē eú fuiſſe: ingenue
omneſ cóſitebimur. Interpreſ: ceterorú etiā bonoꝝ id cauſa nobıſ
fuiſſe: omneſ utinā cócederemuſ: qđ pro cóſeſſo Plato ponit deú
omneſ fateri auctorē omniú eſſe rerum bonarú Interpreſ optat
ab oíbuſ cócedi. Item Plato de numero: ουτωσ αρι θμον μεν
αν αΓκηπασα ϋποτιθεσθαι. διοτι δε τουτο αναΓκη. λοΓοσ
εστι πλειων παντων ΓιΓνοι ταν τωννυν ει ρημενων. αλλα
και ονον ορθωσ ρηθησεται. οτι και τα των αλλων τεχ/
νων λελεΓομενα ανυν δΐηλθομεν εωντεσ ειναι πασασ τασ
τεχνασ ουδε τουτων εν ουδεν μενει. παντα δα πολειται
το παραπαν. οταν αριθμητικην τισ αν ελη. δοξειε δαν ικα
νωστισιν βραχεων εΐ νεκα. αριθμου δεισθαι το των ανθρ/
ωπων Γενοσ. εισ τασ τεχνασ αποβλεψασι. και τοι μεΓα
μεν και τουτο ει δε τισ ιδοι το θειον τησ Γενεσεωσ και το
θνητον ενω και το θεοσεβεσ Γνωρισθησεσθαι και αριθμοσ
ον τωσ. ου καν ετΐ πασ αντΐσ Γνοι ηξυμπαντα αριθμον
οσησ ημιν δυναμεωσ αιτΐοσ αν ειη ξυΓΓινομενοσ. Ita íqt
fit: ut numero ſubiici neceſſe omnino ſit: ſed cur neceſſe ſit· lógior
adhibēda diſputatio eſt: q̃ adhuc fecerimuſ. Attamē uel hoc loco
eatenuſ recte dici poteſt: ut ceterarú quoq; artiú ratio: quā nulla
arte ſublata iam explicauimuſ ſeruari nó poſſit: ſed arſ omiſ oíno
pereat: ſi arithmeticā tolli patianſ. Prorſuſ nónulliſ uideri poteſt

quarundã paucarũ rerum cauſa genuſ humanũ numero egere cũ ad arteſ reſpiciant quanq̃ id quoq; nõ leue eſt: Verum ſiquiſ ipſam diuinitatẽ cogitat generationiſ: & mortalẽ naturã: in qua & pietatiſ & numeri ratio cognoſci ꝓculdubio poteſt: nequaq̃ ꝑte/rea cuiuſq; ĩterſit ꝑcipere: q̃ntũ nobiſ facultatiſ cõciliat numeruſ: cũ uniuerſuſ affuerit. Interꝑſ: ut hec oĩa corrũpat aĩaduertite. Ita neceſſe eſt inquit numerũ preſupponere: idq; neceſſe eſſe: nõ a ſuꝑioribuſ magiſ q̃ hac ratione recte oſtenditur: Nam cetere quoq; arteſ: q̃ſ pauloãte numerauimuſ: ſi numerũ auferaſ penituſ euaneſcũt. Nam licet putauerit forſan quiſpiã pauca eẽ in arti/buſ in quibuſ numero humanũ indiget genuſ: Magnũ tamen id quoq; eſt: Si quiſ diuinitatẽ generationiſ: & mortalitatiſ reſpex/erit: qua in re pietaſ: & erga deoſ cognoſcetur: numeruſ quoq; ipſe q̃m magne uirtutiſ cauſe nobiſ ſit: hoc modo Interpreſ more ſuo omnia deprauat. Item Plato: το τε δη δικαιον τε φησι και αγαθον και καλον και παντα τα τοιαυτα. ουδεισ ποτε μη γινωσκων. αληθουσ δοξησ επιλαβομενοσ. δε αριθμησε ται προσ το εαυτον τε και ετερον πεισαιτο παραπαν. Iuſtum inqt bonũ: honeſtũ: & reliq̃ generiſ huiuſmodi q ignorat nunq̃ ueram opinionẽ nactuſ dinumerabit: ut uel ſibi: uel alteri: rem aliquã poſſit ꝑſuadere Interpreſ: nec enim qui iuſtum bonũ honeſtum: huiuſmodiq; omnia ignorat: ueram unq̃ gloriã nan/ciſceẽ: nec illa ſine numero poſſidebit: nec poſſidenda eſſe: nec ſibi nec aliiſ unq̃ perſuadebit? Quã recte noſter Interpreſ Platonẽ intelligat: q ne opinio quidẽ quid ſit norit: ſed ꝑ opiniõe gloriam reddit: & q̃ bene interꝑtatuſ legeſ ſit: facile quiſ poteſt percipere: preſertim ſi cũ illiuſ ſcriptiſ noſtra cõtulerit. Itẽ Plato de deo: παρα δη μην τον ταυτο πρωτον εμωκισεν ο θεοσ. ωσ τε ικανοισ ειναι. δει κρυμενον ξυνοειν. επειτε δει ξε και δει κρυσιν. ων τι καλλιον ενεροσ αντισ θεασαιτο πλην το τησ ημερασ γενοσ. ει τα εισ το τησ νυκτοσ ελθοι μενοσ εχων οψιν. ο θεον ετερον παν αυτω φαινοι ταν. Hominibuſ hoc ipſum immortaliſ deuſ: primum iniecit: ut re oblata: numerũ poſſent agnoſcere: Tum uero apertiuſ oſtendit: idemq; aſſidue facit: qua in explicatione rerum: quid tandem pulchriuſ unum uno cernere poſſiſ: q̃ ſpeciẽ ipſã diei: mox ad noctiſ uiceſ deueniẽſ officio oculorum: unde alterũ tibi appareat: illudq; oĩno diuerſũ. Interpreſ nobiſ id primũ indidit deuſ: ut poſſimuſ quod oſtendiẽ

intelligere: deinde oſtendit: oſtenderetq; unum uno pulchriuſ eſſe. ut ſiquiſ non cecuſa die in noctē perueniat atq; hinc diuerſa hec ſibi uideꝰt. Quot quātiq; erroreſ hic ſint uidetiſ: Idcirco reliqua pſequamur. Plato και μεχρι μεν τουτων φησι και εν του τοις. ξυμπαντο δυνατον των ζωων. μαλα αριθμητικον γεγονε. το καθεν αυτο κα εαυτο σκοπουν. το δε προς αλ ληλα παντα αριθμον αει λογιζεσθαι. δοκωμεν μειζονος ενεκα. Ad hec uſq; & in hiſ omne qđ potuit animal enumerandi uim habuit: qua reſ ipſaſ per ſe ſingulaſ cōſyderaret: At uero nu/ merū cogitare inuicē omnē: uidetur ad altiora ptinere: Interpſ: In hiſ igitur & ad hec uſq; quodcūq; animal diſcendi poteſtatem habet: ſingula per ſeipſa cōſyderādo numeratiuū maxime factū eſt: Sed collatione numeri ad numerū facta magiſ & minuſ ha/ bentur: Sic Interpreſ Platoniſ ſententiam explicat: & differētiā ex inſtituto illiuſ reddit numeri: qui p ſe: & qui reſpectu alteriuſ: conſyderetur. Deinde Plato cum deoſ eſſe colendoſ: honeſteq; uiuendū hortaretur: ut ita finē quiſ pulcherrimū cōſequi poſſet: quiſnā deorum cultuſ ſit: rogat: hiſ uerbiſ πως ουν ω κλεινια λε γομεν η δοκει τους θεους υμνουντες σφοδρα τιμωμεν ευχομενοι τα καλλιστα και αριστα περι αυτων επιεναι λε γειν ημιν ουτως. η πως λεγεις. θαυμαστως μεν ουν ου τως. Sed quonāmodo mi Clinia cenſeamuſ: num deoſ laudibuſ extollenteſ colere magiſ placet: optanteſque optima & pulcher/ rima ſūt: hec nobiſ de eiſ dicēda cōtingere? Ita ne cenſeſ: an ſecuſ? Reſpondet Cliniaſ: ita prorſuſ. Interpreſ: hoc totū reliquit: ho/ neſtiuſ opinor exiſtimāſ omittere que ignorat q̄ male interptari.

Item Plato θεογονιαν τοινυν και ζωογονιαν. αναγκαιον ως εοικε. πρωτον μοι κακως απεικασαν των των εμπρο σθεν βελτιον απει κασαι κατα τον εμπροσθεν λογον ανα λαβοντα. ον προς τους ασεβεις επικεχειρη καλογους φραζων ως εισι θεοι. de ortu igitur deorū: ortuq; animantium cum uetereſ auctoreſ male retulerint: meliuſ a nobiſ agatꝰ neceſſe eſt: ſuperiorē illam repetētibuſ rationē: qua aduerſuſ impioſ diſſe/ ruimuſ: deoſ eſſe explicanteſ. Interpreſ: deoꝝ animaliūq; genera/ tionem: quoniā male maioreſ noſtri: de hiſ tradiderūt: ſuſcipere meliuſ eſt ac ita defendere: ut aduerſuſ impioſ non caueā ut feci diſſerere primo ꝙ dii ſunt: Hem doctrinā facundiamq; interptiſ qui ſe iudicem reprehenſorēq; platonice diſciplinę cōſtituit. Itē

Plato ſtellaſ aut deoſ: aut deorum ſtatuaſ: opifice deo factaſ eſſe
cũ exiſtimãdum cenſeret τουτων θατερα θετεον φισι τα δε
τεθεντα τι μητεον παντων αγαλματων δια φεροντως.
Alterum inquit de hiſ duobuſ ſtatuendũ quodq; ſtatueriſ ſupra
omneſ ſtatuaſ effigieſq; humanaſ maxime colendum eſt: Interpſ
alterum igitur iſtorum decernamuſ: & qđ decreuerimuſ firmiter
teneamuſ: magiſq; ꝙ deorũ ſimulacra colamuſ. Quiſ hic Interpꝛtiſ
prudẽtiam nõ admiretur? cum deoꝝ ſimulacra magiſ ꝙ ſimulacra
deorum colenda eſſe affirmet. Alterutrũ enim decernendũ dicit:
alterum autem eſt: ut ſtelle pro deorum ſimulacriſ colãtur. Itaq;
ſequitur ut colenda ſint deorum ſimulacra magiſ ꝙ deorum ſimu/
lacra. Deinde Plato ſtellaſ deoſ eſſe φανερους id eſt cõſpicuoſ
dicit. Interpreſ: ueroſ eſſe deoſ exponit. Tum Plato tertium
demonum genuſ: quod aereã incolit plagam: interpreteſ eſſe uec/
toreſq; precum: ac uotorum noſtrorũ ad deum decernit αερϊον
δε γενος εχον εδραν τριτην και μεσην. της ερμηνειας αι
τιον. τιμαν μαλα χρεων. χαριν της ευφημον δια πορει
ας. Aerium inquit genuſ: quod ſedem tertiam mediãq; obtinuit
interpretãdiq; auctor eſt: honorare ꝓfecto debemuſ: ipſiuſ ho/
neſte interceſſioniſ gratia. Interpreſ: aerium genuſ: in loco tertio
& medio qui cauſa interpretationiſ eſt collocatuſ: orationibuſ
honorare gratia laudabiliſ queſtiõiſ oportet. Hic quoq; cõtinere
riſum uix poſſum. q̃ndoquidẽ Interpreſ: interceſſionẽ & operam
demonũ: tranſmiſſionemq; illam precum ac uotorum non potuit
exꝑmere: ſed queſtionẽ appellauit: ꝓſertim ubi ne ſuſpicio quidẽ
ulla queſtioniſ haberi poterat. Mox Plato celeſtia & terreſtria
omnia animalia cõſpicua eſſe dicit. Que aũt medio loco in ethere
atq; aere poſita ſũt: inuiſibilia eſſe affirmat των δε δυο τουτων
φισι ζωων τον τε ξ αιθερος εφεξης τε αερος. ον διορωμενον
ολον αυτων εκα τερον ειναι. παρ ον δε πλισιον. ον κατα
δηλον ημιν γιγνεσθαι: Duplicis inquit huiuſ generiſ animaliũ
que ſcilicet aeream plagã & que proxima ẽ etherẽ incolunt: ea
natura eſt: ut neutrũ cõſpici totum poſſit: ſed quanq̃ ꝓpiuſ adeſt:
noſtrũ tamẽ refugit ſenſum. Interpreſ: horũ duorũ animalium:
quoꝝ alterũ ex ethere: Alterũ deincepſ ex aere eſt: utrũq; uiſibile
totum eſt. Sed q̃uiſ prope noſ ſint: minuſ tamẽ nobiſ apparent.
Quãrecte hoc expreſſũ fuerit quiſ non iudicet? Viſibile quidem
eſt inquit: ſed minuſ nobiſ apparet: qđ Plato adeſſe quidẽ ꝓpiuſ

fatetur. Sed quoniam incorporeum eſt: cadere ſub ſenſum non poſſe. Itē Plato τουσ δαιμονασ φησι γινωσκειν μεν ξυμπασαν την ημε τεραν διανοιαν λεγομεν.και τον τε καλον ημων και αγαθον αμα. θαυμαστωσ α ασαζεσθαι και τον σφοδρα κακον.μισειν. Fatemur inqt demoneſ cóceptuſ omēſ animi noſtri cognoſcere: & qui bonuſ inter noſ eſt: hunc mirum in modum amare: qui uero maluſ: huic ſummopere infenſoſ eſſe. Interpſ: uniuerſaſ cogitationeſ noſtraſ cognoſcūt: & bona quidē ex iſtiſ mire noſ diligunt. que uero ualde mala ſunt: uehementer oderūt. Ergo demonū: ſi interpti credimuſ: alii boni alii mali. hoc uero a Platoniſ ſentētia alienū eſt: q optimoſ eſſe omēſ demoneſ opinatur contra ſanctorum uirorum noſtre religioniſ doctrinā qui contra maloſ eſſe omneſ exiſtimant. Item Plato dū celeſtia omnia corpora nobilia eſſe atq; diuina oſtēdit τοταρ μη τιμια τα θεια ειναι. η τα δε μη θεια σαφωσ ουκ εμφρονων. Reſin/quit diuinaſ non eſſe nobileſ ac uenerandaſ: aut hec: nequaq̄ eſſe diuina arbitrari: extreme dementie eſſet. Interpreſ non prudētiſ eſt alia diuinorum bonoribuſ proſequi: alia negligere λαβωμεν δε φησιν ωσοτι περ αν ελληνεσ παρα βαρβαρων ελαβομεν καλλιον τουτο εισ τελοσ απεργαζονται. καὶ δη και περι ταν νυν λεγομενα ταυτον δει διανοηθηναι τουτο ωσ χαλεπον μεν παντα τα τοιαυτα αναμφισβητωσ εξευρισκειν πολλη δε ελπισ αμα και καλη καλλιον και δικαιοτερον οντωσ τησ εκ των βαρβαρων ελθουσησ φημησ τε αμα και θεραπειασ παντων τουτον των θεων επιμελησεσθαι τουσ ελληνασ. Item Plato grecoſ dicit omnia que a barbariſ ac/ceperunt feciſſe meliora. Itaq; cultum quoq; deoꝝ grecoſ accepiſſe quidem a barbariſ: ſed longe meliorem reddidiſſe. Ita ſentiendū eſt inquit maioreſ noſtroſ: omnia que a barbariſ acceperunt: me/liora tandē reddidiſſe. Et quidem qua de re in preſentia agitur: hoc idem exiſtimandum eſt: reperiri quidem tātam rem ſine am/biguitate difficile eſſe: ſed ſpem certe plurimam pulcherrimamq; haberi: ꝙ greca genſ: longe honeſtiuſ & ſanctiuſ & uelit. & poſſit hoſ omneſ deoſ colere. q̄ barbaroſ: uel predicaſſe: uel coluiſſe: acce/perimuſ? Interpreſ hinc autem fit: ut quicquid greci a barbariſ accipiant: meliuſ illud reddant: Quare q̄uiſ inuentu hec difficilia ſint: ſperare tamen credereq; oportet. Cum a barbariſ hec deorum cognitio cultuſq; peruenerit: omnium iſtorum deorum curam

·V· C· XIII·

grecoſ habituroſ: quid in hiſ uerbiſ eſt non modo obſcurum: ſed etiam a ſententia Platoniſ alienum? Tale etiam illud eſt: paulo/poſteriuſ: pulcherrime atq; ſufficienter dixiſſe noſ putet: deorum plena eſſe uniuerſa: ut nulla maiorū rerū obliuio: aut negligētia noſ capiat. Plato enim diiſ hoc tribuit qđ Interpreſ hominibuſ. Sic enim ille plene pulchreq; hoc dictum exiſtimat θεωυ ειναι παυτα πλεα. και μηδε ποτε ληθη και αμελεια τωυ κρειττουωυ. ημας παρολιγω ρεισθαι. deorum eſſe omnia plena nec obliuione aut negligentia ſuperioreſ unq̄ teneri ut noſ deſerāt: Tum uero quiſ niſi mentiſ inopſ exiſtimet nulla noſ uel obliuiōe uel negligentia: capi poſſe ſi omnia: ſint plena deorum? Hortari enim ita mortaleſ poſſunt ad capeſſendam uirtutem: cogere ne/quaq̄ poſſunt: & enim ſeruari arbitrii libertatem oportet etiam ſi deum preſentem: ſemper habeamuſ. Deinde Plato cū ſtudiū quattuor diſciplinarum: quaſ mathematicaſ nuncupamuſ: eodem referri atq; idem inſtitutū ſpectare precipiat παυ διαγραμμα αριθμου τε συστημα. και αρμονιας συστασιν απασαν. της τε τωυ αστρωυ περιφορας την ομολογιαν ουσαν μιαν απαντωυ αναφανη ναι δει τω κατα τροπωυ μανθανουτι. Omnē inqt linearū deſcriptionē: omnē numeri cōſtitutionē omnē concentuſ rationē: omnē delationē aſtroꝝ: neceſſe eſt: ut uno eodēq; cōcenſu inter ſe cōiungi cenſeat: qui recte diſcipline doctrinā accipit. Interpſ: oīne diagrāma: cōſtitutionēq; numeri ac harmonie & conuenientiam circuituſ aſtroꝝ: que una omniū eſt: perſpici oportet ab eo qui modo congruo diſcit. Sed hec q̄uiſ pauca ex plurimiſ: ſatiſ tamen ad huiuſ libri erroreſ indicandoſ eſſe exiſtimauimuſ: eundem enim modū quem in ceteriſ omnibuſ libriſ tenuimuſ: in hoc quoq; poſtremo cenſuimuſ eſſe ſeruandū: ut non omneſ aut plurimoſ ſed aliquot dumtaxat erroreſ nota/remuſ: quibuſ ſatiſ iudicari quanta eſſet interpretiſ peritia poſſet. Nam ſiquiſ ſuppetente ocio conferre huiuſ interpretationē cū Platoniſ ſcriptiſ uoluerit: tot certe erroreſ: quot uerba notabit. Que cum ita ſint: utrum ne merito maximorum atq; illuſtrium philoſophorum iudicem: optimarum diſciplinarum cenſorem et Platoniſ reprehenſorē ſe conſtituerit. Voſ uiri docti: In quoꝝ manuſ hec forte uenient: de hoc homine iudicate.

VI · C · 1

CVm Ariſtoteleſ philoſophuſ:in ſecundo libro eiuſ operiſ:quod de rebuſ naturalibuſ ſcripſit: naturam qdem ſtatuiſſet oía alicuiuſ rei gratia facere.uerum tamen nihil conſulto agere:quē/admodum arſ quoq; licet ſine cõſilio agat:oía tñ alicuiuſ rei gratia facit: Plethon Cõſtãtino/politanuſ uir noſtra etate opinionũ Platoniſ emuluſ atq; defenſor:hanc Ariſtoteliſ ſententiam improbandam longe refellendamq; exiſtimauit(et tã artem q̃ naturã aſſeruit(ſcđm platonicoꝝ opinionẽ)que faciũt cõſulto agere. Cui ſẽtẽtie repugnãſ Theodoruſ theſſalonicenſiſ familiariſ noſter:in hunc ſermonem:talibuſ quibuſdam argumentiſ uſuſ eſt. Conſultationẽ enim earũ rerum eſſe dicebat:de quibuſ nullam cognitionem aut certitudinẽ habemuſ(an ad eũ quem conſtituimuſ finẽ cõducãt(At nature atq; artiſ:ut cognituſ certuſq; finiſ ẽ(ſic ea que ad finẽ ſpectant cognita ac certa eſſe.quapropter neq; artẽ neq; naturã conſilio agere. Ad hec cũ agendi faciendiq; operatio non parum inter ſe differant(faciendi qdem officium arti tribui:agendi uero prudentie:ſolere aũt non qd faciamuſ(ſed qd agamuſ cõſultari. Ideoq; conſiliũ non artiſ eſſe:hoc eſt habituſ cũ ratiõe factiui: ſed prudẽtie:id eſt habituſ cum ratiõe actiui. Admirari preterea ſe idem Theodoruſ dicebat Plethonẽ exiſtimaſſe paucis qbuſdã uerbiſ:& q̃ſi unica poſitiõe recipi ſuã ſententiam poſſe.tot alioqn Ariſtoteliſ rationibuſ aduerſam:que cõtrarium plane confirmãt atq; perſuadent:& ſi quid a nobiſ pleniuſ ea de re cum aliqua ui demonſtrationiſ dici poſſet(libenter ſe audituꝝ oſtendebat:utq; id(niſi moleſtum eſſet) faceremuſ:rogabat uehementer. Huic noſ cum morem gerere:& quãtũ in nobiſ eẽt gratificari ſtuderemuſ: talia quedam ex ſcriptiſ Platoniſ breui libello complexi ſumuſ.

Naturam alicuiuſ rei gratia omnia agere & Ariſtoteleſ tradit:et ueritati conſentaneum eſt: Neq; enim dicendum eſſet:idcirco eã non alicuiuſ gratia agere(ꝙ ſine cõſilio agat(qppe arſ quoq; (et ſi abſq; conſilio (omnia tamẽ alicuiuſ gratia agit. Quod autem ſine conſilio agat: illud argumento eſt: ꝙ ſi arſ in ligno eſſet(nullo conſilio uteretᷣ. Atq Plato:& q eum ſecuti ſunt philoſophi omeſ:nihil in prima parte ab Ariſtotele diſcrepanteſ(naturã ſimiliter ponũt

aliculuſ rei gratia oĩa facere: in ſecũda uero parte ab Ariſtotele diſſentiunt: nihil eã ſine cõſilio facere aſſeuerantes. Nam & ſi per ſe ipſã minime natura aut conſulat qcq̃ aut deliberet: intellectuſ tamen uniuerſuſ: q rebuſ omnibuſ ex natura naſcentibuſ inſiſtit: naturamq; ipſam ad finem dirigit: conſilio preditus eſt. Neq;.n. naturam Plato exiſtimat primam rerum cauſam eẽ: ſed eẽ cauſã aliam cenſet natura priorem longeq; nobiliorem: que ratione & conſilio omnia agat: ad finemq; perducat: ſi quidẽ in ſe ipſa finis quoq; continet rationem. Tendit ſane aliquid ad finem duobuſ modis: aut propria operatione aut aliena: propria: ut homo: et reliqua: que ratione pollent: aliena: ſicut ea que ad finẽ aliunde mouẽtur: quẽadmodũ a ſagittario ſagitta dirigitur: et omnino res inanimate: ab aliquo quod rationiſ particepſ ſit: mouenẽ ad finem. cum ipſe nulla ſua facultate moueri queant: ſed aliunde id beneficium nanciſcantur: quo in genere natura poſita ẽ: qppe que cauſa eſt inſtrumentaliſ: et ita moueri ſolet: ut menſ ſuo cõſilio rationeq; pmouerit. Quo qdẽ in loco maxima meo iudicio inter Platonẽ & Ariſtotelem differentia eſt. Hinc.n. perdifficilis illa et perobſcura de ideiſ queſtio oritur. Nec uero naturam ſolũ ſed etiam artem platonici ponunt conſilium precedere: qppe artificem ſibi finem proponere: & que ad illum ducãt: inueſtigare. Cũ aũt plura ac diuerſa ſit: que ad finẽ pducũt oportere artificẽ: quid celeriuſ meliuſq;: eo perducat: cogitare atq; diſcernere. Hoc uero iure conſilium appellari. Nã cũ pleraq; occurrant artifici minuſ conſueta: quorum quodlibet ad propoſitũ finẽ perducere poteſt: conſilium capiat oportet: quid rectiuſ operi: quo ue modo accommodetur. Nec ideo exiſtimandum eſt: nullum poſſe in arte cõſilium eſſe: quia factiuuſ potiuſ q̃ actiuuſ habituſ ẽ. Neq; enim actio a faciendo differt conſilii ratione: ſed eo q in faciẽdo preter factionẽ ipſam opuſ aliquod relinquitur: ut puta domuſ aut aliquid huiuſmodi: & qdem ipſa faciẽdi operatiõe preſtãtiuſ: In agendo autem nihil tale relinqui ſolet: ſed ipſa agẽdi opatio finiſ eſt atq; ob eã rẽ quemadmodũ opuſ actiſ artificiſ ſui habitu nobiliuſ eſt ſic ipſa actio habitu ex quo pfluit nobilior habetũ. Ita maiuſ inter hec diſcrimen aſſerunt oriri. Certa autem eſſe et cognita que ad artiſ finẽ pertinẽt ex Platone quoq; percipi põt. Sed nõ parum intereſt quonã modo cognita ac certa habeanẽ: ſiquidem et genere cognita eſſe poſſũt et ſpecie ſque aũt cognita

queſtio obſcura & difficiliſq ad modũ de Ideis ẽ secundum auctorem.

quid factio qz aliqd opꝰ post ſe relinqt ut domꝰ p edificationem Actio nihil poſt ſe relinqt

genere ſunt/eadē ut ſpecie icognita ſint fieri poſſe/facile ītelligi
poteſt/Quod ſi genere cognita capiamuſ/non oportet artificem
quicq̄ querere aut conſultare/nouit quippe/ſi medicuſ ē/cōtraria
curanda eē contrariiſ/At ſi ſpecie ignorantur/et ratio eoꝝ parti/
culariſ ancepſ ac dubia eſt/tum cōſultandū querendumq; ē/quid
facto opuſ ſit/q̄d magiſ expediat/que frigidior medicīa calidiori
egritudini magiſ cōueniat/quo genere purgatōiſ egroti corpuſ
purgādū ſit/quo tempore/q̄ hora/quatenuſ oporteat purgare:
Hec niſi medicuſ ingenio/cōſilio/prudentiaq; cōpererit/fruſtra
norit cōtraria contrariiſ curari oportere: aut uitioſum humorē
in primiſ euacuandum eſſe/Item cū arſ/queadmodū manifeſte
Ariſtoteleſ tradit/ſit habituſ cum uera ratione factiuuſ in rebuſ
que poſſunt aliter ſe habere: eiſdē aūt ī rebuſ/ut idē philoſophuſ
cenſet/conſultatio etiam cogitatioq; habetur: ſeqtur ſane/ut ſiue
prudentia aliquid agaſ/ſeu arte faciaſ/conſiliū adhibendum ſit: &
q̄d utiliuſ ac meliuſ ſit: querendū: querendo īueniendū: īueniēdo
agendum ſeu faciendum. q̄ppe ante inuentionem/eſſe inq̄ſitionē
oportet/deinde conſiliū/Incognita enī querendo atq; īueniēdo
cognoſcimuſ/Inueniri autē quicq̄ niſi conſiliū preceſſerit: nō pōt/
Atq ut in agendo minuſ dubitare in hiſ rebuſ ſolemuſ/in quibuſ
ſepenumero officio functi ex uoluntate egerimuſ: Siquid autē
noui occurrit: ambigimuſ/& quid agendum ſit querimuſ atq; cō/
ſulimuſ/Sic in faciendo/quod genuſ operatiōiſ tribuimuſ arti/ea
que communiora et longo uſu precepta ſunt/certiora habentur.
nec egēt conſilio/que aūt in particularē conditionē ueniūt: hec
a ratione regulaq; diſcedūt: & quo minuſ rationi artiſ patent eo
magiſ conſilium requirunt/Nec Ariſtoteleſ quidē uelle uidetur
quaſlibet arteſ non conſultare: ſed diligentioreſ duntaxat: hoc ē
quaꝝ ſubiecta certiora ſūt: q̄ſi uelit ſignificare nō de oībuſ arti/
buſ idē habendū eē iudiciū: ſed exiſtimādū aliaſ q̄dē cōſilio uti:
aliaſ uero nō uti/Ita.n. ī tertio libro de moribuſ īq̄t/In diligētibuſ
ac ſufficientibuſ ſcientiiſ cōſiliū nō eſt. utputa in ſcribēdiſ litteriſ
nulla nobiſ dubitatio occurrit queadmodū ſit ſcribendum/In hiſ
uero que noſtra opa effici ſolent: nec ſemp eodē mō contingunt:
conſultamuſ: ut de rebuſ ad medicinam ſpectātibuſ: de pecunia/
riiſ: de naualibuſ: magiſ q̄ de gymnaſticiſ: quo ſcilicet minuſ illaꝝ
ratio certa ē: & de reliq̄ſ ſimiliter. magiſ aūt & ī artibuſ q̄ ī ſciētiiſ:
ſiquidem in hiſ magiſ dubitamuſ/Sic Ariſtoteleſ cadere in artem

conſilium non negat ſi ea de qua agitur minuſ certa reſ ē. Quod ſi nulla arſ ē que ſubiectum uſq; adeo certum habeat ut nihil in ea ancepſ ac dubium ſit: quod tandem peccatum eſt: ſi quiſ nullā artem carere conſilio dicat: & quanq̃ non eque omneſ: aliā tamē magiſ aliam minuſ conſultare arbitretur? Equidem Ariſtotelem ne hac quidē in re diſſentire a preceptore ſuo Platone exiſtimo: ſed quod ab eo dictum eſt non uti conſilio ita intelligendum arbitror quaſi minuſ uti conſilio dixiſſet: minuſ enim in conſilium ea cadunt que ſiue natura ſua ſiue uſu certiora habentur. Quod ſi q contentioniſ cupidioreſ q̃ ueritatiſ inſtare ꝑtinaciuſ uoluerint eā fuiſſe Ariſtoteliſ ſententiam ut artem nihil conſilio agere exiſtimandum ſit ſciant ſe rationibuſ noſtriſ conuictoſ ſimul & Plethoni cedere oportere & argumentum illud Ariſtoteliſ debilitatur prorſuſ atq; infringere quo naturam aſſeruit alicuiuſ gratia agere. Ita enim ille aduerſuſ eoſ argumētatur qui idcirco naturam alicuiuſ gratia agere negarunt ꝙ ſine conſilio agat: exemplo nāq; artiſ oſtendere nititur naturam tametſi abſq; cōſilio agat: non tamen propterea exiſtimandum nulliuſ cauſa agere: quando ne arſ quidē conſilio facit et tamen alicuiuſ cauſa eam facere manifeſtum eſt. Quod ſi hac una ratōe ab Ariſtotele oſtenditur conſilio naturam carere ſatiſ qui artiſ conſilium explicauerit omnem illiuſ rationem infringet. Itaq; perſtabit eoꝝ ſententia: qui niſi conſilium adſit nihil alicuiuſ cauſa agi cenſent affirmandum. Nature igitur conſilium uniuerſe mentiſ conſiliū eſt quippe ratio que apud mortaleſ ex diligenti rerum inq̄ſitōe conſilii nomen accepit apud mentem illā uniuerſam nature prīcipem certior eſt q̃ ut queri & dubitari poſſit. Verum tñ conſilii cogitationiſ: prouidentie: cure operę & alia huiuſmodi nomina mutuata eſt ratione cognata & queſtionē de nomine potiuſ q̃ de re patitur. Quamobrem ut ſummatim obiectiſ rationibuſ reſpondeamuſ: conſilium duplex eſſe dicimuſ humanum alterum cui reſ dubii ſubiiciuntur alterum diuinum cui nihil niſi certum exploratumq; ſubiectū eſt. Hoc ad theologiam pertinet illud ad philoſophum qui eam philoſophie partem ſectatur que de moribuſ eſt. Uterq; autē in genere ſuo id proprie nominat uſurpariq; equiuoce ab altero arbitratur. Ea eſt enim diſciplinarum omnium lex de nominibuſ ut eiuſdem nō eedem uario mō utanē: et in ſuo queq; genere quaſi quodam priuilegio recte ac proprie

nominare uideatur. Vnaqueq; uero arſ partim cognita certaq; habet, que fini accõmodat, partim dubia et decernenda conſilio. Naturam autẽ conſultare nõ ſua facultate dicimuſ ſed uniuerſę mentiſ, quę rebuſ nature omnibuſ inſiſtat, et ſuo diuino conſilio prouidentiaq; gubernet. Ita fit, ut et arſ conſilio proprie utatᷓ: & natura nõ temere rationem ſue mentiſ exquiſitiſſimam conſilii nomine probet appellari. Hec tũ ad Theodorum breuiter perſcripſimuſ: que ubi Georgiuſ trapezuntiuſ Cretenſiſ legit: ut odiũ quod in noſ iam diu, hoc eſt ab eo tempore, quo ei Theodorũ in doctrina preponẽdum cenſuimuſ, parturierat, aliquãdo pareret: aduerſuſ ea ſcripſit: Sed ut uelle ꝑſone noſtre parcere uideretur, noſq; honeſtiuſ impeteret, finxit ſe ignorare, quiſnam eiuſ libelli auctor eſſet, et Theodori, nõ Beſſarioniſ diſputationem hanc eẽ: ſeq; Theodoro contradicere ſimulauit. Oſtendit preterea Athanaſium fuiſſe, qui hec ſcripta ei tradiderat, cũ tamẽ Heſaiaſ non Athanaſiuſ fuiſſet. Soluſ enĩ Heſaiaſ ea ſcripta a nobiſ habuerat. Hic tamen (quaſi noſtra intereſſet a quo ea accepiſſet) epiſtolam ad noſ ſcripſit: qua oblatum ſibi ab Athanaſio fuiſſe opuſculum ſignificauit. Equidẽ neq; a quo datum ſit, requiro: neq; latere que ſcripſi, cupio. quin potiuſ nihil tãtopere deſydero, q̃ ut primo nihil niſi recte et loquar & ſentiam: tũ ſi quid erro, homo enĩ ſum, nec innocentiam cum deo immortali communem habeo: error meuſ non modo ab homine amico benigne corrigatur: ſed etiã ab inimico: q̃lem ſe Georgiuſ ſua certe (nõ mea culpa) cõſtituit. Dũmõ enim fructum, quẽ cupio, percipiam: nihil mea intereſſe exiſtimo amicuſ ne an inimicuſ ſit, qui me emendat et corrigit. Et quidem Georgio nunc magnaſ agerem gratiaſ, ſi noſtra arguenſ ſcripta: ipſe aliquid recte diceret, ex quo fructum capere aliquẽ poſſem. perlibenter enim eoſ audio, qui meliuſ q̃ ego intelligũt, taleſq; eẽ pleroſq; non diffiteor. Verũ hic certe non ratione aliq̃ ſed ĩiqua aĩmi ꝑturbatiõe cõmotuſ, ita docet ac diſputat, ut ſi ſeipſũ poſſet ĩtelligere, puderet ꝑfecto hoĩem: ac ſuo ipſiuſ iudicio cõdẽnatuſ diſcederet. Iam uero quid ſcribat: quo ue modo reprehendat, et diſputet, queſo parũper audite. Petiiſti a me (inquit) amice Heſaia: ut breuiter ad te ſcriberẽ, quomodo tueri qſpiã Ariſtotelẽ poſſit: ubi contradicere ſibi ipſi uidetur. Cum enim in libro, quẽ de rebuſ naturalibuſ ſcripſit, artem negaſſet conſilio agere que facit, alibi eandẽ aſſeruit habitũ eſſe cum ratione factiuũ. Addidiſti etiam

. VI · C · III

te pleraq; alia audiuiſſe ab aliiſ:qbuſ tã artẽ ꝗ̃ naturã cõſultare exiſtimaſ: ꝙ ſcilicet natura et arſ alicuiuſ gratia agere ſolẽt:que uero alicuiuſ gratia agunt:cogitatione rationeq; agãt:oportet. quo in genere conſiliũ cõtineri certũ eſt. Hec et alia huiuſmodi illi. Ego uero ſapientiam illorũ hoĩum admiror:quoſ neſcio an philoſophoſ potiuſ ꝗ̃ philotenebraſ appellare debeã. Proponere enim debebãt quid ſit conſultare:& de quibuſ conſilium habeãt: quidue differat a ratiõe et fine:cuiuſ cauſa agitur. Nõ enĩ oĩe: quod alicuiuſ cauſa agit:conſultat:ſed oĩe qd̃ cõſultat:alicuiuſ cauſa agit:nec omne quod ratiõe fit:alicuiuſ cauſa fit. Sed oĩe quod alicuiuſ cauſa fit:ratione fit. Ratio.n.nõ ſolum ad cauſam finalem:ſed etiã ad formalẽ & materialem refertur. Itaq; ãpliuſ eſt alicuiuſ cauſa fieri:ꝗ̃ conſultare:& ratiõe fieri ꝗ̃ alicuiuſ cauſa fieri. Recte igit̃ ratiocinant̃ naturam agere ratiõe: nã alicuiuſ cauſa agit:ſed falſo ex hiſ colligunt conſultare naturam. Longe autem magiſ per ignorantiam peccant:cum Ariſtotelem ſibi ipi contradicere arbitrantur. Solet enim Ariſtoteleſ ſic abuti rebuſ manifeſtiſ. licetq; apud eũ contraria eadẽ de re reperire: ut aerẽ eſſe calidum & rurſuſ frigidum. Leuiſſimi quippe hominiſ eſſet exiſtimare Ariſtotelem hec ſimul eſſe ĩ aere cenſuiſſe. Sed quod modo dixi:manifeſtiſ abutitur quaſi per ſuppoſitionẽ. Iã tertio libro de aĩa: cũ intellectũ ſeparabilẽ eſſe dixiſſet: hec ſubdit. Sed non meminimuſ quoniã hic ĩpaſſibiliſ ẽ. paſſibiliſ aũt intellectuſ corruptibiliſ eſt:ſine quo nihil intelligit. Contradicere enim ſibi uidetur:cum ita ad altiora reducit auditoreſ prudenteſ et iuſtoſ. quod ita eſſe facile patet. Nam ſi nihil intelligit ſine paſſibili in/tellectu:hoc eſt phantaſia:quomõ maneat intellectuſ phãtaſia ſublata? Significat igitur intelligere quidem intellectũ:quoniam intellectuſ eſt:ſed non per phantaſiam nec per exteriora motũ: aut per ea que in phantaſtica memoria depoſita ſũt:intelligẽtẽ: ſed modo altiore pfectioreq;: quod ne ĩtelligere quidẽ dicendũ eſt:niſi equiuoce. Hoc igitur modo ĩ phyſiciſ quoq; locutuſ eſt. Cum naturã oſtendere uellet:nõ conſultare:q̃uiſ alicuiuſ cauſa faciat:ne cui forte indocto mirum uideretur: alicuiuſ cã agere: quod non conſultat:accepit artem non conſultare:nõ autem id ſimpliciter accepit:nouerat enĩ artẽ cõſultare:que reſ ceco quoq; ut aiunt:manifeſta ẽ. Sed ſi in ligno inqt eſſet non conſultaret. quamobrem certum eſt:ut cum in ligno nõ ſit: conſultet. Nã ſi

Intellectus passibilis, ide cũ fantasia. hic.

cum in ligno ſit: haud cõſultare artem aſſerimuſ: ſequitur porro: ut cum in ligno nõ ſit: conſultare eã fateamur. Illud igit̃ ſumit: nõ hoc. et naturã uirtuti artificioſe. innate: cognateq; aſſimilat: ut ſi quiſ cupreſſum ſtatim ad lecti figuram naſci poſuerit. Sed nihil aget natura: inquit aduerſariuſ: inconſulte: que alicuiuſ cauſa agat: rationeq; procedat. O hominẽ cecum: qui uidere nõ põt: ſe ab uniuerſalioribuſ ad particularia affirmatiue deſcendere: cũ contra facere debeat. Non enim ſi quid animal eſt: hoc iã homo eſt: ſed ſi quid homo eſt: hoc animal eſt. Ratio enim: & alicuiuſ cauſa aliquid effici: uniuerſaliuſ eſt q̃ cõſultare: ut dictũ a nobiſ iam eſt. Quippe alicuiuſ cauſa effeci in rebuſ etiam perpetuiſ eſt: ut Zodiacuſ: & motuſ ſoliſ obliquuſ idcirco ẽ: ut generatio & cor/ruptio fiat: queãdmodũ Ariſtoteleſ teſtatur. Conſultandi autẽ ratio nullum in perpetuiſ locum habet. Eſt enim conſultatio et conſiliũ: inquiſitio rerum de quibuſ ambigimuſ. Quãobrẽ parũ attigiſſe doctrinã dialectice eoſ qui ita loquũtur: exiſtimo. Sed q̃uiſ inquiunt natura ipſa non conſultet: tamen gubernatrix illa menſ: que per omnia tranſit: conſultat atq; deliberat. Itaq; fit: ut natura cauſa ſit tantũmodo inſtrumentaliſ. Quã bene Platonem ſequeriſ: erraſq; cum eo: q ita ſentiſ. Dicaſ enim neceſſe eſt mentem illam: que per omnia tranſit: omnibuſq; inſiſtit: aut unã eſſe: aut plureſ: quanq̃ uario fortaſſe nomĩe pro uariſ officiiſ appelletur: ut Bacchuſ in uitibuſ: Cereſ ĩ frumentiſ. Venuſ in coitu: & cetera que pro diiſ gentileſ coluerũt. Verũ tñ ſiue hoc ſiue illud dixeriſ: qd tandẽ reſpondeaſ: ſi qſ te roget num illa p oĩa tranſienſ menſ: idẽ cum natura ipã ſit an diuerſa? Nam ſi idem ſit: nature nomẽ tantũ habet: cauſa uero nullo mõ eſt. Atq tua quidem ſententia cauſa ẽ inſtrumẽtaliſ. Ergo natura diuerſa ẽ a gubernatrice mẽte: & tua opinione mẽtiſ ipſiuſ inſtrumentũ eſt: quo mouent̃ a mẽte ea que mouent̃. Quo dato: erit profecto natura a rebuſ mobi/libuſ ſeparata: quod prorſuſ falſũ eſt. Ineſt enim natura ĩ rebuſ ſuiſ: cognataq; ẽ. Inſtrumentũ aũt: quo ea que mouent̃: ab alio moueant̃: nõ rebuſ ipſiſ que mouentur: innatũ ẽ: nã ſi eẽt ĩnatũ: parſ ſubſtantie rei que moueretur eſſet: non inſtrumentũ. Ad hec ĩſtrumentũ mouet qd' mouet̃: qd' aũt ita mouet: anteq̃ moueat̃ aliqd actu ẽ. Aliqd. n. ẽ: in quo motuſ ſit: qd' ad aliud aliquid non actu ſubſtanſ: ſed potẽtia mouet̃: ut albũ actu: patentia nigrum ẽ: & albi motuſ ad nigrũ cẽdit. Ergo natura quoq; ſi inſtrumẽtũ

solis motus sub obliquo circulo, causa generationis et corruptionis. haec secũdo de gene. et corrup.

ē: actu alqd ē. Quid igiť natura eiuſ erit? Nű cõpoſitű? Minime hoc ē enĩ qđ a natura efficitur: & ex natura: aut ſecűdű naturã ē: nõ natura. An materia & forma erit ipa natura? Sed hec actu eſſe anteq̃ compoſitű ſit: impoſſibile ē. Ergo natura non ē cauſa inſtrumentaliſ. Sed qđ in rebuſ ipſiſ innatű heret: id natura eſt. Conſultare autē hoc nõ põt. cű ſemp eodē mõ ſe habeat? cõſiliű autē de rebuſ ſit: que ĩ noſtra ſunt poteſtate: nec de perpetuiſ ſed de contingentibuſ rebuſ: conſultetur. nemo enim de perpetuiſ et neceſſariiſ rebuſ conſiliű capit. Qui autē deű anteq̃ naturã cre/aret conſilio uſum dicunt: profecto impie ſentiunt: & p inſcitia eoꝝ errant uehementer: cuncta ſe ſcire arbitranteſ: cű nihil ſciãt. Conſilium etenim: quēadmodű ſupradiximuſ dubitãtiſ eſt. Deuſ autē oĩa nouit: etiã priuſ q̃ generentur. hoc & pietaſ requirit: et ratio probat. quã rationē hoc loco ne lõgioreſ ſimuſ: omittimuſ. Sed iam a nobiſ fundamenta iſtuc iacta ſunt: in libro de cõpa/ratiõe philoſophoꝝ ſecűdo: quē latine ſcriptű edidimuſ. Vale ac philoſophare: & ſi qd cõtra platonicoſ a nobiſ dictű ē: tua cauſa dictű exiſtima. Te enim amicű non patimur Platonē admodű ſequi: quē noſ nullo pacto ſeq uolumuſ. Hec Georgiuſ aduerſuſ quã hominiſ maledicentiã potiuſ q̃ diſputationē: agendű cű eo epiſtola non cenſuimuſ. Nullã enim familiaritatē ſeruare ãpliuſ cű hoc hoĩe patior: quē iam aperte iniquű in amici officio dep/hendi. Decepit me ille longo tēpore uirtutē ſimulanſ: et fingenſ erga me beniuolentiam. quod certe eo faciliuſ facere potuit quo maiori fiducia: pro fide atq; conſtantia morű meorű nihil mali poteram ſuſpicari. Nunc hominiſ fraudulentiã plane expertuſ: caueo (& biſ per eoſdem ſcopuloſ nauigare recuſo: ne iterű nau/fragium faciã: ipſe pfecto me docuit familiaritatē ſuã aſpernari ac fugere: & mihi iã optimo iure conceſſű pmiſſűq; ē (familiarem inimicű). Sed ne uel ipſe uel alii ideo me tacuiſſe exiſtiment: quaſi uanitatē uerboꝝ ſuoꝝ refellere non potuerim: dicã que mihi rei ueritaſ ſuggeret: & niſi me aĩmuſ fallit oſtēdam: tű ea que cõtra ſētentiã Ariſtoteliſ dici exiſtimat: nihil ab illiuſ ſētētia diſcrepare: tű que p declaratõe ſue opiniõiſ aut ſumit (aut exponit) nõ carere ſűmo errore: idq; q̃nto breuiuſ potero faciã (ne pluribuſ cõcēdere cű eo uidear. Dicã aűt q̃tű reſ ipa (de q̃ queſtio ē) exigere uide/biť. Nã ad maledicta eiuſ (q buſ ſe ita iactat & effert) nõ ē aĩmuſ rñdere. Detur hoc ignorantie hoĩſ (ut ipune delabi in maledicta

·VI· C· IIII·

poſſit: cũ diſputare de natura conat᷑. Rationẽ (inqt) ſeſe amplius exiſtimare: q̃ qđ alicuius cã agit᷑. nec oĩe qđ ratõe agit᷑ alicuius cauſa agi: tã & ſi oĩe qđ alicuius cauſa agit᷑: idem ut ratione agat᷑ neceſſe ſit. Hec qdẽ ſẽtẽtia peculiaris ẽ huius philoſophi. Neminẽ ſane tã indoctũ arbitror aut eſſe aut unq̃ fuiſſe: q in tm̃ incidere errorem potuerit. Quis enĩ ignoret qcqd ratõe agit᷑ idẽ alicuius quoq; cauſa agi? quãdo qdem ratio ipſa q̃ agit᷑: cã eſt: ꝓpter quã agit᷑. Cogitat profecto & conſyderat: q rẽ aliquã agit: an bene & recte agat. Boni aũt ac recti ratio: finis agendi ẽ. Cũq; id agit qſpiã qđ bene recteq; agere decreuerit: ratõe agere dicit᷑: ſi qdem nõ temere: ſed fine cõſtituto: ratõe finis agit᷑: itaq; ratio fine deſcribit᷑ cuius cã agit᷑: & finis ratõe: q̃ de cauſa agit᷑. Quanq̃ quod alicuius cã agit᷑: nõ ratõe ſolũ humana: ſed etiã naturali agi põt: qđ apud Ariſtotelẽ quoq; libro de rebus naturalibus ſecũdo: ſcp̃tũ legimus hoc modo. Ea ſunt alicuius cauſa: que uel ab intellectu uel a natura agunt᷑. Vnde ſi natura non ſine ratõe agit: duplex ratio ẽ: altera que menti hũane tribuit᷑: altera que ad naturã referꝫ᷑: cui ea etiã cognita eẽ dicimus: que nobis obſcura ſunt. Quã uim: rõnẽq; nature: Plato naturã ſuperiorẽ cõſtituit: & cõſilium uolũtatẽq; ei attribuit: q̃tenus hec uerba ab intellectu hũano ad diuinũ fas ẽ transferri. Senſus.n.non idem ẽ: cũ de rebus diuinis loqmur: quãq̃ uerba ſit eadẽ. Ita ille nõ ſolũ rõnẽ: ſed etiã cõſiliũ mẽti nature gubernatrici tribuẽdum cenſet. Ariſtoteles uero & ſi nature cõſiliũ nõ nomĩat: rõnem tñ exp̃ſſe ponit: ꝑ quã natura optime oĩa ad finẽ cõſtituat: agat: atq; ꝑficiat. Patet hoc ĩ libro de generatõe & corruptõe ſecũdo: ubi Empedoclis ſententiã repꝛhendit: ꝙ litẽ & amorẽ: mixtionẽq; & ſegregationẽ naſcentium rerũ cauſas nominat: rõnis aũt nullã oĩno mentionẽ facit. Quid cauſe ſit (ĩqt) ut ex hoĩe homo ſemꝑ aut magna ex ꝑte ꝑueniat: et ex tritico triticũ: nõ olea: uel etiã ut ſi hoc mõ cõponatur: os fiat. nõ.n.quomodolibet facto cõgreſſu (ut ille ĩqt) ſed rõne aliq̃ ita agit᷑. Quid igitur cauſe ſit? Neq;.n. ignis: aut terra: nec uero amor & lis: alterũ qppe hoꝝ cõmiſcẽdi: alterũ ſegregãdi cãm ꝑtinet: qđ aũt querimus rei cuiuſq; ſubſtãtia ẽ: nõ mixtio & ſegregatio ut ille exiſtimat: fortunã ſi qdẽ in his noĩamus: nõ rõnem. fieri.n.põt: ut caſu: fortunaq; ꝑmixtio fiat. Nature aũt rerũ cã ẽ ita ſe habere: hoc ẽ rõne ſic fieri. & hec uniuſcuiuſq; rei natura ẽ: de q̃ ille nihil docuit: nihil ergo de natura locutus ẽ. Quin etiã

.VI. C. IIII.

.4-22.

Alexander Aphrodiſienſis

